

PHILONIS
IUDAEI
OPERA OMNIA

AD

LIBRORUM OPTIMORUM FIDEM

EDITA.

EDITIO STEREOTYPA.

TOMUS VII.

Quaestionum et solutionum in Genesin sermo III. et IV., in Exodum sermo I. et II. Sermo de Sampsone. De Iona.

LIPSIAE

SUMTIBUS ET TYPIS CAROLI TAUCHNITII.

1853.

AD PRAEFATIONEM
PRIMO TOMO PRAEMISSAM.

Fieri non poterat, quin, quum praefatio primo Tomo praemissa iam cum trium priorum Tomorum emissione scripta sit, his vel illis additamentis opus esset. Ad Philonis quidem scripta a Mangeyo graece utpote in lingua auctoris propria edita vix aliquid, quod singularis momenti sit, addendum erit, quum ratio editionis nostrae etiam in Tomis a quarto reliquis prorsus eadem manserit. Nisi forte hoc commemorari liceat, ad Fragmenta ex Eusebio et Ioanne Damasceno sumta praeter Mangeyi volumina etiam proprias horum patrum editiones, illius ab Heinichio, huius a Le Quien curatas, non sine fructu a nobis consultas esse. Singula contra, ut Pronominum *αὑτοῦ, αὑτῷ, αὑτόν* formas, hodie plurimum ab editoribus librorum graecorum oblitteratas, a nobis autem retentas, porro hiatus et craseos usum non satis constantem, copiosius aut defendere aut etiam excusare, quum res leviores sint, neque antea neque nunc in animo esse poterat. Sed de Philonis scriptis nonnisi in lingua Armenia servatis et ex ea ab Auchero in Latinam translatis, de scri-

ptis Philonis omnino in hac editione comprehensis, num omnia sint quae supersunt, et de indicibus in calce adiectis quae maxime necessaria sunt exponere, vix supersedere possumus.

Libros Philonis ab Auchero editos omnino in hanc editionem receptos esse nemo improbabit. Nostrum igitur hoc loco nihil est, quam paucis lineis partim illius editionis externam speciem, partim internam eius naturam et originem describere, ad quod posterius negotium quam plurimum ipsius editoris verbis uti volumus. Editio Aucheri ipsa duobus constans voluminibus, quorum integri tituli in Tomo nostro sexto (p. 279) et octavo (p. 7) expressi inveniuntur, formam habet quaternariam maiorem, binas in quavis pagina columnas, cuius sinistra Armeniam, dextera Latinam exhibet versionem; sub textu sunt editoris notae (in nostra editione excerptae) et passim textus, ubi exstant, paralleli. Volumini primo praemissa est dedicatio cuidam „Nobilissimo Equiti Alexandro Raphael hero Haicano inclyto", de Aucheri opere et omnino de litteris Armeniis meritissimo, inscripta. (Haicanus ex indigenarum lingua est i. q. Armenius.) Praeterea uterque Tomus praefatione instructus est.

Ex his duabus Aucheri praefationibus haec quae excerpantur digna censemus. Narrat in earum prima se quae ediderit Philonis scripta inter codices mss

Bibliothecae Scti Lazari (in monasterio Mechitaristarum prope Venetias sito) invenisse. De interprete Armenio haec habet: ",,Ad ipsum interpretem quod attinet, non eam in eo Haicanae linguae puritatem requiras, quam tantopere in alius scriptoris interprete laudavimus: haeret enim pede presso textui Graeco, nec auctoris sententiam exhibet tantum, sed ipsa paene verba enumerat, ita ut Haicanae sint voces eaeque elegantissimae atque antiquissimae, phrasis vero atque constructio omnino Graeca."... ,,Caeterum licet ea methodus, quam Armenius translator est secutus, suas habeat opportunitates, importune tamen ab eo usurpata est circa Philonem, auctorem obscurissimum, cuius dictio, ad aenigmata Platonica comparata, ab interprete emolienda erat et illustranda, praesertim cum, quae vel Graece obscura erant et perplexa, ea in Haicanum κατὰ λέξιν translata nonnisi obscurissima et perplexissima possent evadere. Accedit in eodem interprete Platonicae philosophiae minus perfecta instructio, qua effectum est, ut Philonem per tot illos eius scholae anfractus ac labyrinthos dilabentem vix semper assequi potuerit, ac verba illa, quibus Platonici certas quasdam significationes tribuebant, vel ex communi acceptione exponeret, vel ad sua etyma ac principia revocata grammatice explicaret. Id sane accipias velim pro uno ex argumen-

tis, interpretem nostrum Mose Chorenensi seniorem fuisse aetate, ut maiorem eius condiscipulum, et consequenter caruisse quodammodo perfectione illa, qua praediti deinceps fuerunt Chorenensis ille et eius socii Alexandriae et Athenis instituti." „Caeterum certum est, interpretem nostrum saeculo quinto (post Christum natum) vixisse sub Theodosio juniore: quod tempus in illud saeculum incidit, quod Interpretum aetatem nostrates vocant, eo quod tunc maxime Graecorum libris in Haicanum vertendis Armenii insudarint." De ipsa interpretis persona hoc statuere posse sibi videtur: ... „ita ut, si concedendus sit locus coniecturis, optarem atque auderem dicere, quod ipse S. Leontius, qui erat unus maiorum collegarum Mosis Chorenensis, fuerit proprius translator totius operis Philoniani."—De sua ipsius versione Latina Aucher haec dicit: „Quod" (sc. natura versionis Armeniae non satis perfecta), „ut per se patet, nobis Armena in Latinum transferentibus incommodo vehementer fuit: qui tamen in media prorsus via incedentes Haicanae phrasi, quoad sine perspicuitatis dispendio fieri potuit, pressius adhaerere conati sumus; nec tamen piaculum duximus ab ea discedere, cum id ipsius auctoris mentis exponendae necessitas postularet. Porro hac nobis lege constituta mirari profecto nemo poterit, Latinae linguae elegantiam a

nobis neglectam esse, quae cum ea fide, qua Haicanum textum Latine exhibere volebamus, stare nequaquam poterat. Quos vero locos ita expressit interpres, ut nullus inde sensus extundi posset, eos, servato Haicanae versionis ordine et verbum verbo κατὰ τάξιν reddentes, Latine repraesentavimus, additis adnotationibus, quae loci corruptionem indicarent: idque eo consilio, ut, si qui nobis eruditiores aliam experiri vellent, meliori eorum locorum interpretationi proferendae operam darent." „Id enim," addit in praefatione secundo Tomo praemissa, „religiose a me postulat commune eruditorum placitum, ut nativam auctoris effigiem ipsissimis lineamentis expressam in Latio videntes, eumque, licet barbare interdum, loqui audientes, eius sententias possint expiscari, atque tum de Graeco desiderato textu, tum de Armenae lectionis fide . . . possint aequum ferre iudicium." — De codicibus, quibus usus est Aucher, ad Tom. I. haec refert: „Tres nobis oblati fuerunt: quorum unum vix possidemus, nisi ex parte transscriptum; alterum habemus, partim ab uno, partim ab altero amanuensi exaratum; tertium prioribus iure praeferendum, olim, anno videlicet Christi 1791 et 1792 a nobis visum et integre transscriptum, quem tandem 1821 dono accepimus. Ad hunc codicem pretiosissimum exigere placuit Philonis opera a nobis edenda, praesertim vero

tres praesentes dialogos, qui integri ibidem comperiuntur. Codex est exaratus anno aerae Armeniae DCCXLV. hoc est Christi MCCXCVI. ad usum Haethum s. Haytonis II. piissimi regis Armeniorum.“ Ad Tom. II: „Armenii Codices, quibus usi sumus, fuerunt hi: Codex A, sive regius [idem est, quem supra tertio loco posuit]; Codex B, Constantinopolitanus, ex quo paginae quaedam, quae in priore deerant, suppletae sunt; Codex C, apud nos asservatus, partim XIII. saeculi vestigia prae se ferens, partim alia manu sequentibus saeculis exscriptus, in quo, etsi passim omnimodam perfectionem, quam codex A exhibet, desiderare liceat, interdum tamen ipsum superat; Codex D — novissimus, videlicet proxime superioris saeculi, Philonisque duntaxat librum quartum in Genesin habens, Codex E — potius appellandus Glossarii antiquissimi exemplar, unde certi loci fidenter conferendi sunt nobis de Philonis operibus universis.“ (Praeter ea quae ex altera praefatione hic exscripsimus, nihil haec continet hoc loco memoratu dignum.)

De hac vero Aucheri versione Latina in nostram Philonis editionem transferenda nullam aliam nobis legem scribere posse putavimus, quam ut, omnibus et singulis, inprimis gravioribus mutationibus omissis, summa fide et quam emendatissime nihil nisi textum Aucherianum exprimendum curaremus,

quare etiam structuras et formas dicendi ut auctori proprias, quippe quibus lector iam facile assuescere possit, intactas reliquimus*). Ita etiam verborum scribendorum ratio ab auctore usurpata a nobis plerumque servata est. Fere etiam maior fides adhibita est in textu Latini interpretis anonymi parallelo (Tom. VII, p. 176 ff.) ut reperimus retinendo**).

Praeter Philonis scripta a Mangeyo et Auchero edita in editione nostra receptos habes ab Angelo Maio in lucem prolatos libros de festo cophini et de parentibus colendis (in quinto nostro Tomo) in graeco sermone superstites, et Fragmentum de Iona ex Armenia in Latinam linguam a Zohrabo translato, quod eidem fragmento ab Auchero etiam exhibito, ut inter se comparari possint, ordine parallelo subiecimus (in calce Tomi VII.). — Aliae Philonis reliquiae nobis notae non sunt; nam quae apud Aucherum Tom. II, p. 444. „ex S. Maximi Capitibus Theologocis s. Sermonibus per excerpta"

*) Eiusmodi sunt! *factus fuit*, *dictum fuit*, ut Perfectum Passivi formatum esse solet, pro *factus est*, *dictum est*; *interpretari* passive usurpatum; *quod* cum Indicativo pro Accusativo cum Infinitivo; *cadere* sub aliqua re; *quippe qui* cum Indicativo, etc. Nonnisi hoc rei consentaneum existimavimus, ut post Coniunctionem *ut* Indicativum in Coniunctivum mutaremus, sive *neminem pudet nescire* poneremus pro *nemo pudet se nescire*, et alia.

**) V. c. *nanque*, *valitudo*, *etherius*, *erumna*, *prohibundus*, *armonia*, *contumatia*, *sumministratio*, *amministro*, *pretextus*, *imbrui (?)*, *oratorie (ae?)*, *sevus*, *eccessus*, *furorae*, *palestricosibilitas*, *tempeloxii (?)*.

leguntur quatuor sententiae graece exstantes, iam in Fragmentis a Mangeyo traditis reperiuntur.

De indicibus, quum ipsi per se loquantur, tantum pauca dicenda sunt: Indices nominum et rerum, quorum materia tam apud Mangeyum quam apud Aucherum in binos eorum Tomos dispertita est, a nobis in quemque unum coniuncti sunt, de qua etiam sola coniunctione ratio nobis reddenda. Index nominum et rerum Mangeyanus si forte ex eodem indice editionis Parisiensis ortus est, tamen a nobis secundum Mangeyum, qui eum certe emendavit suaeque editioni adaptavit, appellatus est. Index locorum in editione nostra per omnes et singulos numeros recognitus est. Ad indicem criticum I. subiungendum ex praefatione I. obstricti eramus. Index criticus II. non praetermitti poterat, nisi scriptionem recentiorem ad conformationem textus Philonei satis gravem immerito negligere volebanus. Index paginarum collatarum etc. propterea adiectus est, quod ad hunc usque diem scriptores sunt qui locos Philoneos ex editione Parisiensi allegant, eiusmodi vero loci allegati sine hoc indice in nostra editione haud facile inveniri possint.



PHILONIS IUDAEI

QUAESTIONES ET SOLUTIONES IN GENESIN.

SERMO III.

[II, 167. 168.]

[*] *Quid est „Ego sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Chaldaeorum, ut darem tibi terram hanc in hereditatem"?* (Gen. 15, 7.)

1. Quandoquidem littera manifesta est, quod ad sensus essentiam attinet, reddendum erit hoc modo. Terra Chaldaeorum symbolice mathematica theoria est, cuius pars agnoscitur astronomia, cui non frustra neque segniter student Chaldaei. Duplici itaque dono honorat sapientem: primum eruendo ipsum de secta astrologorum, videlicet de Chaldaeismi hallucinatione, quae, ut captu difficilis, magnorum malorum et impietatis causa reperitur, factis factoris virtutes adscribens et opera mundi pro opifice mundi deo venerari ac colere persuadens; secundo concedendo ipsi sapientiam fructiferam, quam symbolice [*] terram nuncupavit. Ostendit autem pater (universi) sapientiam et virtutem invariabiles et immutabiles esse, quoniam non

convenit, ut deus monstret alicui id*) quod potest variationem aut mutationem subire: monstratum enim ab immutabili et constante exsistere oportet. Quod autem sub mutatione est, ut semper fluxum pati solitum, neque propriam ac divinam demonstrationem recipit.

Cur dicit: „Domine, secundum quid noscam, quod hereditabo eam"? (15, 8.)

2. Indicium quaerit pro scitu promissionis. Verum duo describuntur studio digna: unum, quod mentis est affectio, credere deo iuxta dictum praemissum; et alterum, summo desiderio ferri, ut non privetur etiam signis quibusdam, quibus sensibiliter noscat confirmationem promissionis. Illi vero, qui promisit, venerationem condignam praestat per dictum: *Domine.* Scio enim te, dicit, dominum principemque universorum, qui etiam omnia potes, et non est apud te impotentia. Ego sane etsi credidi iam promissioni tuae, nihilominus opto citius assequi, si non adimpletionem, certe tamen signa evidentia, quibus consummatio indicetur. Etenim creatura sum; quod si etiam in summam perveniam probitatem, impetum [*] desiderii semper detinere non possum, ita ut, postquam viderim aliquid boni aut audierim, tarde et non statim illud consequi velim. Ideo precor notitiam aliquam mihi praebere, per quam futura comprehendam illa.

Quare dicit: „Accipe mihi iuvencam trimam et capram trimam et arietem trimum, turturem et columbam"? (15, 9.)

3. Quinque memorat animalia, quae in sacro

*) s. *monstretur aut figuretur velut aliquid, quod etc.*

altari offeruntur; nam in hostias distincta haec sunt: de terrestribus tria, bos, capra, pecus, et de volucribus duo, turtur et columba; celebrat enim sempiternas hostias originem duxisse a patriarcha, qui et gentis origo fuit. Caeterum pro illo *Ferto mihi* optime dictum est: *Accipe mihi;* quandoquidem creaturae nihil proprie peculiare est, sed omnia sunt dona gratiaeque dei: cui placet omnino, ut, postquam quis aliquid sumpserit, toto affectu gratias referat. Trimum vero unumquodque animalium iubet accipere; quoniam plenus ac perfectus numerus est trinus, consistens principio, medio et fine. Attamen dubitare licet, quare ex tribus animantibus duas feminas inducat, vitulam et capram, unum vero masculum, arietem? Ne forte ideo, quod vitula et capra ob peccatum offeruntur, non autem ovis; sicut et peccare ex fragilitate provenit, fragilis autem est femina.

Tantidem apposite iam dicere visum est. Non tamen ignoro, quod huiusmodi omnia ansam praebent hominibus [*] inaniter criminantibus, ut de sacris libris detrahant. Nunc itaque nihil aliud dicunt nisi immolationem delineari ac indicari per divisionem animalium inquisitionemque viscerum: quod autem adsederit eis, indicationem aiunt esse convenientiae et occurrentis ex visibilibus similitudinis. Verum isti, ut mihi videor, ex illis sunt, qui ex unica parte diiudicant totum, non vero opposite ex toto partem: quae melior est diiudicatio, qua tam nomen, quam res omnino probentur.

Est itaque legislatio (h. e. scriptura sacra), ut ita dixerim, vivens quoddam unitum: quod totum totis oculis nitide oportet circumspicere et universam in-

tentionem universae scripturae vere, certe et manifeste circumcernere, non dissecando harmoniam neque unionem disiungendo; alias aliena omnino et absurda apparerent omnia, communitate vel aequitate deturbata. Quid ergo est intentio legislationis praetensa? Scientifica*), et quidquid scientificas circumscribit species: quoniam convenientiam et coaptatum verbum opinionemque recipit immolatio ac omnis scientia, quibus non solum veritatis vestigia usurpantur, verum etiam obducuntur, ut adulatione dilectio: ita ut commutentur**) rebus alienis et inexpertis ipsa genuina et experimento comprobata.

Atqui praelaudatorum animantium naturae familiaritatem gerunt cum universi partibus. Terrae bos, ut arator [*] et agricola. Et aquae capra (Graece et Armeniace *αἴξ* vel *aiz*), animal agens et impetum faciens dictum (ab *ἄγω, ἀΐσσω*), quoniam impetuosa est aqua: et testes sunt fluminum cursus et latitudinis maris extensiones, et ipsum mare fluxu laborans. Aëri autem aries, ut valde violentus et vivax: unde et animal animantibus universis utilior hominibus aries, qui et indumentum eis praestat. Propter has itaque rationes, ut puto, feminas illas primas sumere monet, capram et vaccam, quoniam ambo ista elementa, terra et aqua, materialia sunt ac fere feminae; tertium vero masculum, arietem, quia aër sive ventus quasi masculus est redditus. Siquidem cunctarum rerum naturae aut in corpus aut in terram et aquam distinctae sunt, et feminae ex natura;

---

*) Poterat verti etiam *scientialis* aut *praesaga* aut potius *prognostica*. Auch.

**) Verbum deest in Arm., unde pendet sensus. Auch.

quod autem animae praefert similitudinem, in aërem et magis vitale spiraculum: et hoc, ut dixi, masculum est. Si ergo masculum oportet vocare moventem causam et agentem, femina erit dicenda quae movetur ac patitur.

Volatilibus autem, ut sunt columba et turtur, familiaris reperitur totum caelum, distributum in planetarum [*] fixarumque (stellarum) gyrum. Planetis itaque addicat columbam; cicur enim est et mansuefactum animal: sicut et planetae familiares magis nobis sunt, ut viciniores terrae et compatientes nobiscum. Fixis autem turturem; solitudinis enim amator est animans, et conversationem multitudinis sicut etiam coitum fugit: sic longinquus et in ultimis orbis extremitatibus est globus inerrans. Assimilati sunt ergo caelestibus virtutibus ambo ordines duarum avium, quoniam, ut ait Socraticus Plato, currum volucrem esse convenit caelo propter velocissimam circumactionem, quippe quod vel ipsos volucres superat velocitate in cursu suo. Cantatores vero sunt praememoratae aves, sub aenigmate indicante propheta eam, quae in caelo est, perfectam musicam, ex motu stellarum harmonice coaptatam. Quoniam argumentum humanae est artis, qua omnis congruus cantus vocis animalium et instrumentorum animantium construitur per industriam ingenii; illum vero cantum caelestem haud large extendit usque in terram creator, sicut et radios solares, praeveniens curam gerere propter genus humanum. Excitat enim (talis cantus) insaniam in auribus et indomitam voluptatem afferens animo, facit ut contemnatur cibus et potus, atque fame mortem approperante fere moriamur ob cupidinem cantus. Quod si Sire-

num cantatio, ut Homerus dixit*), ita violenter invitat auditores, ut [*] oblivioni tradant patriam, domum, amicos et cibos necessarios, quanto magis perfectissima illa et summa harmonia praedita atque vere caelestis musica attingens instrumentum auris, cogat insanire ac divinare!

Ratio vero, ob quam singula animantia trium sint annorum numerorumque, iam antea reddita quidem fuit, nunc tamen dicendum est sub altera specie mysterii. Quoniam visum est unumquodque eorum, quae sunt post lunam, ut terra, aqua et aër, trino gaudere ordine. Nam terrae divisiones sunt arida vastissima, insulae et peninsulae; aquae autem mare, flumina et stagna. Aëris vero ambo aequinoctia, vernale et autumnale**), pro uno habentur, aequalem enim habent horam noctis ac diei, et pariter nec calida nec frigida sunt aequinoctia: quibus adde conversiones aestivam et brumalem; nam per istos tres circulos fertur sol in tempestates aestivam, hiemalem et aequinoctialem. Naturalis igitur apprime ratio [*] huiusmodi erit. Moralis autem proprie sic se habet.

Unicuique nostrum insunt haec: caro, sensus, ratio. Cum itaque corporali substantia familiaritatem praefert vitula, quoniam subigitur et obtemperat caro nostra atque iungit se ministerio vitae, natura quoque femina est secundum materiam, pati ac affici potius sapiens quam agere. Sensuum vero communitati cohaeret similitudo caprae, vel quia singula sensibilia feruntur ad proprium sensum, vel quod ex imaginatione rerum per sensum acceptarum

*) Hom. Odyss. 12, 39—55 et 180—190.

**) Ad verbum: *aestiva et brumalis.*

fit impetus motusque animae. Hoc autem imprimis sequitur inflexio vel alienatio, nonnullis dicta occasio*), id est impetus omnis generis: quoniam vero femina est sensus, ut patiens ex sensibili, femininum animal coaptavit ei capram. Verbo (aut rationi) vero cognatus aries est: primum quia mas est; secundo quia operarius est; et tertio, quia mundi et firmamenti est causa: puta, aries per vestimentum, ratio (s. verbum) autem in ordine vitae. Quidquid enim non est inordinatum atque absurdum, illico rationem prae se fert. Rationis vero duplex est species: una ex natura, qua res persolvuntur sensibilis mundi; altera autem earum, quae incorporales species appellantur, quibus sane persolvuntur res mundi intelligibilis: his ergo similes comperiuntur columba et turtur. Columba nimirum physicae theoriae, avis est enim magis familiaris, ut sensibilia nimis familiaria visui sunt: et physiologi anima sursum volat tamquam alis armata, atque superius elata circumfertur circa caelum, cernens cunctorum [*] partes singulorumque rationes. Turtur autem imitatur intelligibilem et incorpoream speciem; nam quemadmodum istud animal solitudinis est studiosum, sic excellit violentas sensus species, cum invisibili uniens se per essentiam.

*Quare dicit: „Accepit autem ei**) haec omnia“?* (15, 10.)

4. Optime adiecit etiam illud: *Accepit ei;* dei enim amantissimae animae est, quidquid acceperit

*) *ἀφορμή, impetus* et *occasio.* Auch.

**) Graece *αὐτῷ, ei;* aliis *sibi.* Verum ad deum referri vult Philo. Auch.

de bonis nobilibusque theoriis ac sententiis, illud totum non sibi adscribere, sed gratiarum muneratori deo.

Quid est „Divisit ea per medium et posuit contra se invicem"? (ib.)

5. Est et corporis (s. carnis) structura secundum totam suam facturam huiusmodi. Fratres enim sunt partes, ut divisae vero contra se invicem sint, sed proclives ac mutuo se spectantes propter naturalem cooperationem, vivifico [*] conditore prae utilitate illud sic dividente, ut opponatur altera (pars) cum altera, atque iterum simul ad necessarium ministerium mutuo serviant sibi invicem. Ut directe visum per medium narium disiungens in ambos oculos, utrumque ad utrumque vertendo: nam pupillae, ut ita dixerim, proclives in unam partem se mutuo spectant, vix ultra loculum ocularem aberrantes, sed invicem tenus intuentes, maxime quum occurrat aliquid visui. Itidem auditus dividitur in duas aures, quae ambo conversae ad invicem sunt, ad unam eandemque tendentes operationem. Odoratus autem in binas nares divisus est, iuxta singulas narium tubulas conversus: quae non circa genas volutatae sunt aut inclinatae, ut discerptae spectarent altera dextram versus, altera in sinistram, sed introrsum collectae exspectant odores communi actione. Sic quoque manus non contrario aspectu factae sunt, sed ut fratres et partes divisibiles versus se invicem spectantes, ex natura praeparatae ad operationem negotiumque sibi competens, in actibus accipiendi, dandi et operandi. Non aliter se habent et pedes, quorum uterque ita se praestat, ut concedat alter

alteri et gressus motu amborum peragatur: ita ut per unum solum nequeat res persolvi. Nec solummodo gressus et tibiae, verum etiam crura et scapulae et coxae et ubera partesque dextera et sinistra, simillimo modo divisa indicant harmoniam, convenientiam atque unionem tamquam connaturalium, singulorum puta iuxta singulas species dinumeratorum.

[*] Et universim quicumque simul et aeque bipartitas partes praescriptas consideret in unum collectas, inveniet unam ex ambabus confectam naturam. Sicut manus unitae ligataeque cum digitis cernuntur cum illis harmoniam prae se ferre, et pedes recollecti in unionem tendere, et aures congregatae per orbem figurae amphitheatri cum intervallo se unire: sic itaque natura nostra semper juxta singulas species, illarum, quae nobis insunt, partium divisionem faciens, sectiones disiunxit disposuitque quasi contra se invicem, eo modo quo mundum*) digessit, sicut etiam ad facilis operationis ministerium. Et iterum singula iuxta singulas species adunivit in unam actionem eandemque operationem, colligens omnia universim considerata.

Nec solum partes corporis videt aliquis sic iunctas et pares, in unione disiunctas et in divisione unitas, sed etiam animae. Quoniam vero huius superiores sectiones duae sicut totidem plateae sunt, rationalis nempe et irrationalis, partes utriusque sectionis habent propriam divisionem: ut rationalis

---

*) Hic aequivoca fuit lectio Graeca *κόσμος*, quae aeque *mundus* atque *ornamentum* poterat verti. Si ergo secundum eligas sensum, potest et Arm. sic verti: *Hoc modo accommodavit tum ad ornamentum (naturae vel mundi), tum ad facilis etc.* Auch.

in mentem et in verbum prolativum, sensibilis autem in quatuor sensus; nam quintus, tactus, communis quatuor illis est. Quorum duo, quibus videmus et audimus, philosophi sunt, ita ut per illos bene vivere acquiratur in nobis; reliqui non-philosophi, odoratus et gustus, serviles sunt, ad solum vivendum facti: odoratus enim per olfactionem plura continet sese excipientia et continuam spirationem tamquam continuum cibum viventium; [*] et gustus per cibum et potum iuvat. Itaque odoratus et gustus mortale hoc corpus sustinent, visus autem et auditus immortali menti utilitatem praestant.

Hae ergo divisiones membrorum nostrorum secundum corpus et animam concisae fuerunt a creatore. Sciendum tamen est, quod etiam partes mundi bipartitae sunt et contra se invicem constitutae: terra in situm montanum et campestrem; aqua in dulcem et salsam, dulcem puta eam, quam ministrant fontes et amnes, salsam vero marinam; sicut et aër in hiemem et aestatem, itidem in ver et autumnum. Hinc Heraclitus libros conscripsit de natura, a Theologo nostro mutuatus sententias de contrariis, additis immensis iisque laboriosis argumentis.

Quare dicit: „Aves autem non divisit“? (15, 10.)

6. Adumbrat quintam et periodicam naturam, ex qua maiores perfectum dicunt caelum. Quatuor enim elementa mixturae sunt potius quam elementa, quibus subdividit iam divisa in id (s. ex illo), ex quo commixta sunt: ut terra concludit in se de ele-

mentis quoque aqueum aëreumque et igneum, appellandum magis iuxta apprehensionem, quam visionem; et aqua non est ita nitida puraque, quin [*] habeat participationem venti vel terrae; sic et in aliis singulis temperatio mixturae est. Quinta vero substantia immixta et pura sola est facta, ob quam rationem non solita fuit incidi. Quare rite dictum est: *Aves non divisit;* quoniam volucrum instar exaltata est natura caelestis tam planetarum, quam fixarum, ad similitudinem ambarum videlicet avium mundarum, turturis et columbae, divisionem sive sectionem vix admittentium: quintae enim essentiae est sincerioris ac purioris, et ideo magis unitatem imitatur indivisibilis haec natura.

Quid est „Descenderuntque aves in corpora divisa"? (15, 11.)

7. Quandoquidem divisa illa symbolice tria animantia, vitula, capra et aries, signa sunt, ut diximus, terrae, aquae et aëris: opus est tamen coaptare redditionem rationis, perpensa veritate sub mysterio similitudinis. Fortassis itaque designat per volatum avium super sectiones, monens inimicorum invasionem. Universa enim, quae subter lunam est natura, plena est praeliis ac malignitatibus domesticis et externis. Ob cibum et crapulam super divisa sane corpora aves videntur volare: natura nimirum validiores super imbelles tamquam super corpora mortua irruunt, plerumque ex improviso invadentes. At super turturem et columbam non evolant, [*] quoniam immunes a cupiditatibus infraudabilesque sunt caelestes.

Quare dicit: „Transiit seditque super illa) Abraam“?* (ib.)

8. Qui immolationem putant designari rebus praesentibus, dixerint, quod velut in synagoga sedens vir probus viscera perscrutabatur, quasi constans symbolum id reputetur pro declaranda veritate. Nos tamen Mosi adhaerentes placitumque magistri manifeste noscentes, quippe qui ab omni specie sophistica vel prognostica vultum avertens, deo soli credebat, dicamus, cum ipsis nunc congregatis avibus supervolantibus introduxisse iustum virtute praeditum, non aliud parabolice demonstrans, nisi quia iniuriam aviditatemque impediat et rixis bellisque infensissimus sit, constantiam atque pacem amans: ipse enim veraciter pacis custos est. Quoniam per malos nec una civitas acquievit in tranquillitate, sed immobiles factae sunt, quum unus vel alter homo virtute praeditus exstitit, cuius virtus civiles morbos sanat, dante deo virtutis studiosis ad honorem bonos mores; nec eis solummodo, sed illis quoque, qui (s. quibus) appropinquant ad utilitatem parandam.

[*] *Quid est „Sub occasu solis ecstasis cecidit super Abraam, et ecce horror magnus tenebrosus incidit ei“?* (15, 12.)

9. Divinus quidam excessus tranquillus factus

*) Melius: *sedebat iuxta illa* s. *consedit illis*, *συνεκάθισεν αὐτοῖς*. Ubi sensus solus accedit ad Vulg. lectionem: *abigebat eas* (aves) *Abraam*, puta iuxta LXX, adsedens cadaveribus divisis, ne aves auderent adire; quare in sequentibus apposite dicit etiam Philo: *repellebat*. Auch.

est repente virtute praedito; nam ecstasis, ut ipsa vox evidenter monet, nihil est aliud, quam abscessus mentis extra se exeuntis. Prophetica vero gens amat id pati: quum enim divinat et divinis imbuitur intellectus, non ultra in se exsistit, quoniam divinum spiritum intus recipiens cohabitare facit: immo potius, ut ipse dixit, *cadit super eum* (spiritus), quoniam non lente supervenit, sed repente irruit. Caeterum bene se habet et quod adiecit, quod *horror magnus tenebrosus incidit ei:* haec enim omnia ecstases sunt mentis — nam ille quoque, qui metuit, non est in se ipso —, tenebrae autem impedimento sunt visui: quanto vero maior est horror, tanto et videre et intelligere hebetius fit. Haec autem non gratis dicuntur, sed pro indicio scientiae manifestae prophetiae, qua oracula et leges a deo statuuntur.

Quare dictum est ad eum: „Certo scies), quod peregrinum erit semen tuum in terra non sua, et in servitutem redigetur, et affligetur quadringentis annis"?* (15, 13.)

10. Optime illud *dictum est ad eum* notatum est; quoniam propheta putatur [*] aliquid dicere, proprium tamen non dat edictum, sed interpres est alterius, qui mittit aliqua in eius mentem; proindeque quidquid personat ac profert verbis, totum verum est ac divinum. Ut primum, quod gens humana habitat in alterius terra: omnia enim, quae sub caelo sunt, dei sunt possessio, et quae in ista degunt viventia, proprie peregrinari potius veraciter dicenda sunt, quam habitare in propria regione, quam natura non habent. Secundo, quia servus est morta-

*) Ad verbum: *Noscens nosce.* Auch.

lis quisque in genere, nemo autem liber reperitur, sed habet dominos plurimos, qui vexant et affligunt, tum extra, tum intus in se: extra, hiemem frigore afficientem, aestatem aestu comburentem, famem, sitim multasque alias calamitates; intus autem voluptates, concupiscentias, moerores, timores. Servitudo vero quadringentis annis determinatur, iam dictis cupiditatibus insurgentibus. Quamobrem superius dictum fuit, quod *Abraham transiens sedit super illa,* impediendo et repellendo verbotenus carnivora illa volatilia, quae volabant super animalia discerpta, opere vero afflictiones supervenientes hominibus. Quoniam tum ex propria natura amator, tum diligenter studiosus virtutis, humanissimus medicus est generis nostri et vere curator ac mali expulsor; haec enim omnia allegorice animam spectant. Nam sapientis anima dum desuper ab aethere in mortalem adveniens ingrediatur et seminetur in campo corporis, veraciter peregrinatur in terra non sua: quandoquidem terrena corporis natura ab intellectu puro prorsus aliena est et subigens illum deorsum in servitutem, omnem afflictionem illi fert, donec salvator captivantem vitiorum gentem [*] in iudicium adducens condemnet; sic enim in libertatem deinceps redditur. Quare inducit: *Verumtamen gentem, cui servituri sunt, ego iudicabo; et post haec egredientur huc cum magna substantia* (Gen. 15, 14); eadem nimirum mensura et adhuc melius: quia absolvitur mens ex malo collega corpore, egrediens atque translatus non solum libere, verum etiam cum substantia, ita ut nihil boni aut utile relinquat apud hostes suos. Quoniam ferax quidem est omnis anima rationalis: verum qui se putat onustum ac vir-

tute praeditum in consilio suo, nequit servare fructum suum ad finem; id enim decet probum hominem consequi ultro meditata, sicut etiam eis congruum sapientiae consilium. Quoniam sicut arbores quaedam etsi feraces sunt in prima germinatione fructuum, nutrire tamen non valent, ita ut ob minimas causas totus fructus ante maturationem discutiatur: similiter inconstantium animae multa ad fertilitatem iuvantia sentiunt, integra tamen servare ea nesciunt ante perfectionem, quae virtutis studiosum decet, ut tamquam propriam possessionem colligat.

[*] *Quid est „Tu autem ibis ad patres tuos cum pace, nutritus in senecta pulchra"?* (15, 15.)

11. Manifeste incorruptibilitatem animae subindicat, transferentis se ex habitaculo mortalis corporis et redeuntis velut in metropolin patriae, unde primum huc demigravit. Quandoquidem defuncto dicere: *Ibis ad patres tuos*, quid est aliud, nisi alteram vitam proponere absque corpore, quatenus animae soli sapientis convenit vivere? *Patres* autem Abrahae, non genitores eius avosque et maiores inducens ait; non enim omnes laude digni exstiterunt, ita ut honori possent esse ei qui assecutus est successionem eiusdem ordinis: sed visum est *patres* assignare, ut multorum est sententia, elementa universa, in quae resolutio fit dissoluti. Mihi tamen videtur designare incorporeas substantias atque divini mundi habitatores, quos alibi angelos appellare consuevit. Porro non frustra dicit sequentia, in pace nutritum eum esse et in pulchra senectute.

Malus enim ac pravus in pugna nutritur et vivit et decedit in senectute pessima; probus autem in utraque vita, in illa quae cum corpore est, et in illa quae sine corpore, pacem colit, estque solus fortissimus (virtuosissimus), qualis nemo insipientium reperitur, etsi elephante longaevior sit. Quare diligenter dixit: *Ibis ad patres tuos, nutritus* [*] non in provecta senectute, sed *in pulchra senectute:* nam in prolixam vitam extenduntur et plures insipientium, sed in bonam virtuteqne praeditam ille solus, qui sapientiae cupidus est.

Cur dicit: „Quarta aetate revertentur huc"?
(15, 16.)

12. Quartus numerus cunctis numeris aptior est ut perfectior, et perfectissimi denarii radix ac fundamentum est; et iuxta quarti rationem omnia collecta revertuntur huc, ut ipse dixit: Sicut autem ipse per se perfectus est, perfectos quoque generat plane. Quid est autem, quod dico? In animantium generatione primum locum habet seminatio; secundum per aliquod naturae vicinum singula instrumenta imprimi; tertium post fictionem accrementum; quartum demum super omnia perfectio, nativitas. Eadem ratio est et de plantis: Semen missum fuit in terram; deinde promotum est sursum ac deorsum, partim in radices, partim in ramos; posthac crevit; et quarto fructum produxit. Itidem arbores factae primum producunt fructum, qui deinceps crescit; tertio colorem mutat maturescens; et quarto quod ultimum est, implet ac perficit opus: cuius consequentia est usus et fruitio.

[*] *Quid est „Necdum impleta sunt peccata Amorrhaeorum usque adhuc"?* (ib.)

13. Quidam dixerunt, per hoc a Mose fatum introductum esse explicite, quasi vero omnia sint perficienda secundum talem horam et tempus destinatum periodis (. . .) *).

Quid est „Quum sol esset ad occasum, flamma facta est"? (15, 17.)

14. Vel ipse sol flammae specie apparuit in occasu, vel flamma alia ad vesperum, non fulmen, sed similis ei ignis desuper stillavit. Manifesta redditio responsi haec est. Verum illud quod sensum respicit, dicendum est (. . .) **).

Quid est „Ecce clibanus fumans et lampades ignis, quae pertransierunt per medias divisiones illas"? (ib.)

15. Littera patet; vult enim divini verbi fons sive radix hostias consumi non ab eo, qui ad usum nostrum datus est ignis, sed a descendente desuper ex aethere, ut testetur sanctitati hostiarum puritas essentiae caeli. Ad mentem vero clibano fumanti similia facta sunt omnia sublunaria, ob vaporem ascendentem de terra et aqua; quatenus et naturae sectiones sunt, ut ante ostensum est, singulis mundi partibus in duo divisis. Et his accenduntur tam-

---

*) Deesse videtur sequens perioche, ubi oportuit esse castigatio falsae sententiae et constructio verae; alias dicendum est, quod fatum sit usurpatum ab auctore pro dispositione divina. Auch.

**) Aut hic quoque desunt aliqua, aut per sequentia adimplet auctor promissionem suam. Auch.

quam lampades ignis, virtutes velociores in [*] motu efficacioresque, ardentes sane velut ignei sermones divini, modo universum totum secum invicem integre servantes, modo supervacaneam caliginem expurgantes. Verumtamen proprie ac familiarius talis est reddenda ratio: Humana vita similis est clibano fumanti, eo quod non habet ignem purum et lumen nitidum, sed fumum multiplicem per flammam obscurius fumantem, quae caliginem ac tenebras facit atque obscurationem non corporis, sed animae, ita ut non liceat huic nitide cernere; donec redemptor deus caelestes oriri iubeat lampades, puriores inquam sanctioresque irradiationes, quae in duo divisas illas partes dextrorsum et sinistrorsum uniunt simul ac illuminant, harmoniae et lucidae claritatis causae exsistentes.

Cur dixerit: „In die illa testamentum posuit cum Abrahamo, dicens: Semini tuo dabo terram hanc a flumine Aegypti usque ad flumen magnum Euphratem“? (15, 18.)

16. Littera fines spatii delineat interiacentis in medio amborum fluviorum Aegypti et Euphratis; nam antiquitus homonymice cum regione fluvius quoque Aegyptus appellabatur, quod testatur etiam poeta dicens: *Stale in fluvio Aegypto naves ex utraque parte transfretantes*)*. Ad [*] mentem vero felicitatem annuit, quae est perfecta plenitudo triplicium bonorum, spiritualium nempe, corporalium et externorum: ut laude celebrant eam nonnulli eorum, qui

---

*) Hom. Odyss. 14, 258: Στῆσα δ' ἐν Αἰγύπτῳ ποταμῷ νέας ἀμφιελίσσας.

posthac philosophi exstitere, Aristoteles cum Peripateticis: dicitur tamen, quod etiam Pythagorica est talis legislatio. Aegyptus itaque symbolum est corporalium externorumque bonorum, Euphrates autem spiritualium, quibus solis vera laetitia constat, fontem habens sapientiam una cum cunctis virtutibus. Fines autem iure originem ducunt ab Aegypto et terminantur in Euphratem; in ultimis enim occurrunt res animae, quibus aegre appropinquare succedit nobis, postquam tamen transitum est per corporales et externas, ut sanitatem, sensuum integritatem, pulchritudinem et robur, quae in iuventute solita erant proficere, crescere et acquiri: similiter et illa, quae ad lucrum faciendum negotiationemque pertinent, ut navarchia, agricultura et commercia; iuvenem namque omnia decere, maxime praedicta, iure dictum est.

Qui sint Cenaei, Cenezaei, Cedmonaei, Chettaei, Pherezaei, Raphaim, Amorrhaei, Chananaei, Gergesaei et Iebusaei? (15, 19 ss.)

17. Decem gentes numerantur malitiae, quas destruit ob vicinitatem*); [*] quoniam denarius quoque falsus et male signatus vicinus est bono atque amabili. Summa vero perfectio numeri denarii aptissima est, ut mensura immensorum numerorum, quemadmodum dispositus est et mundus et sapientis mens. Cuius tamen substantiam convertit subvertitque malitia, despectis viribus pernecessariis, ut solum restet illud quod dixerit (s. audierit), bonum esse studium virtutis: nam pravus talis est,

*) *s. gentes, quas destruit ob malitiae cum illis vicinitatem.* Auch.

opinionem magis quam veritatem admittens, in quibus semen prophetarum Ismael (s. admittens ad aucupandos videntes).

Quare „Sara uxor Abrahae non generabat (s. pariebat) ei"? (Gen. 16, 1.)

18. Sterilis celebratur mater nationis. Primum, ut mirabilior generationibus filius appareat per miraculum editus. Secundo, ut non ex matrimonio potius viri, quam ex providentia divina sit conceptio et nativitas: sterilem enim generare non pariendi facultatis est, sed divinae virtutis opus. Littera haec est. Ad mentem vero: primum, quod peperisse proprium mulieri est, sicut generasse (s. genuisse) masculo. Vult itaque animum virtute plenum masculino generi prius similem reddere, quam feminino, cognatum ipsi existimans τὸ agere, non vero τὸ pati. Secundo generant [*] quidem ambo, tam probus animus quam pravus, generant tamen diverso modo et contraria: probus bona et utilia, pravus autem sive malus turpia et inutilia. Tertio, qui est adhuc proficiscens, ad ipsam summitatem invitandus, prope est ad lumen, quod apud aliquos dicitur oblivioni traditum atque incognitum: is ergo prout proficiscens est, non generat nec prava neque proba, quia necdum perfectus est; sed aequalis est ei, qui nec aegrotat neque perfecte sanus est corpore, sed de longa aegritudine adhuc ad sanitatem tendit.

Quid est „Erat ei ancilla Aegyptia, cui nomen erat Agar"? (ib.)

19. Agar explicatur peregrinatio, haec autem serva est perfectioris naturae; natione *Aegyptia* nimis

naturaliter: nam studium encyclicae disciplinae diligit copiam scientiae, et copiosa scientia tamquam ministra est virtutis. Quoniam complexus scientiarum artiumque servit ei, qui scit proficere acquisitione eius ad acquirendam virtutem; virtus enim habitaculum habet animam, complexus autem scientiarum et artium eget corporeis instrumentis. Corpus autem symbolice Aegyptus est, ideo iure encyclicorum speciem Aegyptiam asseruit. Attamen propterea *peregrinationem* etiam nominavit illam, quoniam peregrinum est sophisma ad comparationem sapientiae proprie patriae soliusque necessariae, quae domina [*] est mediae disciplinae et per encyclica pulchras choreas agitat.

Cur *dixit Sara ad Abraham: „Ecce conclusit me dominus, ut non pariam; intra ad ancillam meam, ut puerum facias ex illa*“? (16, 2.)

20. In ipsa littera idem est non invidere et providere de sapiente viroque suo et genuino cognato, ita ut optans sterilitati suae satisfacere per ancillam, quam habebat, concubinam eam viro praestaret. Caeterum amoris erga virum copia magis assignatur: quum enim sterilis ipsa putaretur, non aequum duxit viri familiam prole privatam derelinqui, eius emolumentum praeponens suae dignitati. Littera haec prodit. Ad mentem vero huiusmodi praefert rationem: Illis qui nequeunt ex virtute parere pulchra ac laude digna opera, convenit mediam sequi disciplinam, atque, ut ita dixerim, ex encyclicis pueros creare sibi; copia enim scientiae ut cos est

mentis rationisque*). Optime tamen scriptum est: *conclusit me;* nam quod clausum est, aperiri solet tempore [*] opportuno; non ergo spe destituta erat, ac fixa in consilio sapientia eius perpetuo se prole carendi, sed scit quod paritura est: pariet tamen non impraesentiarum, sed quando anima perfectionis puritatem ostendat. In quantum vero imperfecta est, satis est ei mitiore doctrina uti per encyclica. Unde haud inconsulto in sacris quoque certaminibus (Olympicis), qui non possunt primas accipere victoriae, secundis digni efficiuntur: proponitur enim certantibus praemium primum et secundum et tertium a praesidibus agonis, qui repraesentant naturam: huic ergo primum praemium proponit virtutum, secundum autem encyclopaediae.

Quare mulierem Abrahae dixit Saram? Ait enim: „Sumens Sara mulier Abrahae ancillam suam Agar Aegyptiam, dedit in manus eius." (16, 3.)

21. Concludit comprobatione Theologus matrimonium proborum ob incontinentes lascivos: nam isti propter concubinas, in quas ardent insano amore, despiciunt sapientes uxores. Quare inducit virtute ornatum, constantem virum coniugis, eo tempore, quo licebat uti ancilla; et sobrium profecto (designat) mulier sapientem, quum alium in thalamum ingressus est. Quoniam apud concubinam coitus solus erat corporum ob procreandos liberos, apud coniugem vero unio animae concorditer coaptatae [*] caelesti desiderio. Littera talis est. Ad mentem vero, qui sapientiae, iustitiae caeterisque virtutibus

*) Vid. Clementis Alexandr. Strom. 1, 5. Auch.

veraciter secreta sua crediderit, quum semel acceperit consilium sapientiae atque gustaverit matrimonium eius, constanter permanet ut vitae consors coniux; etsi encyclica disciplina multum ut pulchras choreas agitet. Siquidem geometriae, arithmeticae, grammaticae, rhetoricae aliarumque disciplinarum ingenii theorias quum prae manibus habuerit virtute praestans vir, non minus tamen memor studii probitatis, in unum fertur ut in opus praecipuum, in alterum vero ut in opus accessivum*). Caeterum omnino par est approbationem consequi et illud, quod uxoris nomine appellaverit ancillam, eo quod complacitu atque hortatu verae uxoris excepit torum, non autem sua propria voluntate; quamobrem non amplius ancillam eam dixit, ut nempe si non meritum, nomen saltem idem assequeretur ancilla data in uxorem. Verumtamen allegoriae studentes dicere liceat, quod etiam media exercitatio disciplinae vim habet concubinae, sed figuram ac ornatum uxoris; nam singulae encyclopaediae referunt in se imitanturque veram virtutem.

Quid est „Quum vidit se concepisse, despecta est domina coram ipsa“? (16, 4.)

22. Diligenter nunc *dominam* dicit Saram, dum putabatur diminutam esse ac superatam ab ancilla, prole carentem a prole praedita. Certe hoc caput sermonis ad omnia fere negotia vitae humanae necessaria extenditur: probatior enim ac melior in dominio est [*] sapiens pauper quam insipiens dives, et

*) Verba Armenia tamquam digito indicant Graeca illa ἔργον et πάρεργον. Auch.

inglorius quam gloriosus, et infirmus quam sanus. nam quicquid cum sapientia est, genuinum est ac proprio dominatu praeditum, quicquid autem cum insipientia est, servile et inconstans comperitur. Pulchre tamen dictum est, quod non ipsa despexit dominam suam, sed *domina despecta fuit*)*: illud enim accusationem prae se ferebat personae, istud autem declarationem eventuum; nulli quippe imponere vult (scriptura) per vituperationem in alterius laude, sed tantum puram rerum veritatem evidenter tradere. Haec littera sonat. Ad mentem vero: Quicumque honores ante ingenium sapientiae amplexantur ac aestimant, et sensus consiliis nobiliores reputant, abscedunt ab rerum familiaritate, putantes, quod multa peperisse et magnam generationem visibilium produxisse magna et perfecta bona sint ac unice nobilissima, sterilitas autem hac in parte mala sit et improbanda; quia non vident invisibile illud semen intelligibilesque generationes, quas solita fuit mens per se in se generare.

Cur Saram quasi poenitet, dicentem ad Abraham: „Iniuriam accipio ex te; ego dedi ancillam meam in sinum tuum; nunc autem quia vidit se concepisse, spreta sum coram ea“? (16, 5.)

23. Anxietatem ac haesitationem affert hoc dictum, indicans primum illud *ex quo**)*, id est ex quo tempore dedi ancillam meam; et secundo respectum ad personam, ait enim: *a te iniuria afficior,* [*] quod sane vituperium est. Quoniam sine macula

*) In contrarium fertur lect. Vulg. *despexit dominam suam.* A.
**) Puta relative ad sequens *nunc*, q. d. deinceps. Auch.

et accusatione existimat bonum servandum esse ac veracem, minime vero obliviscentem coniugem, semper enim eum inducit omni veneratione honoratum, dominum nominans. Verum est tamen primum; ex quo enim tempore ancillam dedit ei ut concubinam, despici putata est ipsa. Litterae talis est sensus. Ad mentem vero: Quando quis dabit (alteri) sapientiae ancillam, consilio illa sophismatis ignorans dominam despiciet; quando enim possederit ipsa encyclopaediam ac delectetur claritate eius: ubi unaquaeque scientiarum valde attrahit animam in se, tamquam habens vim violenter trahendi, non amplius potest (ancilla illa) se unire cum domina, sive imagine sapientiae ac gloriosa eius mirabilique forma, donec superveniens acutus iudex rerum, verbum divinum, separet et disiungat verisimilia a veritate, mediaque ab extremitatibus, et secunda a constitutis in primo ordine: quamobrem in ultimis dicit: *Iudicet deus inter me et te.*

Quare dixit Abraham: „Ecce ancilla tua in manibus tuis; fac cum illa, quomodo tibi placuerit"? (16, 6.)

24. Laudem continet littera de sapiente (s. sapientis); nec enim uxorem suam neque concubinam, sed ancillam uxoris suae dixit eam, quae a se conceperat. Quoniam vero videbat et illam productricem, non ira usus exacerbavit [*] affectionem animi, sed sedavit (s. prudentem reddidit). Locus autem allegoriam continet per illud *in manibus;* quasi, ut ita dicam, sub auctoritate sapientiae exsistat sophisma, quod quidem tamquam ex fonte eodem scaturit, sed per unam partem, non directe, neque emanationem integram servat mundam, sed foetida quo-

que et plura his similia simul trahens. Quum itaque sub manu ac potestate tua sit — cuius enim sapientia, eius sunt et omnes encyclicae disciplinae —, fac cum illa, utcumque tibi cordi erit: persuasus enim sum, quod non severius quam aequum sit, iudices; quia id ipsum valde tibi placet, secundum meritum unicuique distribuere ac reddere, et nihil plus aequo nec honorare neque contemnere.

Cur dicit: „Afflixit eam Sara"? (16, 6.)

25. Littera manifesta est. Ad mentem vero huiusmodi fert rationem. Non omnes afflictiones noxiae sunt, sed est aliquo tempore, ubi utiles sunt. Id sufferunt et aegri a medicis, et pueri a paedagogis, et insipientes a correctoribus, ut sapiant. Quod ego nunquam ullo modo afflictionem dixerim, sed salutem emolumentumque animae et corporis. Huius partem praestat et sapientia choro encyclicorum, iure admonens animum copiae disciplinarum deditum et praegnantem sophismate, non rebellare, ac si magnum atque excellens*) acquisiverit bonum, sed acquiescere ac vereri superiorem melioremque naturam tamquam veram dominam, penes quam est ipsa constantia et potentia rerum.

[*] *Quare fugam capessit Agar a facie eius?* (ib.)

26. Non omnis anima admittit observantiam et disciplinam, sed facilis ac suavis proprie**) mens diligit correptionem et magis familiaris redditur mo-

*) s. *superturgidum*, ut Gr. *ὑπέρογκος*. Auch.
**) s. *ac constans sibi propria*. Auch.

nitoribus suis: infensus autem malevolus odio habet et aversatur effugitque, delectantes sermones potius quam utilitati faventes praeferens ut meliores.

Quid est „Invenit eam angelus domini super fontem aquae in deserto, in via Sur“? (16, 7.)

27. Dicta omnia quasi symbola sunt, quibus eruditam animam figurat, quae possessio est virtutis, necdum tamen cernere potest pulchritudinem dominae suae. Symbola inquam sunt: *inventam esse,* et *ab angelo*, *super fontem, in deserto, in via* autem non alia, sed *Sur*. Incipiendum tamen a primo. Quoniam nimis fallax sophista et altercationis amator fere *inveniri* nequit ob artificia sua et sophisticas persuasiones, quibus consuevit fallere ac decipere. Qui vero absque malis moribus aemulator tantum est eruditionis adipiscendae per chorum encyclopaediae, quamvis difficilis inventu sit, sed non prorsus non invenibilis. Illi enim, qui inveniri non potest, cognata est perditio; ei vero, qui inveniri potest, salus, maxime quum quaeratur et inveniatur a sanctiore melioreque spiritu. Quis autem sanctior et melior *angelo domini?* huic enim commissum est quaerere animam errantem et ob praesumptam eruditionem nescientem constanter, [*] quam oportebat venerari: poterat tamen ad correctionem venire, propterea etiam quaesita est. Nec imperfecta (quaestio) comperta est, sed prompta prae manibus: quoniam inventa est anima, quae effugerat perfectam virtutem, non potens admittere disciplinam. Tertium autem symbolum post inventionem, eamque ab angelo, fuit inveniri *super fontem,* naturam inquam: haec enim praebet eruditis ingenium iuxta diligen-

tiam cuiusque, diluens sinistram eruditionem (s. ineruditionem). Laus est autem locus ipse animae, quae sitibunda est ad ingenium placidamque eius legem, cupiens ut hauriat aquam fere una cum societate compotantium vinum: sic enim conversatur cum illis, qui exercitatione disciplinarum vescuntur ac delectantur; ubi natura ipsa praebet satisfactionem tamquam ex fonte quodam doctrinam et conductionem. Quartum vero symbolum, *in deserto* fuisse inventionem: quoniam angustia singulis sensibus superveniens una cum influentia singularum cupiditatum supprimit animum et non permittit limpidam bibere aquam; sed quando evitare haec poterit, tamquam in deserto acquiescit atque cessans de cogitationibus se conturbantibus convalescit, ita ut spem recipiat non vitae solum, sed etiam immortalis vitae. Quintum erat symbolum, *in via* reperiri: namque incorrigibiles mores per impervia aguntur; qui vero in melius verti potest, ecce viam tendit eam, quae ducit ad virtutem. Illa autem via pro moeniis est et custode animis, quae possunt salvari: *Sur* enim *moenia* sonat. Viden' quod totum symbolice (s. legitima) figura est animae proficientis? et profecto non [*] perit proficiens, sicut plane insipiens. Nam si inveniatur (s. inveniat) verbum divinum, quaerit eam (s. illud): et quidem aufugit a verbo divino, qui moribus non est mundus ac probus, fontem tamen habet aquae, qua abluit vitia sua et malitias, hauriens inde fertilitatem legis. Adhaec desertum amat (s. dicit), quo aufugit a vitiis et malitiis, et visa virtutis via revertitur ab imperviis malitiae. Haec autem omnia moenia sunt ipsi et custodia, ne quodam modo ab illis, quae invadunt,

laedi posset, verbis aut rebus, atque aliquid mali patiatur.

Quare dixit ad illam angelus: „Agar ancilla Sarae, unde venis? et quo vadis?“ (16, 8.)

28. Littera nihil opus habet expositionis, nimis enim clara est. Ad mentem vero asperitas (exprimitur); quoniam instructivum est verbum divinum et infirmitatis animae medicus. Dicit ergo ad illam: *Unde venis?* nescis quid boni deseruisti? numquid manca es et caeca? non enim vides prorsus, et sensus habens non sentis, atque mentis portionem ullam non habere mihi videris ut demens. Attamen *quo vadis?* de qua probitate in quam miseriam? Ut quid sic errasti, ut bonis quae in manibus habebas abiectis, remotiora persequereris bona? Noli tu, noli inquam, haec agere: sed insano impetu revocato [*] recurre et revertere in eandem viam, aestimans sapientiam tibi dominam, quam ante quoque habebas praefectam et procuratricem in eis, quae aggrediebaris.

Quid est „A facie Sarae dominae meae ego fugio“? (ib.)

29. Sinceram indolem laudare par erit et amicam veritatis existimare; proindeque aequum est nunc admittere veracitatem animi fatentis, quae passus est: *a facie* enim inquit, puta a superficie virtutis et sapientiae horrui. Quoniam principalem regiamque eius speciem videns tremuit, non ferens maiestatem ac sublimitatem eius intueri, sed potius fugiendum sibi duxit. Sunt enim quidam, qui non propter odium aversentur virtutem, sed prae pudore reve-

Quid est „Hic erit agrestis homo, manus huius super omnes et manus omnium super istum, et contra omnes fratres suos habitabit"? (16, 12.)

33. Ad litteram fratres hactenus non habet; is enim primus coepit esse genitoribus suis. Verum figurat naturam quamdam nimis occultam, quam inquiri liceat; futurae enim formae figuram exposuit. Talis autem figura evidenter repraesentat sophistam, cuius mater eruditio est seu sapientia; ipse [*] tamen sophista ferinae est sententiae. Quoniam sapiens ut civilis, urbi et urbanitati (s. civitati et politicae) aptus est; qui vero ferus est ac ferinae sententiae, illico et rixosus est. Quare adiicit, dicens: *manus eius super omnes, et manus omnium super eum;* copia enim scientiae eruditionisque usus cunctis contradicit. Sicut qui nunc nominantur Academici et Inquirentes, nullum terminum voluntatis (s. placiti) institutis suis constanter imponentes, nullamque praeferentes inter sententiam istam vel illam: admittunt enim philosophari illos, qui iaculantur in sententiam cuiusque sectae, quosque solitum fuit nominare voluntatis oppugnatores (quasi Telemachos s. Telemamachos*)), quia primum certant et defensores se declarant sectae patriae, ne ab iis qui adversantur, convincantur. Cognati autem sunt omnes et quasi fratres eiusdem ventris effectus, unius matris partus, philosophiae nimirum. Quare dixit: *contra omnes fratres suos habitabit;* vere enim Academicus et Indicibilis ex diametro opponuntur se-

*) Non credo, quod confusio hic aliqua sit cum proprio nomine Telemacho, cuius interpretatio: *eminus pugnans, τηλεμάχος*. Auch.

ctis, in singulis reprehendentes certam determinationem placiti.

Quare dicit: „Vocavit autem (Agar) nomen domini, qui loquebatur ad eam: Tu deus, qui respexisti me. Quia dixit: Etenim coram vidi apparentem mihi“? (16, 13.)

34. Observa primum accuratius, quod (angelus) ad modum ancillae sapientiae minister erat ex parte dei*). [*] Quare tamen (dominus s. deus) nominatur, qui vocandus fuit**) angelus? Ut personae propriae rem (ipsi) adaptaret: decebat enim superiorem principemque universorum deum apparere sapientiae, illius autem verbum ut ministrum, ancillae ac famulae sapientiae. Eam vero deum putasse angelum non est frustra; qui enim nequeunt primam intueri causam, accidit decipi et secundum primum aestimare. Quemadmodum qui debilem fert visum et illum qui in caelo est solem corporeae speciei cernere nequit, radium cadentem super terram existimat ipsum esse solem. Et quicumque regem non viderint, praefecto et subministris exhibent primi regis dignitatem. Enim vero et silvani ac ferini homines, urbem neque de summitate quadam videntes, villam aut atrium urbem magnam coniiciunt esse; et eos qui illic sunt, cives urbis magnae, prae ignorantia profecto verae urbis.

---

*) s. *Agar sicut ancilla sapientiae famula erat etiam dei.* Auch.

**) s. *Cur angelus iam dictus fuit, qui invocandus erat (ut dominus vel deus).* Explanatio Glossarii: „*Attende diligenter: praedictum sermonem confirmat. Sicut enim Agar ancilla erat Sarae sapientis, similiter famulus erat dei angelus. Quod si non ita fuisset, quare angelum deum vocaret: patet quod imperfecta erat persona, sicut et nomen eius testatur, quia ancilla erat, non domina.*“ Auch.

Quid est „Propter hoc vocavit puteum illum Puteum eius quem coram vidi"? (16, 14.)

35. Puteus utrumque habet, et profunditatem et fontem: doctrina autem encyclicorum nec ad superficiem [*] est, neque principiis carens; fontem enim habet disciplinam correctivam. Iure itaque coram puteo apparuisse angelum ait sicut deum. Quandoquidem et eruditio encyclopaediae secundum possidens ordinem principatu gaudere putatur, re ipsa separata a prima illa sapientia, quam sapientibus, non vero sophistis licet cernere.

Quare puteus inter Cades et inter Pharan dicitur fuisse? (ib.)

36. Cades exponitur sanctus, Pharan autem grando vel far.

Quid est „Peperit Agar Abrahae filium"? (16, 15.)

37. Nimis naturaliter; nullus enim habitus possessionis sibi ipsi parit, sed habenti: ut grammatica grammatico, et musica musico, et mathematica mathematico, quia huius pars est egetque huius. Habitus autem ut non indigens recipitur, quemadmodum et ignis caloris non egens — namque ipse sibi calor est — partem participationis praestat eis, qui accedunt ad illum.

[*] *Quare octoginta et sex annorum esse Abraham dicitur, quum peperit ei Agar Ismaelem?* (16, 16.)

38. Quia illud, quod sequitur octoginta, sex videlicet, primus est perfectus numerus, par suis partibus et primus par impar, acceptans aliquid etiam

de causa effectiva secundum redundantem (sc. imparem) atque ex materiali et affectiva secundum parem: quare et inter maiores antiquissimos nonnulli matrimonium, alii harmoniam illum dixere. Theologus autem noster mundi quoque creationem deduxit in sex (dies). Octoginta vero inter numeros perfecta harmonia gaudet, coalescens ex duobus generosis diametris duplici triplicique ratione iuxta figuram laterculi quatuor ordinum; quatuor autem omnes collationes in se concludit, arithmeticam, geometricam et harmonicam. Primum ex duplicibus, ut VI. VIII. IX. XII, quorum compositio fit XXXV. Secundo ex triplicibus VI. IX. XII. XVIII, quorum summa agitur XLV. Ex duobus autem his, triginta quinque inquam et ex quadraginta quinque, impletur numerus octoginta. Quando etiam Theologus ipse (Moses) coepit divinitus oraculum praeceptorum dicere, octoginta annorum erat. Primus autem exsistens nationis nostrae iuxta legem circumcisae (s. circumcisus, octava die) . . . *) virtute praestans ille nomen [*] gerit gaudii, *Isaacus* dictus Chaldaice, id est *risus*, natura nimirum, quae super omnia laetatur (s. ridet), nullatenus aegre ferens, quae in mundo aguntur, sed potius complacens sibi de factis tamquam de bene et utiliter actis.

Quare nonaginta et novem annorum facto ait: „Apparuit dominus deus et dixit: Ego dominus sum deus tuus"? (17, 1.)

39. Utramque appellationem nominum utriusque virtutis superioris vocat super Sapientem, eo

*) Vix cernitur perfecta connexio cum antecedentibus; quare suspicari quis potest aliqua hic deesse. Auch.

quod per illas creata sunt omnia, perque illas dispensatur mundus creatus. Per unam itaque (sapiens, haud secus ac mundus) factus ac fictus erat secundum deum, deus enim creativae virtutis est nomen; per alteram vero secundum dominum, ut sub potestate regnoque cadens. Vult itaque monstrare virtute conspicuum tam civem mundi esse, quam dignitate aequalem universo mundo, praepositas ei custodesque constitutas (declarans) singulari modo virtutes mundi, divinam et regiam. Apparitio autem fit circa nonaginta et novem annorum numerum iure meritoque, quia apprime vicinus est centenario; centesimus autem numerus effectus est decimi per se ipsum multiplicati, quem Theologus sanctum sanctorum vocat. Quoniam corus, primus ille denarius, simpliciter sanctus dicitur, quem concedit verritoribus templi: denarium autem denarii quem iterum praecipit verritoribus, ut solvant prae omnibus exsistenti (summo sacerdoti), est denarius centenario connumeratus; denarii enim denarius quid aliud est nisi [*] pars centesima? Caeterum non ad centenarium sola affinitate numerus nonaginta et novem adornatus est, sed etiam mirabilis naturae particularem sortitus est participationem, constans quinquagesimo et septies septeno: nam quinquagesimus (ut Pentecoste vel Iubilaeum) remissio nominatur in legislatione, cunctis libertate donatis, inanimatis atque animatis. Septeni vero anni mysterium est quietis profundaeque pacis secundum corpus et animam: nam septimus annus bonorum per se provenientium sine industria ac labore memoria est, quae in primo mundi conditu per se produxit natura. Quadragesimus autem et nonus nu-

merus ex septies septeno constans haud frivola bona indicat, sed potius ea, quae virtutem habent et sapientiam ad invictam validissimamque constantiam.

Quid est „Complace coram me et esto immaculatus: et ponam foedus meum inter me et inter te, et multiplicabo te nimis valde"? (17, 1 s.)

40. Legem ponit mortali generi familiarius; qui enim non habet participationem malitiae immunisque a malo est, talis erit perfecte bonus, quod incorporeis naturis proprium est: qui vero in corpore sunt, secundum mensuram, qua malitia partesque peccati auferuntur (boni dicuntur). Apparuit itaque honesta hominum vita, non immunium ab aegritudine ex principio usque ad finem, sed eorum qui ab infirmitate proficiunt [*] in sanitatem. Quare directe ac recte dixit: *esto immaculatus.* Satis enim est mortali naturae ad felicitatem, non esse reprehensibilem, neque aliquid vituperio dignum dicere facereque; quo illico placet patri. Ideo dixit: *Complace coram me et esto immaculatus;* ubi mutuam praefert conversionem assertio, quoniam placens deo mos reprehensionem non meretur, qui autem immaculatus est et irreprehensibilis in omnibus, omnino placet (deo). Duplicem itaque gratiam pollicetur donare ei, qui ab omni vituperio declinabit: primum custodem depositi divinorum testamentorum ait ipsum constituere, et deinde in multitudinem termini nesciam crescere facere. Illud enim *ponam foedus (s. testamentum) meum inter me et te* ostendit munus custodiae veri hominis honesti: nam foedus dei totum incorporeum est verbum, forma et mensura universorum, qua mundus iste conditus fuit.

Bis autem repetere *multiplicabo te nimis valde* multitudinis immensam copiam manifeste demonstrat, incrementum inquam populi, nec non humanarum virtutum.

Quid est „Procidit Abraham super faciem"? (17, 3.)

41. Constructio praemissorum est praesens dictum; dixerat enim: *Esto immaculatus.* Atqui vitae improbatae causa non alia est quam sensus, quia is et cupiditatum origo est ac fons; quamobrem iure meritoque super faciem cadit, puta sensuum delicta (in imum cecidisse), operibus bonis iam illos deditos fuisse ostendens. Haec primo loco dicta sint. Secundo vero dicendum, quod manifesta apparitione perculsus erat Entis, [*] ita ut vix potens intueri prae metu cadat et adoret super terram, pudore affectus a specie apparente. Tertio propter revelationem in ipsa apparitione factam ab ipso Ente qui est, quem novit ut veritatem naturae creatae oppositam: quoniam una persistit in constantia invariata, altera vero vacillat et cadit in proprium locum, puta terram.

Quid est „Locutus est autem cum illo deus, dicens: Et ego, ecce pactum meum tecum, et eris pater multitudinis gentium"? (17, 3 s.)

42. Quandoquidem antea dixerat *foedus,* inducit: Ne quaeras illud per litteras, quoniam ego sum, iuxta praedicta, genuinum ac proprium testamentum. Postquam enim monstraverat se dixeratque: *ego, adiicit dicens: ecce pactum meum,* nihil aliud praeter me; ego enim sum testamentum ipsum, secundum quod foedus ac pactum fingitur pangiturque,

et rursum benè distribuuntur et discernuntur omnia. Huius prototypi foederis forma est ab ideis et incorporeis mensuris rebusque compacta, quibus perfectus fuit hic mundus. Nonne ergo cumulus est beneficiorum, quae concedit Sapienti pater, educere eum evectum non solummodo de terra in caelum, neque tantum de caelo ad incorporeum intelligibilemque mundum, verum etiam hinc ad se ipsum (attrahere), ostendens se ei, non sicut in se est, id enim fieri non potest, sed in quantum visus videntis ipsam virtutem intelligibilem assequi poterit? Propterea dicit, non ultra: Sis filius, sed *pàter*; pater autem non unius, sed *multitudinis;* multitudinis autem non secundum partes, sed *universarum gentium*. Ex promissis itaque [*] revelatis duo litteralem habent rationem, tertium vero naturalem magis. Litterarum una talis est: Profecto eris pater gentium et gentes generabis, id est unusquisque filiorum tuorum sit caput gentis. Altera vero huiusmodi: Patris more plurium gentium procurationem et praeposituram induas; solet enim dei amator illico et hominum amator esse, ita ut non solum cognatis, verum etiam universis diligenter curam adhibeat, maxime illis qui possunt disciplinam attentionis excipere, quique non inhumanae ac durae sunt indolis, sed facile cedentis virtuti obtemperantisque rectae rationi. Tertium vero sub sequente allegoria exponi licet. Multitudo gentium est velut in singulis nostris animis multifaria inclinatio voluntatis, tum ea quam de se consuevit fingere, tum (aliae) quas per sensus imaginatione intermediante ab extra intus surripientes admittit. Quarum omnium si possideat principatum mens, tamquam communis pater convertit ad meliora, pue-

riles sententias ut lacte fovens, adultas, imperfectas tamen, exhortans ad profectum, recte vero rem peragentes laude prosequens, rebellantibus autem temerariis fraenum imponens per disciplinam ac correptionem. Quoniam optans divinitatem imitari ab eiusdem virtutibus benefica et ultrice tamquam a fontibus duplicem affluxionem recepit, erga dociles beneficentiam et erga rebelles increpationem, ut quidam laudibus, alii castigationibus proficiant; etenim qui virtute fulget, late et aeque potest cunctis secundum facultatem suam prodesse.

[*] *Quid est „Non vocabitur nomen tuum Abram, sed Abraham erit nomen tuum"?* (17, 5.)

43. Quidam ex destitutis a musica choreaque, immo ex inconsultis et a divino choro resilientibus, immaculatum natura (entem vel sapientem) irrident, dicentes cum vituperio: O magnum donum! unam litteram concessit universorum dux et dominus, qua nomen patriarchae crescens magni fuit, ut pro disyllaba trisyllaba fieret. O magnam cacodaemoniam impietatemque, si audent quidam de deo detractionem introducere, decepti superficie nominis, ubi oportebat mentem in profunda immittere, interius res ipsas inquirendo ob veram magnitudinem possessionis! Adhaec et litteram concessam, etsi levem ac facilem, quare providentiam non reputatis, neque pretium eius ponderatis? Siquidem ante omnia primum elementum litteralis vocis est A, tam ordine, quam virtute. Secundo etiam vocale et vocalium primum, sicut caput accommodatum. Tertio, quia non ex propriis longis est, neque ex propriis brevibus, sed de numero eorum, quae utrumque conti-

nent; extenditur enim longius et revocatur iterum in breve, prae lenitate ad modum cerae figuratum in multas res et figurans verbum secundum multiplicem speciem. Praeterea causa est, frater enim est unitatis, ex qua incipiunt in eamque terminantur omnia. Tantum itaque decorem, et tanta necessitate expositam litteram quum viderit quis, quomodo incusabit, quasi non viderit? Nam si vidit, contumeliosum se prodit et boni osorem. Quod si non viderit tam facile negotium, quomodo quod nescit, irridere et despicere praesumit, quasi sciat? Caeterum haec obiter, ut dixi, dicta sint; sed necessarium praecipuumque [*] opus quaerendum est.

Appendix litterae A, per unum elementum, totum commutans reformavit animi situm, pro sublimi scientia ac eruditione rerum supernarum (sc. pro astronomia) acquirere ei faciens intellectionem sapientiae. Siquidem scientia rerum supernarum facultas acquiritur in unam partem mundi, in caelum videlicet et in periodum choreasque stellarum, sapientia vero ad universam rerum naturam, sensibilem et intelligibilem. Nam intellectio est sapientia divinarum humanarumque rerum, et rationum earum. In divinis itaque est aliquid, quod visibile est, et aliud quod invisibile, et idea demonstrativa. Et in humanis quaedam sunt corporalia et alia incorporalia, quorum intellectionem percipere magnum et verum facultatis ac fortitudinis opus est. Verum non solum videre universorum substantias et naturas, sed etiam singulorum rationes investigare virtutem indicat humana perfectiorem. Necesse enim est animum tot et tantarum rerum perceptivum oculum esse omnino, et sine somno perficere vitam

suam in mundo pervigilanter, atque lumine umbram nesciente ac lucis speciem praeferente circumduci ut fulmine coruscante, magistro ac duce usum deo ad comprehensionem scientiae entium, ad reddendasque rationes.

Disyllabum igitur nomen *Abram* interpretatur *pater excellens,* ob sublimis rationis (astronomiae) et mathematicae nomenclaturam; trisyllabum autem *Abraham* interpratur *pater electae echus,* [*] viri sapientis nomenclatura. Nam echo in nobis quid aliud est, nisi sonitus verbi prolati, pro quo et instrumentum a natura constructum per tubam gutturis crassam dictam, una cum ore et lingua. Pater autem talis soni est intellectus noster, et intellectus electus virtute praeditus est. Quod autem proprius, familiaris ac naturalis pater verbi prolati mens sit, patet, quia patri proprium est genuisse et verbum a mente nascitur. Pro indicio erit certo, quod, quando movetur a consiliis, sonat, istis autem deficientibus cessat. Testes sunt rhetores et philosophi habitum demonstrantes per obiecta. In quantum enim mens foras edit capita singulosque apparatus in se reconditos producit ad modum geniturae, tunc et verbum fluens fontis instar fertur in aures adstantium velut in receptacula; quando vero deficiant (illa), et (ipsum quoque) ultra non possit sese edere, quiescit cessatque etiam sonitus ut a nullo percussus.

Nunc ergo num vobis, o pleni saturique superflua loquacitate, vacui a sapientia homines, videturne donum meri unius elementi fuisse, quo, mediante littera, divinae virtutis sapientiae dignus est effectus (sapiens)? qua melius nihil est in nostra natura, quia pro sublimi eruditione (astronomiae) con-

cessit intellectionem, totum videlicet et plenum bonum pro exigua parte; quoniam in sapientia concluditur supernarum rerum eruditio, sicut in toto pars, pars enim est mathematica. Verum enim vero oportet vos, o homines, illud quoque [*] cogitare, quod qui eruditus sit peritusque ad inquirendam naturam superiorem, potest pravo atque improbo esse more; at sapiens omnino probatus est ut bonus. Num ergo adhuc irrideamus donum, quo nihil aliud perfectius reperiri possit? quid enim malitia turpius aut virtute melius? Numquid inveniatur et bonum minime oppositum malo? vel comparationemne habeat ad divitias, honores, libertatem, sanitatem, vel ad quicquid aliud, circa corpus et extra, possessionis redundans? Nam universa philosophia accessit vitae nostrae tamquam collegium quoddam medicinae animae, ut illinc det apathiam immunitatemque a morbo: generosum autem profecto est philosophum esse, et mira ars nobilis veraciter; mirabilior est et finis, propter quod ars. Hic ergo est sapientia eaque optima, quem appellavit Chaldaeo idiomate *Abraham, pater* scilicet *electi sonitus*, velut definitionem sapientis reddens. Sicut enim definitio hominis est ,, animal rationale mortale'', sic et sapientis definitio est mystica ,, pater sonitus electi''.

Quid est ,, Augebo te valde et ponam te in gentes, et reges ex te fient''? (17, 6.)

44. Illud *Augebo te valde* dictum est sapienti nimis legitime. Quoniam omnis pravus vel malus crescit quidem et progreditur, non tamen ad incrementum, sed ad defectum; sicut marcescibiles inter

flores, non ad vitam, sed ad [*] mortem. Cuius autem vita est prolixa et vehementer nubis instar transeuntis aucta, sive ut affluxio fluviorum (est), quia redundans extenditur magis ac magis foras, quum et sapientia divina sit. Illud autem *ponam te in gentes* dictum est, ut evidentius demonstraret, quod dignum efficit, tamquam fundamentum ac fulcrum firmissimum esse sapientem gentibus, tum suis, tum caeteris etiam hominibus vario modo egentibus secundum animum, ut antea dictum est. Quoniam sapiens gentium redemptor est et intercessor apud deum et veniam petens de delictis cognatorum. Illud demum *reges ex te fiant* iterum nimis rite dicitur; omnia enim, quae sapientiae sunt, regia semina sunt, proles principis ac ducis secundum naturam: sapiens autem caret semine fructuque proprio, sed ferax est et copiosus semine ab ipso principali.

Quid est „Dabo tibi et semini tuo post te terram hanc, in qua tu peregrinatione habitasti, omnem terram Chanaan in possessionem aeternam"? (17, 8.)

45. Littera adeo clara est, ut nulla opus habeat declaratione sermo. Ad mentem vero allegoria usurpanda est hoc tenore. Virtute praeditus animus in spatio corporeo peregrinus est potius quam incola; patria enim eius est aether [*] et caelum, colonia autem terra et terrenum corpus, in quo dicitur peregrinari. Benefaciens ergo ei pater donat ei terrenorum universorum principatum in aeternam, ut ipse ait, possessionem, ne dominetur umquam a corpore, sed semper princeps et rector sit, servum ac pedissequum illud acquirens.

Quid est „Circumcidetur omne vestrum masculinum, et circumcidetis (s. circumcidemini) carnem praeputii vestri"? (17, 10 s.)

46. Duplicem video circumcisionem: unam masculi, alteram carnis; quae carnis est, per genitalia est; quae vero masculi, ut mihi videtur, per cogitationem. Quoniam proprius mas in nobis intellectus est, cuius superflua germina amputare et abiicere necesse est, ut mundus ac nudus ab omni malitia vitioque deum colat ut sacerdos. Id ergo designavit per circumcisionem secundam, lege statuta dicens: *Circumcidite duritiam cordis vestri* (Deut. 10, 16), duras videlicet ac rebelles cogitationes et ambitionem, quibus recisis ac separatis libera reddatur pars principalis.

Cur masculos tantum iubet circumcidi? (17, 12.)

47. Primum enim Aegyptii per consuetudinem regionis anno aetatis [*] decimo quarto, quando mas incipit seminis usum gerere et femina sanguinis eruptionem sentire, tam sponsum, quam sponsam circumcidunt. Dominicus autem legislator super mares solum constituit circumcisionem multis de causis: quarum prima est, quod mas veneream sentit voluptatem ac optat matrimonium magis quam femina, quamobrem iure omissa femina, viri compescuit impetum superfluum sub signo circumcisionis. Secunda autem, ut materia feminae ex residuo sanguinis erupti exhibeatur nato, cuius artifex ac causa est mas; quia itaque magis necessarium in actu generationis vir praestat, merito coercuit eius superbiam per figuratam circumcisionem, materialis

vero (causa feminina) ut inanimata non praefert ambitionem. Hactenus haec. Caeterum posthac illud quoque notandum, quod visu praeditus in nobis intellectus est: huius supervacanea germina necesse est abscindere. Germina vero superflua sunt inanes opiniones quaeque secundum illas aguntur, ita ut intellectus circumcisus sola necessaria utiliaque in se gerat, et quicquid superbiam crescere facit, abscindatur: quocum circumciduntur et oculi, quasi non videant.

[*] *Cur dixit: „Et puer octo dierum circumcidetur omne masculinum“?* (ib.)

48. Praeputium *) iubet circumcidi, quod apprime quidem ob morbos futuros permissum est. Difficilius enim est sanari morbum in genitalibus, igne fere comburens ea, quibus membranum supernascitur: quod tamen circumcisis vix contingit. Et sane si fieri potuisset ut aliae etiam infirmitates evitarentur amputando membrum aliquod aut aliquam corporis partem, ita ut abscissis illis non impediretur operatio singularum partium, nesciente mortali homine, in immortalitatem transmutaretur. Quod autem per curam animi providam sine infirmitate circumcidi placuerit, liquet, quoniam non Iudaei soli, verum etiam Aegyptii et Arabes et Aethiopes atque fere omnes in meridionali parte prope ad zonam torridam habitantes circumciduntur. Quae ergo est ratio praecipua, nisi quod in iis locis, maxime aestate, quum operculum genitalium circumtectum sit cute, ardet et conflammatione vulneratur, quo ta-

*) Ad verbum: *caudam*. Auch.

men nudato per circumcisionem refocillatur et morbus depellitur? Propterea gentes septentrionales caeteraeque quibus distributa est sors partium terrae serenae, non circumciduntur; lenis enim est in illis partibus tum solaris calor, tum morbus caloris in membranis membrorum. Iudicium firmum accipiat quisque et ex tempore, quo magis accidit ille morbus: nam hieme numquam fit, sed pullulans florescit aestate et maturescit; amat enim, ut ita dicam, tamquam ignis [*] ardere in illis partibus.

Secundo non solum propter sanitatem maiores curam hanc diligenter adhibuere, sed etiam propter multiplicationem humani generis, videntes naturam vivacem et nimis amantem humanitatis (adaugendae). Noverant itaque sicut sapientes, quomodo in sinum membranae fusum semen saepe saepius dispergi et infructuosum esse soleat; quod si nihil occurrat obstaculi, in sibi competentem situm pervenire facile posset. Quamobrem et gentes circumcisionis usum habentes in populationem magnam nimium accreverunt. Legislator autem noster etiam consequentiam perpendens citius fieri monuit infantium circumcisionem, eandem intentionem circumcisionis ob populationem attendens. Ideo sane, ut mihi videtur, Aegyptii quoque bis septimo aetatis anno, quo ad generationem cupiditas ferri incipit, convenire circumcidere designarunt in favorem populationis. Verumtamen melius ac diligentius fuit apud nos super infantes decernere circumcisionem: quoniam adultus fortasse moram gessisset ob metum, eo quod libero gaudeat arbitrio, ad operanda legitima.

Tertio propter munditiam dicit et in sacris ob-

lationibus*); etenim qui ingrediuntur in templorum atria, per ablutiones et aspersiones mundantur. [*] Aegyptii porro et totum radunt corpus, auferentes pilos tegentes obscurantesque corpora, ut candidi omnino appareant: verum non modicum iuvat ad munditiam pellis circumcisio, alias abhorreret quisquam, quando vidisset, sicut in se est.

Quarto, duo sunt in nobis generativa, in anima et in corpore: generativum animae intellectio, et corporis instrumentum corporeum. Voluerunt itaque antiqui ad imitationem intellectionis, quae magis est generativum cordis, referre generativum corporis: et revera nulli ita similius reperitur, quam circumcisioni cordis. Haec ergo sunt re ipsa facta, sicut celebratae rationes rerum quaesitarum; verum de habentibus symbola maiora, quae certam praeferunt rationem, dicendum est.

Circumcisio itaque pellis symbolum esse dicitur, quasi vero oporteat superfluas excessivasque abscidere cupiditates, continentiae religionis studendo: nam quemadmodum ad generationem superflua est pellis praeputii, unaque nociva ob morbum ignis in ea ardentis, sic etiam copia cupiditatis tam supervacanea est, quam perniciosa: supervacanea, quia non est res necessaria; et perniciosa, quia morborum causa est corporis et animae. Per cupiditatem autem maiorem monet abscidendas esse caeteras quoque cupiditates. Maior autem dicitur illa, quae respicit matrimonium maris cum femina; quoniam et magnae rei initium facit, generationis videlicet, magnumque desiderium operatur in genitoribus pro genituris: naturale enim est erga proles affici carita-

*) s. *et oblationem in sacris locis.* Auch.

te ac blandiri. Monet itaque non solum cupiditates excessivas abscidere, sed etiam superbiam, ut magnam malitiam, eamque connutritam. Namque superbia, ut maiorum fert sermo, est retentio et compes [*] profectionis; quoniam et illam, quam ratam habebat, probitatem, non vult praeferre*), putans se sufficientem interesse causam. Porro naturalius instruit eos, qui se causam generationis existimant, vix animum referentes ad videndum genitorem universorum: ipse enim est verus ac verax pater; nos autem, qui genitores dicimur, instrumenta sumus ad serviendum generationi. Quoniam sicut in mira similitudine omnia, quae videntur (s. vident), inanimata sunt; quod vero nervos corroborat, invisibile quidem est, ipsum tamen causa exsistit virtutis motusque visus. Simili modo ex sempiterno invisibilique spatio extendit virtutes conditor universorum, nos autem tamquam miracula nervis corroboramur ad id, quod ad nos attinet, semen et generationem: nisi velimus etiam fistulam putare per se flatam esse, non vero ab artifice distributam ad harmoniae productionem, qua instrumentum in servitium ac opus necessarium fuit constructum.

[*] *Cur octavo die circumcisionem imperat (fieri)?* (ib.)

49. Octavus numerus multos prae se fert decores. Primum namque cubus est. Secundo, quia ubique aequalitatis ideam in se continet, quia longitudo et

*) s. ita: *quoniam qui putat melius se habere, aliud recusat;* s. ut Gloss.: „*Qui se putat meliorem esse, recusat ab altero meliore edoceri; similiter si quis putet se causam esse generationis, falsus est.*" Aucher.

latitudo profunditasque, quae aequales sibi invicem sunt, per primum octavum indicantur. Tertio, compositio octavi homologiam parit, numerum videlicet triginta sex, quem homologiam Pythagorici appellarunt, quoniam in ipso primum superaddita (sc. imparia) cum paribus convenerunt. Siquidem quatuor singillatim ab unitate superaddita (imparia), et a duobus per paria, peragunt illud triginta sex. Imparia autem ista sunt: I. III. V. VII, quae constituunt XVI; paria vero haec: II. IV. VI. VIII, quae fiunt XX; amborum itaque compositio perficit triginta et sex, fertiliorem profecto numerum. Quoniam quadrangulus est, latus habens sextarium, primum par impar, quod veracissime quidam vocant harmoniam vel matrimonium, quoque usus conditor universorum operatus est mundum, sicut sanctus mirabilisque liber Mosaicus refert. Quarto, octavi idea parit sexaginta quatuor, quod est primus cubus, unaque quadrangulum, typus incorporeae, intelligibilis invisibilisque substantiae, ac corporeae: incorporalis, iuxta quadrangulum parens superficiem; corporalis vero, iuxta cubum stereoma perficiens. Quinto, cognatum est semper virginis septem, partes enim octavi perficiunt septem, quia dimidium est quatuor, quarta pars duo, octava unum, quorum summa est septem. Sexto, octavi virtus est sexaginta quatuor, quod dicimus numerum primum, cubum ac quadrangulum. Septimo, ab unitate singillatim per duplicia haec, I. II. IV. VIII. XVI. XXXII, [*] constat LXIV. Habet caeteras quoque ampliores virtutes numerus octavus, de quo alias diximus; praesenti tamen quaestioni congruam rationem reddere lubet dependentem ex iam fundatis.

Verum illud primum est dicendum. Gens ista, cui in mandatis datum est circumcidi octavo (die), vocatur lingua Chaldaica *Israel*, hoc est *videns dei*. Vult ergo (primum), ut particeps sit tum propriorum iustorum, tum eorum qui secundum electionem et secundum Geneseos (sive creationis) rationem, per primum quidem sextum, quod illico creationem sequutum est; illud nimirum genitor et creator festum generationis evidenter monstravit mundo (s. mundi), perficiens illum in sexto (die). Alterum vero, quod secundum electionem est, per octavum, quod est secundi septimi principium. Sicut octavum est septimum et unum, sic ornata gens semper est gens, illud quoque supra recipiens, quod per naturam electa sit et secundum placitum patris. Secundo, octavum undique paritatem indicat, cunctas separationes aequales monstrans, ut dictum est, longitudinis, latitudinis et profunditatis. Aequalitas autem aequitatem iustitiae peperit: quo manifestat, quod amatrix dei gens aequitate sive iustitia adornata est et in possessionem provecta. Tertio, non solum completae aequitatis iuxta omnes dimensiones est mensura, sed etiam primum: primus enim cubus est, [*] quoniam octavus quidem numerus paritatem indicat, secundum tamen, non primum sortitus est ordinem. Symbolice itaque figurat, quod primam istam gentem et aequitatem ac iustitiam proprie supremam summamque adaptaverit, atque primam humani generis, non creationis genitura vel tempore, sed dignitate virtutis, ac si connaturalis pars sit unita iustitia cum paritate. Quarto, quandoquidem quatuor sunt elementa, terrae, aquae, aëris et ignis species: ignis figuram sortitus est homony-

mam pyramidem, aër autem octosedem, aqua vigintisedem, et terra cubum. Necesse itaque censuit terram, quae sors erat futura virtute praeditorum hominum generis, participare numerum cubicum, sicut et universa figurata est terra, et pars eius receptans geniturae partes, quia et natura terrae fertilis est nimis, varias separatasque species producens omnium animalium plantarumque.

Quare tam vernaculos quam emptitios circumcidi iubet)?* (ib.)

50. Littera manifesta est; oportet enim et ministros imitari dominum propter necessarium opus servitiumque vitae. Ad mentem vero *vernaculae* indoles sunt, quae natura ipsa moventur; et *emptitiae*, quae verbo et doctrina in melius verti possunt. Utraque istarum opus habet, ut plantarum more purgetur et putetur, ad propriae ac fructiferae partis constantiam: fertiles enim multa [*] pariunt superflua propter fertilitatem, quae abscidi expedit; qui vero edocentur a doctoribus, inscientiam amputant.

Quid est „Eritque testamentum (vel pactum) meum in carne vestra“? (17, 13.)

51. Vult non solum prodesse homini virtute ornato, sed una cum anima super corpus etiam praeesse verbum divinum, tamquam medicus eius factus, cui curae sit circumcidere excessus visus et auditus, gustusque et odoratus et tactus, nec non instrumenti vocis edendae, atque genitalium impetus redundantes nocivosque, sicut etiam totius corporis,

*) Ad verbum: *circumcidit*. Auch.

quo peragitur tum delectari in cupiditatibus, tum dolore affici *).

Quare de infante decidit sententiam mortis, dicens: „Masculus non circumcisus, qui non circumciderit (Gr. non circumcidetur) carnem praeputii sui octavo die, corrumpetur anima illa de genere suo“? (17, 14.)

52. De nullo involuntario reum declarat lex, quum et illi, qui involuntariam [*] perpetraverit occisionem, veniam facit, civitatibus distinctis, in quas fugiat ad inveniendam securitatem; sacratus enim atque immunis redditur, qui illuc profugit, unde nemo facultatem habet educendi citandique in tribunal iudicii. Octavo itaque die post nativitatem puer si non circumcidetur, quid ipse peccabit, ut poenam mortis quoque luere teneatur? Dixerint itaque aliqui, formam edicti annuere parentes ipsos; illos enim putant despexisse mandatum legis. Alii vero: Nimium excessum, aiunt, usurpans super infantes, ut videtur, imposuit, ut adulti dissolventes legem irrevocabili modo subiiciantur poenae severissimae. Littera haec dicit. Ad mentem vero, masculus in nobis apprime intellectus est: hunc in *octavo* iubet circumcidi propter rationem antea redditam, non quoad aliam partem, sed carnem praeputii, symbolice notans eas quae in carne postea fiunt voluptates et impetus. Quare et rationem legitimam inducit, monens, quod intellectus, qui non sit circumcisus expurgatusque ex carne carnisque vitiis, corrumpatur et nequeat salvari. Quod autem non de homine est sermo, sed de intellectu sanitatem recipiente, in

*) s. *cui vel ipsum delectari in cupiditatibus dolore affici est.* Auch.

sequentibus dicit: *corrumpetur anima illa*, non corpus humanum aut homo, sed *anima* et mens. Undenam? *De gente* ait *sua:* gens enim universa incorrupta est; ergo ab incorruptibilitate in corruptionem fertur pravus.

[*] *Cur dicit: „Sara uxor tua non vocabitur Sara, sed Sarra erit nomen eius"?* (17, 15.)

53. Rursum nonnulli ex insipientibus derideant unius elementi appendicem, puta centenarii (nam apud Graecos *R*, *ρ'*, centum significat): quo ludentes hallucinantur, ut nolentes interius meritum rerum perspicere veritatisque vestigium tenere. Illud enim (elementum *r*, *ρ*,), quod unius elementi additamentum putatur esse, totam harmoniam genuit: pro tenui magnum, et pro particulari generale, et pro mortali immortale prorsus; quoniam per unum *r* vocata *Sara* interpretatur *principatus meus*, duo autem (*rr*, Sarra) *princeps* (mulier). Quo ergo distinguantur haec a se invicem, attendamus liceat. In me sapientia (s. prudentia), integritas (s. temperantia), iustitia et fortitudo principatum usurpant in me solum et mortales sunt: proindeque moriente me moriuntur. Haec autem sapientia ipsa est ipse princeps, et ipsa iustitia princeps ipse, et unaquaeque virtutum non est principalis mea, sed ipsa est domina reginaque, immortalis monarchia ac regnum. Viden' doni magnitudinem? Permutans convertit partem in totum, speciem in genus, corruptibile in incorruptum. Haec autem omnia prius dispensantur propter futuram [*] nativitatem laetitiae cunctis gaudiis perfectioris, cuius nomen est Isaac.

Quare dicit: „Ex ea dabo tibi pueros), et benedicam illum, eritque in gentes, et reges gentium ex eo erunt"?* (17, 16.)

54. Vix oportet quaerere, quod in plurali dixerit *pueros* unicum dilectumque filium eorum; intentio enim fertur in soboles eius, unde gentes regesque (orientur). Littera huc pertinet. Ad mentem vero, quando anima illam, quae particularis est, habet virtutem exiguam ac mortalem, adhuc sterilis est; ex quo autem a divina incorruptaque partem acquisivit, coepit concipere et parere varietates gentium, caeterorum nempe sanctorum universorum. Nam unaquaeque immortalium virtutum voluntarias habet leges quam plurimas, quae gentium prae se ferunt similitudinem et regnorum. Regiae enim res sunt virtus virtutisque generationes, praedoctae a natura, quidnam principatu gaudeat et nesciat statum servilem.

Quare „Abraham procidit super faciem suam et risit"? (17, 17.)

55. Duo manifestantur ex casu super faciem: unum, actus adorationis propter excessum divinae ecstaseos; alterum, quod conveniens est ac aequale [*] homologiae iam dictae, qua confessus est intellectus, quod deus solus constanter stat; qui vero sub generatione creationis sunt, omnes sub commutatione periodi cadunt. Cadunt autem aliquatenus isti,

---

*) Ita legit Philo constanter, ut patet ex sequentibus, quamquam Scriptura singulariter dixerit *τέκνον, puerum s. filium,* atque ipse Ph. adiunxerit singulari numero: *et benedicam illum etc.* Auch

qui consueverunt surgere ac corrigi iuxta primitivam faciem. Iure autem risit exsultans de promissione, magna spe adimpletus, quod exspectata perficerentur: maxime quod revelationem manifestam acceperat ex apparitione, quatenus firmius novit eum, qui stat semper constans, et istum qui solet inclinari ac cadere.

Quare quasi haesitare visus est de promissione? ait enim: „Dixit in mente: Si centenario filius erit et Sarra nonagenaria pariet?“ (ib.)

56. Haud gratis vel frustra adiectum fuit illud: *Dixit in mente.* Nam lingua et ore prolata indigna (verba) sub reatu poenaque cadunt; quae vero in mente fiunt, nihil obnoxia sunt, quia involuntarie deducitur mens ab enormitatibus, introductis cupiditatibus aliunde aliis, quibus aliquando resistit aegre ferens ac cupiens declinare ab illorum imaginibus. Sed fortasse neque haesitat, sed admiratione commotus ob excessum doni dicit: Ecce corpus nostrum provectum est et transgressum aetatem generationis; deo tamen omnia possibilia sunt, ita ut senectutem quoque in iuventutem demutet et carentes semine fructuque in fructificationem generationis perducat. Quod si itaque [*] centenarius et nonagenaria generabunt, ordinarium et similia sua facta auferantur, et sola dei virtus ac gratia simul appareat evidenter.

Caeterum quicquid virtutis habet numerus centenarius, exponendum est. Primum virtus est denarii centenarius. Secundo huius ipsius myrias, myrias autem frater est unitatis; sicut enim semel unum unum est, sic etiam myries unum myrias.

Tertio partes centenarii universae sunt honestae. Quarto constat ex triginta sex et sexaginta quatuor, quod est cubus et simul triangulum. Quinto coalescit ex singulis istis imparibus I. III. V. VII. IX. XI. XIII. XV. XVII. XIX, quae faciunt C. Sexto componitur ex quatuor istis, uno et duplicato, et quatuor et duplicato, ut I. II. IV. VIII, quae faciunt XV, et ex quatuor istis multiplicatis I. IV. XVI. LXIV, quae faciunt LXXXV: atqui duplicata ratio per omnia est, continens illam, quae est per quatuor et per quinque, quater autem bis per omnia. Septimo componitur ex quatuor singillatim unitate adauctis, I. II. III. IV, quae faciunt X, et ex quatuor triangulis, I. III. VI. X, quae peragunt XX, et ex quatuor quadrangulis, I. IV. IX. XVI, quae faciunt XXX, et ex quatuor quinquangulis, I. V. XII. XXII, quae fiunt XL: simul omnia C. Octavo ex quatuor singillatim ab unitate cubis perficitur centenarius; datis enim I. II. III. IV. istorum cubi I. VIII. XXII. LXIV, conficiuntur C. Nono dividitur in quadraginta et sexaginta, quorum utrumque magis naturale est. Et secundum primum ordinem decimorum usque ad myriadem in quinquangula figura medium tenet centum, e. g. I. X. C. M. et CCIↃↃ: ubi medius est centenarius inter unum, [*] decimum, centesimum, millesimum et myriadem.

Verum oportet et de nonagenario numero quoad notas visibiles haud silentio transgredi. Ut mihi videtur, nonagenarius secundas tenet centenarii, quatenus aufertur pars eius decima, id est denarius, quoniam in lege video duas decimas primitiarum distinctas: unam totius, alteram residui. Quando enim tollitur ex frugibus tritici vel vini vel olei de-

cima, altera quoque decima abstollitur ex residuis. Ex istis itaque duobus maioritate honoratum est illud primum ac principale, et secundo loco istud quod sequitur. Quoniam centenarius numerus annorum sapientis comprehendit ambas primitias, quibus consecratur, primam inquam et secundam. Nonagenarius autem annorum feminini generis numerus continet secundas primitias minores, residuas nimirum primi et inter sacros numeros magni. Haec itaque prima dicatur theoria (visio) in sacra lege familiaris et altera generalem habens naturam; namque nonagesimus numerus fertilis est, quare et mense nono parturire accidit: decimus autem sacer et perfectus, quibus (nempe 9 et 10) multiplicatis, constat nonaginta ut virtus sacrae geniturae, iuxta nonum recipiens fertilem generationem, iuxta vero decimum sacram.

[*] *Cur dixit Abraham ad deum: „Ismael hic vivat coram te“?* (17, 18.)

57. Primum non despero quidem (ait), o domine, de meliori generatione, sed credo promissioni tuae; satis est tamen mihi donum vivere hunc, qui interim in medio vivus est filius, etsi non sit secundum proprium genus, ut ex concubina natus. Secundo illud quoque, quod nunc petit, adiectivum est bonum; non enim vitam solam optat filio, verum etiam praecipuam in deo vitam, quo nihil perfectius putandum est, coram deo nimirum sanitate gaudere salutari, quae aequalis est immortalitati. Tertio per coniecturam subindicat auditam legem divinam non ad auditum solum satis ducere debuisse, sed interius transgredi et formare principalem eius partem:

vita enim est ista divino conspectui condigna verbum effectum esse.

Quare oraculum divinum ad modum annuendi „dicit ad Abraham: Etiam (s. Ita); ecce Sarra uxor tua pariet tibi filium"? (17, 19.)

58. Intentio sententiae talis est: Confessio ac homologia ista, ait, mea parte admissio est voti, plena manifeste pura laetitia; et fides tua non sub dubio, sed sine haesitatione partem habet pudicitiae reverentiaeque. Ideo quod antea accepisti, ut futurum propter tuam [*] in me fidem, fiat omnino; hoc enim declarat illud *Etiam*.

Quare dicit: „Verum et de Ismael ecce exaudiam te et benedicam ei; duodecim gentes generabit"? (17, 20.)

59. Et primum et secundum concedo, ait, bonum: bona videlicet naturae bonaque disciplinae. Per naturam illud, quod secundum genuinum Isaacum est, et per disciplinam, quod est secundum Ismael non genuinum. Auditus enim collatus cum visu est sicut non genuinus cum genuino, et quod fit per disciplinam, non est eiusdem rationis cum illo, quod per naturam est. Generat autem nationes duodecim studiosus encyclopaediae, nam encyclicus numerus est duodenis dierum annorumque periodi.

Quare dicit: „Testamentum vero meum statuam ad Isaac, quem pariet Sarra in tempore hoc in anno altero"? (17, 21.)

60. Quemadmodum in hominum testamentis quidam inscribuntur heredes, et aliqui donis digni

adscribuntur, quae ab heredibus accipiunt, sic et in divino testamento heres inscribitur ille, [*] qui ex natura probus est discipulus dei, perfectis decoratus virtutibus: qui vero per auditum introducitur ac subiicitur legi sapientiae participatque disciplinam encyclicam, heres minime est, sed dona accipit gratis concessa. Verum sapientissime dictum est, in anno altero parere Isaacum, quoniam non praesentis temporis est ista vitae genitura*), sed alterius magni et sacri, quaeque divina gaudet abundantia nimia, nulloque modo similis gentibus est.

Quare dicit, quod „Abraham erat nonaginta et novem annorum, quum circumcisus est; Ismael autem filius eius annorum tredecim"? (17, 24 s.)

61. Dispositio est ad centenarium nonaginta et novem annorum numerus, atque secundum hunc numerum disponitur et perfecti semen generationis esse principium, quod manifestius apparet in centenario. Tredecimus autem mumerus componitur ex primis duobus quadrangulis, ex quatuor et novem, pari et impari, ita ut par habeat pro lateribus duplicem formam materialem et impar formam operativam: ex quibus totis efficitur trinum, quod est maximum et perfectissimum hostiarum festivarum, quas continent exarationes sacrorum librorum. Hoc unum est. Alterum vero dicere liceat, quod tredecim annorum aetas vicina est et particeps bis septimi anni, quo seminis [*] motus ad generationem fertur. Ne ergo alienigenum seminetur semen, primas generationes integras servari procuravit, sub

*) s. *vitae est ista genitura.* Aucher.

symbolo generationis figurans instrumentum generandi. Tertio docet eum, qui matrimonium exerciturus est, omnino prius circumcidere concupiscentias, corripiens lascivos et effeminatos, ut qui superfluas coërceant commixturas, quae non propter generationem puerorum, sed ob incontinentes cupiditates fiebant.

Quare alienigenas etiam circumcidit Abraham? (17, 27.)

62. Sapiens tam utilis est, quam humanus, qui non cognatos solos ac vicinos, sed etiam alienigenas et alienae sectae homines salvat et invitat ad se, ex propriis bonis partem eis donans, ex patientia religiosaque continentia; haec enim sunt fundamenta firmitatis, quo tendens quiescit omnis virtus.

QUAESTIONES ET SOLUTIONES

IN GENESIN.

SERMO IV.

[II, 237. 238.]

[*] *Quare dicit: „Apparuit autem dominus deus Abrahae in quercu Mambre, quum ille sederet die fervente ad ostium tabernaculi sui. Et elevavit oculos suos“?* (Gen. 18, 1,s.)

1. Littera satis evidens mihi videtur esse, nisi sola arbor allegoriam concludit exponendam iuxta Chaldaicum idioma (in voce *Mambre*). Arbor est secundum Heraclitum natura nostra, quae se obducere ac abscondere amat. Primum itaque notandum, quod Mambre Visum sonat et huncce sensum prodit: Quemadmodum ex sapientia fit sapere, ex sanitate mentis sana mente conversari et singulos habitus proprios praeferre [*] effectus, sic in sensibus ex tactu tangere, ex gustu gustare, ex auditu audire et a visu naturali necessitate fit videre. Hoc est, quod spirituali perspicacique mente sana, puta Mambre, sive visu, ditat animum, praestans ei ut melius videat et acutior sit visu et insomnis vigilansque, ita ut videat non solum mundum creatum, cuius contemplatio philosophiae propria est, verum etiam patrem et creatorem deum increatum. Quid enim prodesset eum advenire et non videri? Quoniam vero

non soli humano generi, sed etiam totius caeli cunctis partibus purioribus incomprehensibilis est, tamquam splendorem quendam ex se coruscare fecit, quem iure formam appellamus, circa totum animum radios spargens incorporeos, atque supercaelesti*) lumine adimplevit; quo conductus intellectus fertur mediante forma ad prototypum. Siquidem visu potius quam cunctis instrumentis sensus coaptavit symphoniam dictam, prout per visum acquiritur ut videamus; per visum enim apparitio intelligitur.

Secundo, quia extremitates sunt admirabiles, ut ille, qui apparet, deus est, et iste cui apparet, (homo,) videre possit**), medium inter extremos ordinavit [*] pro symbolo certo *quercum*, arborem robustiorem ac principatu potiorem, atque fere ex agrestibus domesticam, notans sapientem undique oculatum. Qui incipiens videre entium utique optimum ac fortissimum principem, ducemque universorum, videt arborem agrestem densitate comprehensam, ita tamen ut expedite et libere splendorem obvians renitentem placidum redderet oculis. Quamvis enim planta ipsa agrestis sit, sed fructus eius nucleus domesticus (ut Gr. φηγός, fagus), qui frumento prius in cibum hominum datus est: quamobrem et vitam ei †) adscripserunt ut propriam facultatem, templum et aram unius dei reputantes quercum. Quia sicut solaris laurus in emolumentum salubre cedit, et conversiones solis annualia manifeste indicant tempora, quorum unum suavem temperationem praestat, alterum severum intemperantiae morbum

*) s. *spargens, incorporeo et supercaelesti etc.* Auch.
**) s. *videns est sicut propheta,* sive iuxta Gloss.: *mens Abrahae.* Auch. †) s. *unde et vità. Ei etc.* Auch.

efficit. Et oliva semper virginis purioris essentiae est, quam sortitus est globus inerrabilis; oleum enim luminis materia est: caelum autem splendoris figuram gerit, in quo et lucidae stellae sunt. Ideo et pluritatem earum (arborum) consuetudo fert nominare, non ex propriis sibi dotibus, sed ex principali eorum quercu (nam Gr. δρῦς est quercus et silva) in locis, ubi magis condensae arbores ac silva consistunt, etsi quercus nullam [*] ultionem petat; et quercisecae (Gr. δρυοκόποι) dicuntur, qui caesores sunt etiam abietum, cedrorum ac consimilium, imo etiam illarum, ex quibus convenit erigi cancellos, δρύφακτα dictos. Nec non arborum fructus universim, tam domesticarum quam agrestium, querni fructus dicuntur ac olivi, sicut et quercum maturatam sive fagum primitivum nominant illum fructum, qui super plantam maturescit. Uno verbo, nomen quercus et olivae ut principalium cunctis imponunt.

Sedenti vero apparuisse iure dictum est, quoniam habitus et quies tranquillitatis est corporis sessio: mens autem sapientis quando in quiete et pace secura sedeat, illam quae secundum intelligibilem vitam laboris nesciam, similitudinem veri entis dei volens imitari, quantum fieri possit, humana natura similem originali describit obscuram formam. *Ad ostium* vero *tabernaculi sedere* symbolum esse videtur, quod corpus quasi tunica pellicea, ut alias sacra domini mandata nuncuparunt, animae est; quia via efficitur colorum, figurarum, vocum, humorum et vaporum, cunctorumque sensibilium. Decet autem virtute pollens consilium sedere prope ad sensus, ut ianitor, ne quicquam nocivi introrsum surripiens causa noxae sit animae, quum compos est eam in-

sontem integramque servare et immunem ab omni malo. Nam insipientium sensus sine custodia derelicti sunt et libere patentes, quorum nemo est ad ostium, [*] qui inutiles ac noxias imaginationes impediat: quare et plurimae aerumnae intus insiliunt, non minus voluntariae, quam involuntariae, quibus impudenter ingressis etiam in mente formantur faciliter turpes ideae, quibus die et nocte vacillat et aestuans movetur anima, quoniam sine custodia derelicti erant sensus patentes.

Optime etiam dictum est, *meridie* factam esse apparitionem, quia ea est hora magis luminosa, quam tota diei longitudo. Itaque symbolice demonstrat intelligibilem solem, qui incorporeos radios immittit lucidius ac clarius super animos mundos, qui interius intuentur radios ipsos, affectu pietatis supra evehentis familiare sibi reddentes caelum. Longius tamen intueri non possunt, quoniam pura, nitida ac sancta illa lux incorporea splendoris instar sparsa fulget, et fulgore suo hebetat oculos. Videtur tamen mihi, quod, quia purius ac lucidius lumen est meridiei, quo visus perceptiones manifestiores aguntur, vult etiam sapientis intellectum illuminare (s. illuminari) et undique decorare (s. decorari) radiis divinae lucis, ut clarius constantiusque percipiat verorum entium impressiones radiis [*] umbra vel opaco carentibus.

Quid est „Vidit, et ecce viri tres stabant super eum"?
(18, 2.)

2. Naturalius utique eis, qui cernere possunt, repraesentat, quod et unum tres esse licuit, et tres unum, eo quod unum sunt secundum rationem su-

pernam. Verum una cum primis virtutibus annumeratus, creativa nimirum et regia, trinam apparitionem operatur intellectui humano. Is enim nequit tam acutus esse visu, ut illum, qui superat virtutes sibi assistentes, velut distinctum deum videre possit. Ut ergo intueretur deum, una cum illo exsistentes apparent et virtutes ministrae, ac si pro uno triadis apparitionem faceret. Nam quando intellectus incipiat accipere certam apprehensionem de Ente, illuc et ipse pervenisse intelligitur, singularem se reddens, atque ut primus et princeps apparens; quem, ut paulo ante dixi, sine ullius societate videre non poterat (Abraham vel animus), nisi cum iis, quae cum illo exsistunt illico virtutes primae, creativa, quae vocatur deus, et regia, quae dominus appellatur.

Quod autem dicit: *Elevavit oculos,* non corporis inquit, a sensibus enim deus videri non potest, sed ab anima; opportuno enim tempore sapientiae oculis cernitur. Verum multarum earumque [*] improbarum animarum visus semper occlusi sunt, quoniam in alto somno iacent et nequeunt umquam resilire et expergefieri ad naturae res et quae in ea sunt ideae et perceptiones. Sapientis vero spirituales oculi expergefacti perspiciunt, imo sine somno vigilantes sunt, ob desiderium videndi resilientes ad vigilantiam. Quare bene dictum est in plurali, non unum elevasse oculum, sed oculos universos, qui in animo sunt, ita ut totum totaliter oculum esse eum dixeris. Oculus igitur factus incipit videre dominicam, sanctam divinamque visionem, eo modo ut unica visio appareret ei sicut trinitas, et trinitas velut unitas.

Aequum est, ut et sequentia non omittamus proferre; non enim gratis dictum est, quod *stabant supra eum*. Siquidem super omnes creaturas generatas deus est, et divinae virtutes disponentes, procurantes et regentes. Quum itaque universim cuncta necessaria iam dicta sint, de ipsa vero rerum causa*) non obiter visionem videre liceat, sub uno intuitu intellectus duplicem apprehendit apparitionem. Unam tamquam dei venientis duabus virtutibus superioribus, a quibus colitur, a creativa ut opifex mundi, et ab regia ut dominator mundi iam facti. Alteram vero sicut virorum peregrinorum, non utcumque occurrentium, sed perfectiorum in humana natura secundum corporis dotes et dignitatis honores. Ex utraque hac apparitione impulsus, nunc [*] ab una, nunc ab altera trahebatur ad visionem, et vix poterat asserere, quae ex illis certior credenda sit. Itaque propter cautionem et incertitudinem dubiam nec despexit neque, ut segniores quidam, oblivioni tradidit, sed utramque imaginationem acceptans tenuit, melius ratus dubium ipsum reddere familiare, veraciter potius quam mendaciter, ad possessionem duarum virtutum maiorum, reverentiae et humanitatis: reverentiae iuxta unam ideam oculorum fixorum, quatenus deum vidit, et humanitatis secundum alteram ideam, quae ad peregrinos respicit aequitatis communicatio. Quod autem ad utramque imaginationem motus fuerit, patet etiam ex Scriptura: quicquid enim dicitur de uno vel ad unum vel ab uno, testimonio est apparitionis tamquam dei; quicquid autem de pluribus vel ad plures, ad homines quasi peregrinos refertur.

*) Ad verbum: *opere*, quod accipio pro *opifice*. Aucher.

Etenim illud quod dixit: *Apparuit ei deus* (18, 1); et: *Domine, si vere inveni gratiam coram te* (vs. 3); et: *Ne transeas servum tuum* (ib.); atque illud: *Ita fac, ut dixisti* (vs. 5); nec non quod dictum est ei: *Ubi est Sarra uxor tua?* (vs. 9); et: *Revertens veniam ad te tempore isto* (vs. 10); et: *Dixit ei deus: Quare risit Sarra?* (vs. 13) — haec omnia, inquam, indicant apparitionem tamquam dei. Quasi vero ad viros peregrinos spectant ista: *Elevans oculos suos vidit, et ecce tres viri stabant supra eum*, et *Cucurrit ad eos*, et *Lavent pedes vestros*, et *Umbras captate sub ista arbore;* et *Manducate* et *Stabat coram eis*, et *Surrexerunt inde viri* (vss. 2. 4. 5. 8. 16). Itaque per [*] utramque virtutem, pietatem et humanitatem dirigebat omnes ad praescriptam politicam*). Ista enim politica suam vitam pro exemplo exhibuit nationi dux ac origo eius compertus, quippe qui oculotenus visionem videns, non vero constantem — tam enim deum, quam peregrinos vidisse se imaginabatur —, aequum duxit tum sicut erga deum pietatem colere, tum sicut peregrinis aequitatem unionis ac humanitatem ostendere. Hinc ansa capta nonnulli mensuram pondusque harmoniae corporeae excogitarunt (in deo) abnormi opinione, quemadmodum severus ille et sufficiens in scientia exponit Homerus, decore vitae ut pulchrae harmoniae non licere superbire ac noxam subire; ait enim: Divinitatem fingentes sub similitudine existimant humana forma pulchritudinis apparuisse saepe saepius, ab opinione multorum deorum non discedentes. Versus autem tales sunt:

---

*) s. *omnes eos, qui se scripserunt in exercitationem politiae.* Auch.

„Dii tamen peregrinis similes facti alienigenis, sub omni specie ambulabant ignoti, multiplices hominum iniurias, iniquitates ac optimas leges oculis videntes propriis*)."

Quare dicit: „Videns procurrit obviam illis, et adoravit in terram"? (18, 2.)

3. Eos, qui inconsulto sine praevia consideratione visioneque impetum faciunt quoquo, monet instruens, non [*] antea incurrendum esse prius quam certe viderint ac persuasi fuerint. Quamobrem dixit: *Quum vidisset, cucurrit,* utpote praecedente visus perceptione consequatur opus invituperabile ac gratum. Porro optime dicitur: *Postquam viderat,* illico *cucurrit in occursum;* qui enim necdum viderit, eum cunctari, qui vero iam viderit condigna, festinare ac currere aequum est. Caeterum nimis diligenter adorationem *in terram* ait egisse; non enim, si forte homines fuissent mortales, adorare licebat, sed eum qui super caelum et terram et universi mundi deus est.

(Quid est) „Domine, si inveni gratiam ante te, ne praetereas servum tuum"? (18, 3.)

4. Nunc magis liberis oculis et lucidiore visu certus redditur intellectus de visione, non pervagans vel aberrans numero trino et quantitate multitudinis eo violenter attractus, sed currens ad unum, quique apparere se fecit sine virtutibus assistentibus: atque ita clarissime intuitus est unitatem, ut prius tri-

*) Hom. Odyss. 17, 485—487. (Nos Armenam solam versionem de more Latine expressimus. Auch.)

nitatis similitudinem gerere noverat. Caeterum magnum quiddam poscit, non praetermittere, nec a longe transire deum, derelicta anima ipsius desolata ac inani. Terminus enim felicitatis est dei appropinquantis adventus, fuse adimplens totam animam toto suo lumine incorporeo et sempiterno; miseriae autem [*] (terminus est) transitus ut per viam, cito enim citius sequuntur posthac tenebrae densae profundaeque. Unde et fratricida Cain dicebat: *Magnum est damnum poenae id quod derelinquas me* (Gen. 4, 13), indicans, quod non est poena animae maior quam derelinqui a deo. Moses vero alibi dicit: *Ne auferatur ab eis dominus* (Num. 14, 9), monens, quod distare animam ab Entis contemplatione perfectissimum malorum est, quamobrem nititur populum ducere in occursum dei; nequit enim fieri, ut alii homines satisfacere huic possint, nisi animae dei amantissimae, quas caeleste desiderium praeveniens occupavit.

Cur iterum pluraliter dicit, quod „Sumatur aqua et lavent pedes vestros, et frigus captate sub arbore densa"? (18, 4.)

5. Hoc rursum iuxta alteram apparitionem dicitur, quatenus peregrinos eos putat, non habita certa notitia, sed iterum illuc violenter attractus de optima divinaque facie. Quamobrem neque iussum dat auctoritate propria, vix praesumens liberis vel servis exhibere lotionem pedum, sed eundem, cuius faciem visibilem sibi crediderat, auctorem voluit esse iussi dandi. Dicens autem: *Accipiatur aqua*, non adiecit, a quopiam; sicut etiam per dictum *la-*

vent pedes quospiam non manifeste notavit, eo [*] quod, ut mihi videtur, non confisus erat de sensibili apparitione ut hominum visorum, sed potius intelligibilem coniiciebat tamquam revelationem factam divinam. Manifestatur et aliquid huiusmodi a praesenti scriptura, quod homines per aquam lavati mundantur, aqua vero ipsa (purgatur) per divinum pedem. Symbolice autem pes ultimum et infimum corporis est, ultima vero divinorum sortitus est aër, animans creaturas congregatas (aquas). Nam si aër non tangat moveatque aquam, emoritur ista; vivifica autem magis comperitur, non aliunde, nisi aëre in eam intermixto. Ideo non frustra dictum est in principio generationis creaturarum, quod *Spiritus dei ferebatur super aquam* (Gen. 1, 2), quam nunc allegoria exponens pedem appellavit symbolice.

Cur dixerit hoc modo: „Sumam panem, et manducate"; non vero: Sumite? (18, 5.)

6. Iterum et hoc indicat se haesitare et ad utramque apparitionem propendere. Quando enim dicit: *Sumam panem*, divinam imaginatur apparitionem, cui vix praesumit dicere: Accipe cibum; quando vero adiicit: *manducate*, coniicit apparitionem virorum peregrinorum. Littera hoc modo se habet. Ad mentem vero, quum coeperit intellectus praeparare et sumere sacros cibos, qui sunt sapientiae leges ac formae, tunc symbolice dicitur vesci etiam divinis: quae enim sunt ut cibi decentes caelestem Olympum, sunt animae rationalis desideria, quibus movetur ad [*] sapientiae perceptionem possessionemque perfectae virtutis.

Cur dicat: „Sic fac, sicut dixisti"? (ib.)

7. Reprehendit ambiguos mente et bilingues, qui aliud dicunt et contrarium agunt. Honestum autem seligens determinat per ordinem utriusque vivere, ita ut verba prius inclinentur ad opera et opera ad verba: utpote sicut est verbum, talis sit vita, et qualis vita, talis et sermo sapientis videatur.

Quare omnes festinant? ait enim: „Festinavit Abraham in tabernaculum ad Sarram, et dixit ei: Festina et commisce tres mensuras similae, et fac subcinericium. Et ad armentum cucurrit et sumpsit vitulum tenerum, deditque puero, et properavit facere illud." (18, 6 s.)

8. Laus est haec sapienti secundum unam alteramve apparitionem. Nam si viros peregrinos existimavit ad se venientes, de humanitate et hospitalitate mirandus est; si vero deum advenisse ratum habuit una cum ipsius primis virtutibus, felicissimus est dicendus. Secundum itaque apparitionem virorum peregrinorum hospitalitatis munus exercuisse putandi sunt Abraham et uxor et puer; secundum vero id quod egerunt erga divinas virtutes, non amplius homines sunt dicendi hospitales, sed incorporei. Viri autem et uxoris formas sic accipe: unum ut symbolum animi purissimi, qui Abraham vocetur, et alteram, perfectionem virtutis, quae Sarra [*] dicatur; illud autem, quod prolativum est verbum, puer (ut minister) appellatum est. Festinant autem studiose sineque cunctatione animus et virtus, accelerantes ad placitum et ministerium dei virtutumque eius: ita ut animus praepositi more regat et

adiuvet ad condigna facienda celerius, virtus autem celeritatem incunctanter monstret ad trium mensurarum et panis perfectionem, verbum vero iussam hostiam offerat.

Porro nimis naturale est illud de tribus mensuris dictum verbum; vere enim reapse *) tribus mensurantur omnia, principio ducto et medio et fine, quorum utrumque inane comperitur absque tertia parte, carens exsistentia. Quare Homerus non frustra dixit, omnia tripliciter divisa esse; et Pythagorici triadem in numeris et in figuris rectangulum et triangulum supponunt pro elemento scientiae universorum. Prima igitur mensura est, iuxta quam constitit incorporeus et intelligibilis mundus. Secunda, iuxta quam constructum est sensibile caelum in quinto (elemento), particeps mirabilis ac divinae essentiae, immutabile secundum illud et quasi similiter se habens. Tertia vero, quemadmodum facta sunt sublunaria, ex quatuor elementis terrae, aquae, aëris et ignis, generationem ac corruptionem sortita. Incorporearum ergo specierum, quibus intelligibilis erectus est mundus, mensura est dicenda maxima illa causarum: quintae vero sensibilis et periodicae essentiae, quam sortita est caelum, creativa illa Entis virtus, quoniam [*] purae ac merae particeps fuit beneficentiae immortalis, incorrupta parte praeditum; sublunaribus autem regia virtus, eo quod mutationi subnoxia sint, participantes generationem et corruptionem. Verbum vero certum regiminis auxilium praebet in faciendis rebus, illis qui aliquid peragunt persolvuntque: peccantibus autem aliqua-

*) s. *iuxta verum ens*, s. *secundum id, quod vere trinis rebus*. Aucher.

tenus, per castigationes debitas correctionem reformatam; caeteris vero immenso et indicibili modo praevaricantibus, absolutam retributionem poenae ac supplicii.

Itaque, veraciter ac proprie loquendo, mensura universorum, tam intelligibilium, quam sensibilium, unus est deus, qui in ipsa unitate trinitati similis apparet ob videntium infirmitatem. Quoniam oculus animi quam lucidus obscuratur antequam fixus fuerit in illum secundum unitatem, incompos videndi solum sine alio quodam. Sicut enim corporis oculus debilis factus saepe ex una lucerna duplicem attingit apparitionem, sic etiam animae oculus quum nequeat unum sicut unum comprehendere, trinam perceptionem facit, iuxta adstantes uni apparitiones principalium virtutum ministrarum.

Quapropter et princeps prophetarum nuntiorumque*) Moses optat unum illum absque virtutibus videre, tamquam unum secundum unitatem: quem nemo arte, sapientia vel aliquo in creaturis [*] medio speravit attingere, superiora pervadens ab infra sursum procedendo. Nam is (Moses) principale illud universorum volebat sibi assumere, orans ut misertus animi deum amantis (vel a deo amati) dignaretur apparere sibi solus sine alio; ait enim: *Monstra mihi te, ut familiariter videam te* (Gen. 18, 3).

Caeterum optime post tres mensuras *subcinericium* dixit, non solum quod abscondita est a multis scientia et intellectio sapientiae patris et superiorum eius duarum virtutum, verum etiam quod huiusmodi quaestionem abscondi oportet et non cunctis mon-

*) s. *legatorumque*, ad verbum: *archipropheta et archangelus*. Aucher.

strari, quam non licet omnibus dicere, quoniam inconsultis indignisque secretum patefacere eius est, qui destruit et evertit legem perfectionis sacrorum arcanorum. O ter beatam terque felicem animam, in qua deus non est dedignatus habitare et ambulare, regiam suam ac domum propriam faciens, ut laetificantem se laetificaret! Hoc enim omnino verum est, quod, qui homines suscipiunt (hospitalitate), exhibent laetitiam convivii; qui vero plane impletur deo apparente intellectus purissimus, ipse potius frui convivio dicendus est et laetabunde recreari. Et forte nimis rite, nam hospitalis ipse egenus est, hospes autem adveniens nullius indigens, sed ditissimus magnopere, quem sequuntur fontes bonorum perpetuo fluentium: ex quibus non omnes, sed proprie mundiores possunt haurire potum laetitiae in ipsa compotatione, in qua prophetarum et angelorum (sive nuntiorum) delectantur animi, voluntariae legis manducantes cibum purae sapientiae ab invitatore deo.

[*] *Quare dicit: „Posuit coram eis, et manducaverunt“?* (18, 8.)

9. Evidens est illud *manducaverunt*, symbolice, minime vero cibum proprium; non enim comedunt cibum, neque bibunt rubeum vinum felices illae naturae, sed annuendi benignitati fidenter rogantis indicio est. Sicut enim homines hospitio excepti, quum cibis delectantur, gaudent de hospite, qui ipsos recreavit, similiter et divinitas de illis, qui fideliter ac sine abalienatione curant ei complacere: commodius enim cibus dei dicitur pia ac proba vita hominis virtute ornati.

Cur dicitur: „Ipse autem stabat coram eis sub arbore"? (ib.)

10. Quum multitudinem habuisset servorum, ut liquet ex agmine domesticorum CCCXVIII, quibus debellavit gentium reges, nihilominus ipse minister fit servitii, ut probaret, quod, si homines putavisset illos, hospitalitatis foret (indicium); si vero divinas arbitratus est virtutes una cum patre apparentes, probae vitae atque amoris divini (signum) est, qui per se peragi pietatis opera honorabilem aestimat cultum.

Quare iterum singulariter dicit: „Ubi est Sarra uxor tua; et ille respondit: In tabernaculo"? (18, 9.)

11. Littera patet ex praemissis. Ad mentem vero, quia, ut ita dixerim, uxor et conviva est sapientis virtus, per quam [*] sententiae generosae et pulchra opera et verba laude digna nascuntur. Ad interrogationem ergo respondet: Ecce virtus non tantum in me intellectu est, verum etiam in vacuo securoque tabernaculo corporis, extendens se usque ad sensus aliaque instrumenta partialia. Nam video secundum virtutem, et audio, olfacio, gusto, tango, caeterosque motus exerceo secundum prudentiam, castitatem, fortitudinem et iustitiam.

Cur dicit in singulari: „Revertens veniam ad te tempore hoc, ista hora; et fiat filius Sarrae uxori tuae"? (18, 10.)

12. Quare singulariter, iam dictum est; quoniam hoc significato non homines, sed patrem universorum coniicit una cum virtutibus advenisse. Gra-

tiam vero in posterum remittit, praestans animae probationem firmiorem; vult enim maiori procrastinatione sitim augere et desiderium pietatis immensum reddere. Tempus autem non est spatii solius nomen, sed cum debita solutione rerum: spatium enim persolvendi est correctionis tempus, persolvendi autem omnem rectitudinem. Manifestam huic facit fidem ille, qui (s. illud, quod) dixit*). Proprium enim ac certum est per divinam virtutem persolvi quicquam recte, sicut et per illos quibus velit concedere. Horas ergo memorat non temporum aut intervallorum prolixitatis potius, quam ordinis harmoniae. Nam anni [*] circulum temporibus ordinare aptum fuit: quod symbolum facit animae ex inordinatis moribus in ordinem et debitum ornamentum venienti; cui concedere ait, si permansisse viderit in ordine et aequitate, generationem meliorem natura ipsius per se edocti.

Quare dicit: ,,Et Sarra audivit, quoniam ad ostium tabernaculi erat post eum''? (ib.)

13. Littera manifesta videtur esse. Ad mentem vero fortasse sic se habet. Virtus a posteriori parte stat illius, qui virtutem ex natura servat, non sicut puer servitium agens, sed sicut perfectus dispensator et rector habenis in manum sumptis regit dirigitque totam animam et mores vitae. Siquidem anteriores non vident posteriores, posteriores tamen vident iuxta se stantes. Proprius autem locus est virtutis ad ostium stare; ostium vero cogitationum est

---

*) Quis vel ubi Scriptura haec dixerit, non liquet. Auch.

verbum, sicut et vitalis partis animae unusquisque sensuum; quoniam prout illud (s. illa) proxime adest, necesse est, ut et dicat licita et sentiat.

Quare dicit: „Abraham et Sarra seniores erant, provectae aetatis, transactis diebus plenis"? (18, 11.)

44. Annos legitimos nobis enunciat, edocens, quod puer immaturus est omnis insipiens; nam etsi per senectutem provectae sit aetatis, insipientia ipsum more puerum facit*). Sapiens autem etsi in iuventute sit iam adulta, senex est; [*] sicut et virtus senio praedita est ac venerabilis, eo quod maioritate et dignitate superiore digna sit. Quare merito dicit post senem: *provectae aetatis*, sive *transactis diebus*, quia nimirum dies et menses annosque et omnia spatia longitudinesque solares convenit minime diminui a virtute, quam natura prioritate honoravit. Adhaec et lucis essentia adest, immo et lumine plenus est intellectus iuxta singulas intelligentiae disciplinas: vult itaque hoc symbolum declarare, quod virtus est universi ingenii tamquam lux luminis.

Quid est „Defecerant Sarrae fieri muliebria"? (ib.)

45. Littera liquet; nam muliebria vocavit decenti vocabulo mensualem purgationem mulierum. Ad mentem vero allegoria usurpanda erit huiuscemodi: Animae, ut domus, pars est habitaculum virorum, pars autem mulierum. Virorum habitaculum puta locum, ubi degant viriles cogitationes, sa-

*) s. *per insipientiam pueriliter agite.* Auch.

pientes, sanae, iustae, ingeniosae, piae, libertate plenae et confidentes cognatae sapientiae. Mulierum autem habitaculum puta locum, quo vagantur ut habitent mores muliebres aemuli generis feminei. Femineum vero genus irrationale est, ferarum cupiditatum cognatum, timoris, tristitiae, voluptatis, concupiscentiae, ex quibus insanabiles proveniunt infirmitates et morbi indicibiles: quibus qui superatus fuit, miser est; qui vero usus fuit (prudenter), felix. Quam felicitatem fervide desiderare et tempore opportuno posse aufugere saevum intolerabilemque moerorem, quod est profecto deficere fieri muliebria, animarum est plenarum religione, similium [*] nempe generis masculini. Tales enim superant omnes cupiditates victoriose, et excedentes omnem voluptatem ac concupiscentiam carent tristitia timoreque; immo, si verum asserere liceat, impassibiles sunt, non vituperabili apathiae studentes — ista enim exsistentia carens impudens est et affinis superbiae temerariaeque fiduciae —, sed quae consistit iuxta praedictum verbum, decisio videlicet animae a cupiditatibus conturbantibus.

Quid est „Risit autem Sarra in semet ipsa, dicens: Necdum mihi aliquid factum est usque nunc; dominus autem meus senex est“? (18, 12.)

16. Non adhuc erat animus, postea implendus gaudio et divino risu, liber a tristitia, timore, voluptate et cupiditate, a quibus actus cogitur insanire; et risum nondum usque ad visibilem vultum noverat, nisi forte solo intellectu moto, donec fundamentum ponatur firmum ad validiorem constantiam. Ut ad normam ingenii agriculturae, non in superficie

tantum virtus apparens, facile deponat flores, sed diu semper durabit in vigore, constricta invisibili ligamine: sic et pontificem, fratrem puta prophetae, in gaudium introduxit internum, quod superat omnem cogitationem carnalem, ait enim: *Videns te laetabitur in se.* Nimis ergo pudice postmodum dixit: *Necdum aliquid factum est usque nunc, et dominus meus senex est.* Quo [*] demonstrat, quod oblita omnino cupiditatis per disciplinam, gaudere coepit, nec tamen perfecta ad assequendum finem perfectae laetitiae, cuius fatetur verum propriumque vultum iam in seniorem demutatum esse.

Cur quasi increpatur Sarra, quum Abraham risit, et non est correptus? Dicit enim: „Et dixit dominus ad Abraham: Quid est, quod risit Sarra, dicens: Num utique vere pariam, ego autem senui? Numquid deo difficile erit verbum?" (18, 13 s.)

17. Quod divina verba effectus sint ac virtutes, patet ex praemissis; nulla enim apud deum impotentia est. Increpatio vero laudem, ut visum est, potius demonstrat, quam vituperationem personae, iuxta opinionem naturalis exspectationis. Vere enim miratur, quod cunctis ablatis utique rationibus vel persuasivis, quibus partus effici possit expedite, novum opus seminetur dei circa totum animum ad generationem gaudii magnae laetitiae, nomine sumpto *Risus*, Chaldaice *Isaac.* Abraham vero se dirimens evitat correptionem, constanter firmatus immobili consilio fidei; quoniam fideli credenti in deum omnis ambiguitas aliena est.

Quid est „In tempore hoc revertar ad te in horas), et erit filius Sarrae"?* (18, 14.)

18. Clarius demonstrat, quod si deus revertatur in animam, illico [*] monstrabit eam praegnantem laetitia, cuius nomen quidem femineum est, natura tamen masculina. Quoniam tristis ac dolorosus est ille, a quo deus distat, gaudio vero et laetitia plenus, cui proximus est, ita ut pro laetitia lucidiores recepisse se existimet radios desuper allatos.

Cur negavit Sarra dicens: „Non risi; timuit enim. Ille autem dixit: Non; sed risisti"? (18, 15.)

19. Eventus accidit exempli pietatis opportunus, eo quod viderit tum dei magnificentiam, tum impotentiam ad partum, eumque proximum. Ubi enim, ait, ista possit gaudere sinceriter lucida ac mera laetitia, quum circumdata sit tristitia, timore aliisque multis aerumnis. Nisi forte soli divinae naturae proprium est gaudere, a cuius regni ditione exclusus est omnino ac longe proscriptus moeror timorque. Anima itaque ridens: et quae gaudere existimata est, se ipsam subigit, verita in se, ne forte ob nimiam ignorantiam vel audacem praesumptionem sibi arripiat aliquid divinitatis, quod soli beatae naturae proprium est. Unde acceptans propitius ille et dulcis ac beneficus animi pudorem reverentia, oratione et timore dei affectum, dicit ei: Noli timere, non enim timoris est res, ita ut negare velis. Risisti ergo et gaudio impleta es, quum ego daturus sim tibi gaudere, tamquam ex fonte rivum fluentem

*) εἰς ὥρας LXX.

[*] vel formam ex prototypo vel temperamentum ex puro meroque unicam laetitiam (vel beneficentiam) praeferente, quum generatio sit duplicis numeri.

Quare Abraham una cum eis gradiebatur, comitans eos? (18, 16.)

20. Littera humanitatis demonstrat amplitudinem, quoniam non solummodo omnia, quae decebant, tota cum familia praestiterat, verum etiam quasi aegre ferebat ab eis separari, ita ut perseveraret iter cum eis facere. Unde et poeta, ut mihi videtur, accipiens, opportune dixit*): *Oportet hospitem venientem amore prosequi, volentem autem discedere dimittere.*. Caeterum melius est illo *dimittere* istud *deducere* (vel *comitari*), ut magis communem ac unanimem indicans indolem. Verum oportet ut etiam, quae ad mentem respiciunt, non omittantur. Siquidem quum semel sapientis anima apparitionem recipiat dei virtutumque eius, impletur desiderio tali, ut aegre vel nunquam separari velit. Si adsit et perseveret, adorat et detinens possidet: si vero discedat, prae desiderio sequitur, viscum ac cohaerentiam in se habens caelestem anxietatem. Non enim frustra dictum est illud *gradiebatur cum illis*, sed ad certiorem declarationem adhaesionis virtutibus patris, quas neque modicum abesse constanter noverat.

[*] *Quare dicit: „Non abscondam ab Abraham servo meo, quod ego operor"?* (18, 17.)

21. O felicem animam, cui naturam et illa, quae

*) Hom. Odyss. 15, 74.

secundum naturam, monstravit deus, ablato velo et nudata cuiusque operis efficaciore comprehensione. Hoc contemplativae vitae omniumque virtutum terminus est, nude videre naturam et naturae tegumenta, quibus erat celata, auferente domino et patre, monstranteque manifeste opera sua intellectui, extra quae nihil visu dignum prius censetur aut meretur studium. Quoniam qui non domestice philosophantur animae oculis, obcaecati sunt nec videre possunt nec mundum, neque quae in isto sunt; omnia enim dilata et celata sunt iure eis, qui videre nequeunt.

Cur dicit: „Sciebam, quia praecipiet filiis suis et domui suae post se, et custodient vias domini, ut faciant iustitiam et iudicium: ut adducat dominus super Abraham omnia, quae locutus est ad illum"? (18, 19.)

22. Praesciam virtutem Entis indicat manifestius, dicens: *Sciebam enim, quod praecepturus sit.* Nam creaturae familiare est ex consummatione advertere singula, deo vero et ante principium animadvertere (s. scire). Honorem autem meretur sapiens, non ipse solus honorans virtutem, sed etiam in aliis desiderium eius excitans. Honor autem fuit, quod [*] prius dixit. Quoniam visio est nuditas (*al.* nuditatem) et velum detegere naturae et oculis acutis, qui sunt secundum intellectum, incorporei quoque luminis perceptionem ad certam comprehensionem circumducendo invenire graviorem promissionem, quae secundum philosophiam percellit (vel superat) ratiocinii ideam. Necesse enim est, ut qui certe scit potestque comprehendere animus, luminoso consilio etiam ratione illico simul [possit] coniicere, ut factum est.

Quid est „Dixit autem dominus: Clamor Sodomorum et Gomorrhaeorum multiplicatus est, et peccata eorum magna valde"? (18, 20.)

23. Duo sunt capita, in quibus legislatio tota occupatur, malitia et iustitia. Postquam itaque retulisset de virtute deque probi animi, qui illa adornatur, exemplo, transfertur in alterum genus malitiae, et in inventores eius studiosos et in patratores eius. Fidelis autem est sacerdos super istorum insaniam ille, qui vere iustus est: universorum vero communis manuductor deus, cuius tribunal nescit donum ac deceptionem, sed tantum plenum est veritate, quacum nulla mendacitas est mixta. Interpretatur autem *Sodom: caecitas* vel *sterilitas*, quae nomina sunt impietatis et insipientiae; nam caecus est et sterilis virtute omnis qui turpis vitae est. *Gomor* vero: *mensura*, quae vera iustaque supponitur: uti est verbum divinum, quo (s. cui) omnia mensurata [*] sunt ac mensurantur, quae in terra sunt, ratione, numero et collatione in harmoniam et consonantiam comprehensa, ex quibus species et mensurae entium cernuntur. Malorum vero mensura impropria est falso nomine, immodica atque condemnenda; nihil enim mensuratum est aut numeratum aut ordinatum apud malum, quandoquidem plenum est omni (vel omne) absurditate et immoderatione.

Cur velut homo loquitur, dicens: „Descendens ergo videbo, si secundum clamorem eorum qui venit ad me, operantur; sin autem non, ut sciam"? (18, 21.)

24. Profecto verae humiliationis et conniventiae iuxta nostram naturam dictio haec est, quoniam

deus praescia virtute omnia novit, etiam futura, quemadmodum et paulo ante monui. Vult ergo docere eos qui secundum sanctam legislationem conversandi erant, ut nemo iussum det facile statim, sed intus in ipsa negotia prius ingressi perspiciant perpendantque omnia singillatim et diligenter, non vero superficie rerum decipiantur. Quoniam sunt aliqua, quae apparent in conspectu pulchra et legitima, sed postquam abierunt, foeda et iniusta; et ex adverso aliqua ut mala visa et sicut obnoxia reatui, in ipsa probatione comperta sunt generosa valdeque laude digna. Optima igitur doctrina bonae vitae praecepit cum lege, ut nemo videatur statim facile annuere, antequam consilio sapientiae inquirat, qualis quis sit veraciter; deceptio enim [*] defraudatio est (s. praevaricatio). Ut ergo neminem hominum et praecipue principum pudeat aliquid nescire, eo quod insufficiens fuerit in casu visibili invisibilem rem certius consequi, ducem ac principem universorum adduxit, cui omnia perspicua sunt, non prius credidisse, sed diligenter interrogasse atque inquisivisse, num sequantur vocem (rumorem) facta, an aliud dicant sicut culpabile, et aliud agant minus culpandum: multi enim male loquentes virtutes peragunt, et bene proferentes iniqua agunt opere; quae diligenter scrutari debet is, qui profuturus est humanis rebus nitide.

Cur iterum singulariter dicit: „Abraham autem adhuc stabat coram domino“? (18, 22.)

25. Rursum animus deum in se gerit*), tum

---

*) Aut ita: *Conversus (ad deum) animus* θεοφόρος *fit.* Auch.

causam supra virtutes mirando colens, tum ad similitudinem eius constanter stans; immobilis enim et perdurans exsistit constantia in veritate. Necesse ergo fuit nunc servum supplicantem in exemplum adducere, coram videlicet eo stantem, qui praeparatus iam erat supplicium inferre impiis, ne penitus disperdatur genus humanum, sed habeat aliquod pro exemplo condigno et deo grato (s. deum amante), cuius preces, eo quod benignus erat qui rogabatur, non aversatur. Quamobrem et intellectum ei praestitit, quoniam non sine nutu providentiae dei oraturus [*] erat, sed ut fundamentum ac basim usurparet sapientem ad benefaciendum eis, qui merebant beneficium; atque ut daret indicium duarum virtutum, invictae nimirum potestatis et iustitiae, decenter temperavit mansuetudinem familiaritate.

Quid est „Et appropinquans Abraham dixit: Numquid perdas iustum cum impio? et erit iustus sicut iniquus“? (18, 23.)

26. Littera patet. Ad mentem vero *appropinquans* homo ad deum dicitur allegorice, non proprie. Corpore enim, absit, nec in mentem quoque veniat umquam nostram; quoniam mortalis essentia ac dissolubilis a natura increata et inturbata a longe distat. Attamen anima (s. animae) princeps, mens quoque dicta, in quantum meretur, potest appropinquare, ut sit transitus viae condignus ei, qui rogatur, cuique supplicans refert laudem magnam propter benignitatem humanitatemque eius. Rogat enim *non perdere iustum cum impio*, nec hominem cum homine, neque cogitationem cum cogitatione. Verum mihi videtur, purum et iustum moribus, cui nihil in-

iusti commixtum sit, interim a praesenti sermone seponere, persuasus nimirum talem dignum esse salute, ut omnino salvetur. Terror autem suus est de commixto vel, si velit quis dicere, de coagulato ex iusto et iniusto; quoniam talem, qui gerit in se scintillam splendoris ignisque iustitiae vix exstinctam, sperat converti posse in sanitatem spiritualem. Siquidem melius et decentius arbitratur, per beneficas dei virtutes pro iusto [*] diminui supplicia pro iniquis deposita, quam impiorum causa detrahi iustum.

Quare ex quinquaginta inchoans in decem determinat? Cur autem sub principio quina bis aufert usque ad quadraginta, post vero decem decem usque ad finem sive decimum? Dicit enim: „Si fuerint quinquaginta iusti in civitate, perdes illos? nonne dimittes locum illum?“ et: „Quid si quadraginta et quinque fuerint?“ et: „Si vero quadraginta?“ et: „Quid, si triginta? Quid vero, si viginti?“ et: „Quid si decem?“ (18, 24—32.)

27. Duo petit: et iustos salvari, et eorum gratia caeteros. Numeri vero omnes sacri sunt. Quinquaginta ex rectangulo trianguli; virtus autem eiusmodi, ut quinquagesimo (anno) remissiomem propheta praedicat. Quadraginta vero et quinque fertilis est numerus, constans ex laterculo triplicium, quatenus tribus rationibus primum videntur Arithmetica, Geometrica et Harmonica. Laterculus est enim VI. IX. XII. XVIII, quorum constructio est XLV. Et in tot diebus iisque imparibus fingitur foetus novem mensium, rarius autem in quadraginta, et minus in ampliori, quoniam fertilis est. Praeterea tot diebus in utero delineatur foetus, fere

in paucis novem mensium; quoniam septimensis in triginta quinque, ut aiunt, similiter habetur. Triginta vero mensuale est spatium circuli lunae; et viginti aetatis norma, [*] qua transacta inter maiores computatur, unde est et numerus militiae. Decimum vero perfectissimum. Verum per illos numeros, qui iuxta musicen praeferunt harmoniam, omnes cernuntur tales esse, quales sunt qui per omnes in duplicata ratione: ut quadraginta ad viginti, vel viginti ad decem; per quinque vero dimidia ratione triginta ad viginti; et per quatuor, supertertia ratione, quadraginta ad triginta; angularis autem superadditio disiuncta, per quadraginta ad quadraginta. Familiariter ergo et proprie res agitur: quoniam rogat propter salutem civitatis, salutares numeros usurpavit, quia et harmonia coalescunt, harmonia autem salubris, sicut rursum defectus harmoniae causa est dissolutionis et corruptionis.

Quare dixit: „Nunc coepi loqui ad dominum, ego autem sum terra et cinis“? (18, 27.)

28. Qui mundis moribus ad deum accedunt, sentiunt magis ac magis propriam imbecillitatem in comparatione magnitudinis eius, ad quem appropinquant; animus enim dei amantissimus suam humilitatem superbiae nesciam opere ipso praedicens fatetur. Nos autem precationem eius, adiunctis pulvere et cinere, nobilem ac gloriosam reddamus, pulverem sacrum ac cinerem asserentes esse ut sacrorum consecratorumque holocaustorum. Utrumque vero istorum symbolum est animae: bona enim ac fertilis (est) pulvis terrae, quoniam sapientis animus fructifer est (s. sapientis mentem fructificat).

Cinis autem alterum (erit symbolum), quia quicquid reliquiarum mortale commixtum [*] erat, per legem pietatis subactum, examinatum ac probatum fuit, uti per ignem aurum, et in intimis orationibus permansit probitas eius.

Quid est „Abiit dominus, postquam cessavit loqui cum Abraham; et Abraham reversus est in locum suum"? (18, 33.)

29. Qui creatus generatusque est, non semper deum in se gerere fuit solitus, sed quum per aliquod tempus divinavisset, iterum revertitur in se ipsum: fieri enim nequit, ut spiritus in carne perseveret perpetuo, nullo obstaculo pedes offendente; sed necesse est, ut purior ille intellectus identidem mortali commisceatur propter opus necessarium. Id ipsum est, quod obumbravit per scalas caelestes, ubi non solum ascensus, sed etiam descensus angelorum asseritur. Descensus autem ascensusque de propheta dictus, velocem commutationem declarat consilii. Consilium vero cum sua commutatione omnino similitudinem fert ad illos, qui studiosam degunt vitam pro athletica quiete: quam astute excogitarunt instructionis magistri, non ut corpus contumelia prosequantur, sed ut queat labores imminentes facilius sufferre, quum non continuis laboribus affligi permittatur. Quod et in instrumentis suis musici accurate observant, nervos relaxantes, ne nimia tortura fractionem patiantur. Eadem ratione et natura ipsa vocem animantium accommodavit, ut non iuxta unam intensionem, sed omnimodis variationibus relaxando ac intendendo cantum ederent. Quemadmodum itaque non solum ad disiunctionem amplio-

remque torturam concinnata est lex musicae, [*] verum etiam ad media laxioraque: simili modo se habet et ratio animi. Nam quando totus est intensus ad placitum patris, deumque in se fert, iure felix vocandus sit; quando vero cessat divinare, post divinationem revertitur demum ad se ipsum, cogitans sua et sibi convenientia. Affines sunt enim virtutes, pietas (erga deum) et humanitas (erga homines), quibus et Sapiens utitur, diligenter observans pudorem ac reverentiam oraturus: quare in quantum aderat deus, illic perstabat et ipse; quum autem abiit, discessit et ille. Abire autem pater ratum habet propter providentiam, parcens humano generi, quum noverit illud colligatum cum necessitatibus: quare aequum erat cedere in solitudinem; non enim omnia licet agere filios in conspectu patris.

Quare tribus apparentibus dixerit: „Venerunt duo angeli in Sodoma vesperi"? (19, 1.)

30. Abrahamo apparent tres, et meridie, Lot autem duo, et vespere. Naturalissimam distinctionem enarrat perfecti et proficientis: perfectus enim triade apparitionem sortitur, plena videlicet natura vacuitatis nescia; iste vero dualitatem dissectam ac vacuam. Ille patrem in medio stantem ac ministerio cultum a duabus primis virtutibus, iste vero virtutes ipsas sine cultu patri exhibito: quia iste insufficiens erat medium illum et regem virtutum videre intelligereque, quum ille clariori luce illuminetur meridiali ac umbra carente, iste vero variabili et intermedia [*] inter noctem et diem; vesper enim medium spatium obtinuit, quod nec finis diei est neque noctis principium.

Cur Lot sedebat in foribus Sodomorum? (ib.)

31. Interpretatur Sodoma caecitas vel sterilitas. *In foribus* autem *sedere*, id proficienti nimis est familiare ad symbolicam rationem dandam. *Porta* (s. *fores*) nec intus in civitate est neque extra civitatem: sic et qui proficere nititur, non intus in virtute est neque extra virtutem, sed modo est in numero eorum, qui intus in civitate occupati sunt in solitis tumultibus animae, quos operatur sterilitas sive infoecunditas et caecitas; modo vero tamquam in deserto, aemulans purum zelum negotiis carentem et contemplationem veritatis vitae.

Quid est „Videns exsurrexit et cucurrit obviam illis et adoravit in facie (s. faciem)"? (ib.)

32. Facies in hominibus est nudata: nostro magis itaque modo nunc factam adorat apparitionem et acceptat ante certificationem. Talis profecto est omnis adhuc non perfectus: visibilia magis, quae videntur, miratur, quam invisibilia, quae intellectus comprehendit ante sensum.

[*] *Quare invitati ab hospitali recusant, dicentes: „Non, sed in platea divertemus"?* (19, 2.)

33. Huic negant nolentes; Abrahamo vero dei amantissimo, quum invitasset, annuerunt. Ratio autem est, quoniam perfectum acceptatum habent divinae virtutes, ad imperfectum vero aegre veniunt. Illud ergo *Non* recusantium est ad eum adventum; alterum autem, *in platea divertemus;* id monet, quod angustus est omnis insipiens, coarctatus ab amore

divitiarum, cupiditatis et ambitionis similiumque, quae vix permittunt animae in absoluto statu ambulare. Optime itaque lex (s. legem) exponit, quod sapienti omne spatium amplum est, ita ut quicquid in mundo est, referatur in habitationem sapientis et in contemplationem singillatim. Qui vero non est talis, nec domus neque intellectus eius est sibi proprius, sed despectus comperitur eorum instar, qui in cauponam intraverint solum ad se implendum ingurgitandumque vitiis.

Quid est „Coegit illos et declinaverunt ad eum"? (19, 3.)

34. Diligenter dictum est, quod non intrarint, sed *diverterint*, quoniam pauciter tantum declinatio efficitur sacrorum verborum apud proficientes, non vero perfectissima acceptatio. Causa vero declinandi *compulsio* est; proprium est enim proficienti non facile sponteque assequi probitatem (s. bonas indoles) libero impetu, sed multo cum labore compulsus est. Hoc enim sponte [*] sapientiam optare sapienti familiare est*), alter vero ex necessitate ductus per vim instruitur.

Cur unus iste fecit eis potum et azymum (19, 3)? *Abraham vero subcinericia, non potum* (18, 5 s.)?

35. Dicitur apud pueros medicorum, quod potus non cibus est, sed currus cibi. Monstrat et locus ipse quoque superfluum esse commodum, non opus necessarium. Decebat igitur Sapientem necessaria praeparare, quibus naturae latitudo conclusa est; il-

*) s. *voluntariae sapientiae est optare sapientis familiaritatem.* Auch.

lum vero qui adhuc in disciplina est, supervacanea (procurare) voluptatis, quae damnum potius inferunt quam utilitatem. Is ergo qui nondum perfecte purgatus est, nihil habet in occulto (ut subcinericia), sed quod in conspectu est multorum, quoniam communitatem aggressus est. Verum sapiens plurima habet arcana: quoniam non desunt neque in plantis res inaequales, quae arcana divinitatis produnt, eo quod intelligibiles sunt et occultam invisibilemque praeferunt considerationem.

Cur Sodomitae circumdant domum ab adolescente usque ad seniorem, totus populus simul? (19, 4.)

36. Haec omnia in causis sunt reatus, et aetas et multitudo, quaeque [*] in rebus nec harmoniam habent neque concordiam. Littera itaque nimis clara est. Ad mentem vero fundamentum habet littera, quoniam caeci et steriles a sapientia mores animi, quos Sodomitas vocitavit, circumvadunt connaturalem domum, corpus inquam; atque tam seniores quam pueri in unam choream adunati simul curant aluntque illud, tamquam insatiabili iumento et lascivo insanienti copiosum cibum cum caeteris voluptatibus praestantes.

Quid est „Educ illos ad nos, ut cognoscamus eos"? (19, 5.)

37. Littera prodit mancipatam, iniquam turpemque pollutionem virilem. Ad mentem vero libidinosi et lasciviae dediti, aggerem erigentes concupiscentiam, mortem minantur sobriis studiosisque continentiae. Ad quos dicunt: Exeant foras ex propriis voluntatibus atque ex modesta vita constanter ducta,

ut cognoscamus eos; persuadeantur namque mutare consilium proprium et ultro acceptare nostrum, opere discentes, quod non nudae animae incorporeae sunt, ut immunes a timore sint, sed etiam corporis habent participationem, quod multis eget necessitatibus; (quare) non debent affligere illud et abalienare, sed mansuefacere, concedendo materias proprias.

[*] *Quare dicit eis Lot: „Non ita fratres, nolite male facere. Sunt enim mihi duae filiae, quae non noverunt virum: educam eas ad vos, et utimini illis, quomodo placuerit vobis; tantummodo in viros istos ne faciatis iniustum, eo quod ingressi sunt sub tegmen trabium mearum"?* (19, 7 s.)

38. Littera manifestius exponit Sodomitas ardere cupidine iuvenum. Ad mentem vero proficientis animae variae sunt sententiae, ut partus masculinus et femininus. Vult ergo, siqua fieri potest, omnes salvare partes: alias, siqua superabunt adversarii oppugnatores, masculinum genus conatur eximere a discrimine, feminino eius gratia derelicto. Nemo enim inculpat eos, qui pro salvandis melioribus viliora acceptent, quum, ut dixi, nequeant cunctis satisfacere. Quae ergo sint masculinae sententiae? Illae nimirum, quae aemulantur sapientiam universamque virtutem et quicquid veraciter bonum est atque unicum bonum. Femininum vero genus ordinem filiarum habet, quod etiam sub servitio est dominii corporalium necessitatum et affectuum.

Quid est „Dixerunt: Recede illuc! Intrasti habitare ut incola, numquid etiam ut iudicium iudices"? (19, 9.)

39. Illi, qui cum anima praelium parant, libidinis patratores, ducem ac magistrum contumelia pe-

tunt, dicentes: O tu, qui ingressus es ad nos, cur non amas (s. nescis) conversari nobiscum [*] ut incolis propriis, cum quibus opus habuisti cohabitare et aemulari mores regionis nostrae? nostra enim regio est libido, et lex legitimaque voluntas concupiscentia. Postquam itaque permisimus tibi ut advenae libere hic degere, praesumisne etiam resistere ut rebellis? Et cum oporteret te acquiescere, iudicas ac diiudicas res, dicens, quod haec turpia sunt, illa meliora, haec honesta nobiliaque, illa mala et improbanda, commutans aliquos in virtutem, aliorum autem malitiae mensuram apponens, ubi singulorum entium cupiditatem adimpleri licet et omnia istius terrae negotia ad illam referri? Haec Sodomitarum lex est antiqua, quam nonnulli puerorum auxiliatricem sibi nuncupant, ut pueri qui in grammatica prae labore non potuissent aliquid discere.

*Quid est „Extendentes viri manus attraxerunt Lot ad se ipsos in domum et ostium domus clauserunt, viros autem qui erant ad ostium, percusserunt caecitate**)“? (19, 10 s.)

40. Tria fecerunt: hospitalem salvarunt, et ostium clauserunt, et eos qui insurrexerant vimque faciebant, obcaecarunt. Primum fuit iudicium super insolentes libidinosos, ut non essent [*] superiores per violentiam, sed ex adverso subigerentur per vim fortiorem et convicti cogerentur dimittere eum, quem iniuria afficiebant. Secundum vero, coërcere verbo ab ingressu domus, et opere a consequenda cupiditate fineque eius remanente (s. exspectato).

*) Vocabulum Arm. hic usurpatum ad syllabas exprimit Graecum vocem ἀορασία. Auch.

Hoc enim malorum est saevissimum, extendi morbum cupiditatis in totam animam dolentem; namque velut residuum morbi inurentis desperatio est a fine: una enim est sitientium esurientiumque medela, ne fame prolongetur afflictio, bibere et manducare, et illorum qui cupiunt aliquid, assequi illud. Tertium autem subsecutum est super devictos caecitatis iudicium, illud quod putatur oculos afficere, revera tamen supervenit visui animarum, quae obcaecatae sunt ad videndum sanctam visionem. Lex enim erit iusta super illos, qui nobilem ac venerabilem vultum divinum dedignantur videre modeste, gloriose et divino more, ut poenam luant caecitate affligente.

*Quid est „Et dissoluti sunt quaerentes ostium**)"? (19, 11.)

41. Littera excessum denotat libidinis, quod neque obcaecati diminuere cupidinem, sed tantum malum caecitatis (vel ob tantam malitiam caecitatem) pro nihilo ducentes insaniebant furore concupiscentiae. Ad mentem vero, qui pro fine habentes cupiditatem dissimulant [*] per illam quaerere virtutem, nunquam invenient ad eam ingressum, sed dissolvantur cito citius desperantes: non enim pugnat adeo aliquid cum aliquo, quantum sapientia contra concupiscentiam et immundum contra optimum.

Quid est „Dixerunt viri ad Lot, ut educeret de urbe totam familiam: Perdituri enim sumus, inquiunt, locum hunc, quoniam exaltatus est clamor eorum contra dominum, et misit nos ad delendum"? (19, 12 s.)

42. Illud *Exaltatus est clamor eorum contra do-*

*) *καὶ παρελύθησαν ζητοῦντες τὴν θύραν* LXX.

minum (19, 13) notat scelus solitum apud immundos libidinosos ipsa maius iniquitate; non enim opinantur praesidem atque invisorem exsistere humanarum rerum, neque existimant ad suum placitum providentiam esse*); et nihil aliud operantur, nisi contraria ab eo dictis, ita ut repugnantiae profecto voces emittant contra patrem veritatemque eius. Illud autem *misit nos, ut deleamus*, assignat legem philosophicam; virtutes enim per se ipsum praestat, contrarias vero per ministros. Sunt autem istae leges naturae, quas ex principio destinavit una cum creatione entium. Verum iusti iudicii decorem evidentius patefacit, in tanta corruptione unam excipiens familiam, quae habebat virtutis scintillas ac semina, peregrina facta a concupiscentiis morbisque. Caeterum non ad casum, sed naturaliter scriptum [*] est: *perdimus haec loca;* quoniam oportet non solum venenosa animantia occidere, verum etiam foveas eorum destruere, in quibus accidit manere quidpiam, quod non sit deperditum. Huic similiter et super animam accommodandum est fieri, non tantum examen concupiscentiae aut iracundiae auferre ac deperdere, sed etiam totum locum, ubi illae latuere, utpote plateas et securas vias habebit animus, nulla re offendente pedes eius ad impediendam rectitudinem.

Quare dicit, nunciante Lot, ut monitum habuerat ab angelis, visum esse generis suis ludere? (19, 14.)

43. Quicumque in abundantia immensarum

*) s. *neque putant, quod providentia sit illis, qui existimant ita esse.* Auch.

divitiarum, honorum et consimilium sunt, et in sanitate, robore, et vigore corporis vitam agunt, per omnesque sensus voluptatem coagulant, putantes se propriam felicitatem attigisse, permutationem fore vix exspectant, sed illos, qui dixerint, omnia quae intra et extra corpus sunt, damnosa esse ac brevis temporis, irrident. Quisnam, Persis dominantibus terrae et mari, sperabat eos casuros? quid et Macedonibus itidem valentibus? Quod si quis ausus fuit dicere, omnino sicut fatuus atque amens irrisui fuit. Non minus et oppositas illis gentes, quae interea clarebant, necessariam demutationem subiisse liquet. Ita ut irrisores ipsos alii coeperint irridere*), et irrisi fuerint irrisores, quum mobilia mutabiliaque ex natura [*] immutabilia ac invariabilia esse putaverint.

Quare angeli conturbatis illis tenuerunt manum Lot et uxoris ac duarum filiarum eius? (19, 16.)

44. Certa securitas data eis, quos apprehenderunt, non solum confortare eos debuit, sed etiam impediebat eventum malorum: quoniam, sicut verbo naturali animalia detinentur, sic etiam inanimantia verentur verbum divinitatis, ita ut non laedant adstantes. Littera talis est. Ad mentem vero, animae quae ducuntur sacris verbis, salvari possunt, solummodo apprehendentes teneant ea; alias disiunctae ac separatae in ipsis cum aliis subigentur calamitatibus.

---

*) s. (si Hellenismum usurpaverit interpres) *Ita ut ipsi, quos irriserunt, incipiant illos irridere.* Auch.

Quare, qui eduxerunt angeli, dixerint: „Salva animam tuam; ne respexeris retrorsum, nec steteris in cunctis his finibus"? (19, 17.)

45. Magistrorum mos est: quando alumnis suis enarrent theoriam aliquam, praecipiunt memorare recitareque per se ipsos. Huic similiter et nunc mandant divina ista verba, dicentes: O tu, a multis ecce temporibus enunciavimus tibi condigna, apprehendentes et manum conduximus*) ad decentia [*] utiliaque: movere itaque deinceps et tu per te, edoctus quomodo tibi salvandum est; conare integrum servare omne, quod iuxta doctrinam (est), sponte per te voluntariis moribus. Haec dicat et medicus ad eum, qui per illum sanatus est aegrotus: Te a morbo liberavi, et cunctis viribus artis tibi profui; nunc ergo salvus et sanus, vide ne recidas in aegritudinem, ita ut aliunde iterum egeas sanitatis, sed integrum te conserva, salubria usurpans. Primum itaque mandatum est datum: *Salva te,* non aliunde salutem adipiscens. Et alterum: *Ne respicias retrorsum* — philosophice; posteriora namque in corpore quasi caeca et insensibilia sunt: videre autem acute hortatur mentem, ut postquam aufugit improbos, stupidos et atheos, relictis iis omni diligentia festinet ad sobrietatem continentiae. Alias multi tamquam in portum revecti iterum in idem detrimentum ac discrimen sunt attracti, quoniam recessum et derelictionem non constantis consilii ratione fecerant. Tertium autem mandatum divinum fuit,

*) Supple *te*, vel potius, ut indicant codd., *istam* (sc. manum). Auch.

non stare in cunctis finibus, puta intellectum in carne vel affectibus animi. Dicit ergo: Si vis, o tu, mundis esse moribus, noli stare neque in uno loco finis huius, sed omitte omnia, utpote cito citius transeas per omne damnum, quo mens laeditur a carne singulisque eius sensibus. Quicunque vero perstant cum illis et adhaerent eis moribus, per se cadunt, ut innitentes sperantesque in mortuos.

[*] *Quid est „In montem salvare, ne forte simul cum illis (s. in illis) comprehendaris"?* (19, 17.)

46. Littera ostendit humilioris campi corruptionem (futuram). Ad mentem vero videtur haec designare. Superiorem viam quum incipiat agere mens, melior redditur proficitque, terrenis et infirmis derelictis, quibus obsequuntur avide indisciplinati. Qui vero ad altiora elevatur, ascendens levitate accepta circumspicit attenditque ea, quae in aëre sunt et aethere, atque universim totum caelum, naturam motusque eius, harmonias et affinitates, quatenus referuntur ad se invicem, et universum hunc mundum. Ascensus iste symbolice *mons* est appellatus, sed verum eius nomen sapientia est. Qui enim veraciter philosophus exsistit animus, altiorum excelsorumque cupiens visionem, in aethere ipso ambulat. Responsum itaque divinum ac monitum hoc ideo prolatum est, quoniam quicumque inferiora ista terrenaque aemulantur, moriuntur anima a vera vita vagantes sicut mortui; qui vero caelestia desiderant et in altum elevati sunt, soli salvantur, mortalem hanc vitam in vitam immortalitatis commutantes.

[*] *Quid est, quod dicit Lot: „Ego non potero salvari in montem, ne forte comprehendant me mala et moriar. Ecce haec civitas prope est, ad fugiendum in eam, quae est parva; et non est parva, sed salvabor et vivet anima mea"?* (19, 19 s.)

47. Divinum verbum abundantem largiens gratiam, sursum invitat animam proficientis ad perfectionem. Qui tamen adhuc pusillanimus est et similis ex longa aegritudine in sanitatem vergentibus, qui quidem mortem effugere, nondum tamen salutem perfectam adepti, medium adhuc tenent statum inter sanitatem et infirmitatem, (eo modo quasi Lot) propriam fatetur imbecillitatem, vix posse se omnino distare a civitate civilíque usu, atque transferre se in securam, sapientibus convenientem, tranquillitatem. Verum proficere est ei, non ultra cedere civitati ac civilitati primas, imo impedire admirationem de illis, flocci faciendo similia, ita tamen ut non parvi pendat ceu necessaria utiliaque. Trium itaque entium in medio stantium, sapientis videlicet, proficientis et improbi, extremitates militant contra se invicem. Sapiens enim pacis est amans et nescius dimicationis atque feriatus, ut totus divinis vacet contemplationibus. Improbus autem amat civitatem et civilem turbam ac conturbationem concursumque hominum et rerum; namque amor negotiorum, avaritia, hominibus complacentia atque studium dignitatis possidendae pretiosa illi sunt, et cessare ab iis vile putatum. Proficiens vero inter utrumque, se movens ad securam tranquillitatem nec tamen valens omnino declinare politicen, neque [*] ut olim admirans civitatem tamquam magnum

aliquod bonum, sed tantum restringens aviditatem, velut exiguam ac parvam recipit phantasiam, illam quae olim permagna putabatur. Illud autem dictum contradictionis modo, eandem civitatem denominari parvam et non parvam, rationem habet valde naturalem, quae patet ex sequentibus ac praemissis. Nam vita civilis ei, qui cupit populo complacere, magna sane videtur, proficienti tamen parva. Habet ergo praesens quaestio huiusmodi satisfactionem. Triplex est nominatissima vitae ratio: contemplativa, operativa et condecens. Maxima optimaque est contemplativa; parva et informosa condecens; parva et non parva media (h. e. operativa), adhaerens utrique: parva namque est, eo quod ad condecentiam comperitur familiaris ac vicina; magna vero est, eo quod vicinitatem et cognationem cum contemplatione prae se fert.

Quid est „Ecce admiratus sum faciem tuam etiam in verbo hoc“? (19, 21.)

48. Aequum est humaniter recipere eos, qui minime iactant neque pollicentur maiora viribus propriis: quare et dominicum sacrumque verbum laude prosequitur illa (Lot) dicta. Quoniam multi maiora desiderantes, media quoque ipsa perdiderunt, quae appetere fas est.

[*] *Quid est „Festina salvari (illuc)“?* (19, 22.)

49. Dulcissimum, optimum, humanissimumque verbum divinum praestat sortem salutis ei, qui salvari studet, admittens suum infallibilem atque inexorabilem morem, quantum poterit, proficere pro-

fitendo (s. confitentis). Dicit itaque: Quamvis, o tu, impotens sis montosam ac caelestem agere viam, sed adhuc attrahunt te media illa condecentia, nihilominus, ea deinceps nolens magna existimare, festina ac propera. Hac ergo sententia constantissima in te firmata, ne amplius aliquid obscoenum vel molle in te haereat aut fluat, quum constantius sis constructus, vindex illud ac deperdens impios iudicium fines tuos non propinquabit.

Quid est „Propterea vocavit nomen civitatis illius Zoor)"?* (ib.)

50. *Zoor* audit mons, qui est proficientibus in salutem, et illis, qui incurabiles sunt, in perditionem.

*Quare (dicitur)**): „Sol egressus est in terram et Lot ingressus est in Zoor (Segor). Et dominus pluit in Sodomam et Gomorrham sulphur et ignem de caelo"?* (19, 23 s.)

51. Idem tempus fit tam proficientibus in salutem quam insanabilibus in punitionem, atque in ipso principio diei, [*] oriente sole, iudicium illico inducit—volens indicare, quod sol et dies et lux et quicquid aliud in mundo est pretiosum ac bonum, sapientibus solis distributa sunt, nemini autem illorum, quorum incurabilis est malitia. De caelo autem, unde fiunt annuales tempestates pluviaeque ad incrementum germinum satorum, atque arbores ad productionem fructuum in cibum hominum caetero-

---

*) In sacris literis Gr. Armen. et Lat.: Σηγώρ, Segor. Auch.

**) Cf. Philonis Fragm. supra Vol. VI. p. 269.

rumque animalium, influere dicit sulphur et ignem in corruptionem universorum, quae in terra sunt, ut demonstret temporum annuarumque tempestatum causam non caelum esse nec solem neque caeterorum siderum chorum circumactum, sed patris virtutem, quae supersedit tamquam super currus alatos, supra totum mundum, regens illum in id, quod*) melius utiliusque arbitratur. Indicat etiam mira patrare opera, non quae constans fert consuetudo annua, sed vi quadam praepotenti ac arbitraria commutans elementa, utcumque iam velit, omnia universim. Siquidem ex natura leve est sulphur, sicut et ignis; verumtamen ob maledictionem nova perpetraturus demutavit in motum contrarium, desuper cogens vel ipsum levissimum ferri ad gravissimum entium**).

Convenit autem dubium subire, cur scilicet non incolas solos, quum isti iniquitatem impietatemque exercerent, [*] corrupit, verum etiam urbes domosque et omnia aedificia evertit et combussit. Ad quod dicendum, quod est aliqua in natura locorum habitationumque ratio, ita ut hic praerogativa praevaleant cum utilitate***) atque honore, illic vero contraria. Quoniam ubi sapientes degunt, venerabile ac honestum nomen gerunt, suntque merito, concilia, templa caeteraque loca; ubi vero diversantur impudici, impii et iniqui, loca quoque comperiuntur immunda et abominabilia velut infecta foedi-

---

*) s. *usurpans illud, quod etc.* Aucher.

**) h. e. *in terram, quae gravissimum est elementorum.* Aucher.

***) Ad verbum: *praeda;* nos sensum cernimus esse *commoditatis* vel *utilitatis* in genere. Aucher.

tate eorum, qui derelicta virtute ex (s. in) malitia deambulant. Quamobrem locus qui honorabilem praefert honestatem, viget et magis ac magis construitur, turpis autem subvertitur, destruitur ac corrumpitur a legitimis hominibus populisque. Imo et ab ipso dominico verbo abominationem subit, utpote futurae deinde generationes moneantur nullo modo praesumere opera indigna perpetrare, similia nimirum maledictis calamitose igne concrematis, ut quippe visis sociorum casibus deplorandis corrigantur et ingenium assequantur, atque prae timore, ne eandem patiantur sententiam, coërceantur ab iisdem moribus impietatis. Quoniam si haec cernerent homines non corporis oculis, sed potius intellectu, transmutarent profecto sese in virtutem, ita ut, si non sermone persuaderentur, saltem violento timore inevitabili sanitatem mentis sibi conciliarent. Dixerit etiam aliquis, duplicem exstitisse in terra indicem notabilem, paradisum videlicet et regionem Sodomaeam, quorum primus a principio coaevus fuit mundo condito, secundus vero postremo tempore: quoniam virtus prior est ac maior natu et [*] naturae opera ab initio, malitia vero iunior est ut puer natus postmodum ab animo insipienti et iniusto.

Cur respiciens uxor eius retrorsum, effecta est statua salis, non autem alterius materiae? (19, 26.)

52. Littera evidens est valde. Quoniam mandaverant angeli non redire in tergum, quae transgressa est mandatum, poenam consequenter luit, quamquam non eandem cum Sodoma: illa enim sulphure et igne corrupta est, mulier autem ista mutatur in

salis naturam, privationem a generatione feracitateque pariter denotantem; quia combusta regione non minus inferacior est salsosa. Porro vult admonere te, nova ac mira patrans: Sicut super Sodomam id, quod natura erat leve, deorsum ferri coactum fuit instar eorum, quae natura sunt levia, sic etiam quae ad salutem perdurationemque facta erant, sicut sal, exitii atque corruptionis causa exstitere.

Ratio nunc reddenda est, quare mandaverint angeli non redire retrorsum. Nam satis noverant nonnullos fortasse gavisuros de calamitate visa. Gaudere autem et pessumdare ob miseriam caeterorum, etsi iure accidat, homini tamen non convenit; etenim futura (ipsi quoque) incerta sunt, et inexorabile est iudicium et subito pervenit ubique, una cum impotentia ac gravamine. Nonnulli vero forsitan molles tenerique reperti plus aequo aegre ferrent casum, visceribus ardentes, miseratione convicti prae dilectione amicorum et familiarium, quibuscum paulo ante conversabantur; adeoque intimo corde inter se invicem [*] coniuncti ac connexi erant summa clementia et commiseratione. Istae itaque duae rationes erant abstrahendi (s. cohibendi, ne retrorsum redirent), ut nimirum nec nimis gauderent, neque nimium contristarentur de poena iure incussa proximis. Tertia aderat ratio, quam mox significabo. Deum, dicit, punientem, o homines, nolite mirari; satis enim vobis est tantum intelligere, quod supplicio mulctati sunt, quod merebantur; at quomodo id passi sint, indagare vel perscrutari, audaciae est et arrogantiae, non vero timoris (dei), quocum conversari diligentius et constantius familiare est naturae rationali. Littera talis est.

Ad mentem vero: Mentis uxor symbolice est sensus, qui non solum in pessimis hominibus, verum etiam in proficientibus effraenis comperitur, et declinat ad sensibilia et ad externa potius quam ad interna ratione videnda. Quamobrem revertitur, ut putatur, in Sodomam, veraciter tamen ad possessiones visibiliaque omnia. Revertitur autem ad ea, quae sub mensura cadunt, sine mensura, atque ad eorum exhalationis distinctiones et iucundi odoris saporisque et humoris proprietates, convertens se ac mutans in res spiritu carentes, seposito intellectu, eo quod iam animalis fere merus erat.

Quare „Abraham mane praeveniens in locum, in quo stabat coram domino, respexit in faciem Sodomorum et Gomorrhaeorum et circa regiones eorum; et ecce ascendit flamma terrae quasi flamma fornacis"? (19, 27 s.)

53. Mirifice pietatem asserit: hoc enim sapientis est, stare, nec laxari, sed [*] continuo sine animi derelictione usurpare preces ob inhibendum iudicium indignis inferendum. O deo dignissimum exemplar dignationis ac benignitatis! Quoniam dicit: Si deviantes quosdam vides (domine), noli desperare et retrahi. Metuens sane potentiam virtutis punientis deperdentisque, patrem ipsum suppliciter rogavit. Postquam vero eum rogaverat indesinenter magnis precibus, leniendo, venerando atque de salute anhelando, obviam cucurrit supplicationibus propter inevidentiam futurorum, quandoquidem sicut beneficus est et suavis, sic etiam horrendus: beneficus ut deus, horrendus sicut dominus. Littera haec est.

Ad mentem vero, mens constans imitatur solum constantem deum: et ecce invariabilis atque immutabilis factus, quum circumstantia omnia circumspicit, quae sensibilia, carnalia atque cupiditatibus obnoxia sunt universa, universorum substantia apparet ut vapor, fornax et fumus. Fornax enim est ardens corpus istud et exhalatio ex sensibus, velut de terra vapor et fumus; quae vero flammis circumdant nos et concremant vitia, ignis (s. odor) et aura. Haec autem fieri non potest, ut omnes sciscitando scrutentur et vere advertant videantque a malo provenire; soli enim sapienti nota sunt ac certa, maxime singularum partium praedictarum species.

[*] *Quare, cum deleret circumhabitantes Sodomaeorum, recordatus est deus Abrahae et dimisit procul Lot e medio subversionis?* (19, 29.)

54. Litteram vides, quomodo se habet: siquidem Lot non propter se potius quam propter sapientem Abrahamum salvatur, isto pro illo supplicante. Ad mentem vero, quando pater recordatur generationis perfectae, salvat etiam cognatos eius et proficientem. Porro optime se habet ac sapienter illud dictum, *e medio subversionis dimisisse Lot*, non vero ab omni (discrimine); quoniam proficientis conversatio non omni ex parte recte ambulat, sed claudicat aliquatenus atque impingit. Partes autem eius sunt mediocres in principatu conductrices in rectitudine; quare bona gaudet spe, ut regatur et ad caeteras res dirigendas praeparetur. Quum enim sanae sint partes magis sibi propriae, potest etiam aliis adhuc aegrotantibus praestare communicationem salutis.

Quare „Lot timens habitare in Segor ascendit in montem et habitat in spelunca una cum duabus filiabus"? (19, 30.)

55. Ad litteram illud convenit dicere, quia ad civitates igne consumptas propius degere vix stabile ac cautum arbitratur. Ad mentem vero, quum animus proficiens magis expurgetur, longius secedens fugit ream et incultam conversationem, sive ut vere ac proprie dicam, subversionem. Filias autem duas habet innatas intellectus, cogitationem et admissionem.

[*] *Cur dicit senior ad iuniorem: „Pater noster senex est, et nemo est, qui intret ad nos, sicut convenit omni terrae. Veni huc et inebriemus patrem nostrum vino, et dormiamus cum eo et suscitemus de patre nostro semen"?* (19, 31 s.)

56. Aggressus interim propositus ad morem spectans matrimonii iniquus est et novarum rerum molitio enormis. Veniam tamen habere videtur; quoniam putant virgines istae ob ignorantiam rerum externarum, combustas quum vidissent civitates illas una cum habitantibus, quasi vero universum genus humanum consumptum fuisset neque ullum usquam mansisset praeter se tres. Ideo providam prudentiam reputantes, ne prorsus desolata reperiatur terra et deperdatur genus humanum, aggressae sunt praesumptionem audacissimam ad superandam rem (s. per rem) intolerabilem atque haesitationem. Littera haec habet. Ad mentem vero dicendum id opus esse cogitationis et admissionis; istae enim sunt filiae intellectus, maior cogitatio, minor admissio: quoniam fieri non potest, ut quis

quicquam admittat, antequam cogitet. Haec autem necessarie atque naturaliter ex patre nascuntur intellectu: mens enim per cogitationem seminat digna decentiaque et probabilia apud illos, qui non sunt discordes in veritate assequenda; admissio vero ea est, quae iuxta proposita concedit singulis sensibus. Quoniam quid sine mente valeat operari sola cogitatio, et [*] quid admissio? inertes enim et inefficaces istae sunt per se, nisi moveantur a mente ad competentes sibi effectus actusque.

Quare pariens senior filium appellat Moab, vocitando super eum id quod aequum erat occultare (hoc est): Ex patre meo est. (19, 37.)

57. Gloriae iactabundae apud recte (symbolice) considerantes nota est talis assertio; non enim sicut opprobrium conticuit ac cessavit, sed tamquam de magna probitate iactitans in cogitatione, iucundo animo dicit: Habeo condignum honorem, quem seminavit pater qui in me est intellectus; maxime quod satus ipse non abortus fuit inaniter praeteriens, sed perfectus natus dignus est effectus generatione atque educatione. Quae autem est generatio mentis et cogitationis irreprehensibilis, nisi consilium bonum optimumque? Quare et qui natus fuit, mas est.

Quare senior filium natum denominavit „Ex patre meo"; iunior autem dixit „Amman, filius generis mei"? et de primo dictum est: „Iste est pater Moabitarum"; de secundo vero: „Hic pater Ammonitarum (s. Ammanitarum) usque in hodiernum diem"? (19, 37 s.)

58. Quandoquidem qui cogitat, intellectus vocatur et cogitatio dirigitur ad bene considerandum,

ideo et cogitatio naturaliter appellat „*Ex patre meo*“: nam ex solo intellectu acquiritur mihi cogitare iunctim cum imaginatione. [*] Admissio vero quia nulla est, nisi concedat imaginationi, concedere autem et non abhorrere maternum est ac magis femineum, propterea nuncupat natum *Amman*, uti non amplius ex patre, sed *ex populo*: nam concessio imaginationi, quae ipsa admissio est, appropinquat quasi et adhaeret sensibus et in sensu (s. per sensum) generationibus ac mutationibus.

Quid est „Profectus inde Abraham in terram australem habitavit inter Cades et Sur, et peregrini modo habitavit in Geraris (s. in Gerara s. Gerera)“? (Gen. 20, 1.)

59. Propositio habitationem et peregrinationem continet in se viri generosi: habitationem mediam inter Cades et Sur, peregrinationem vero illam, quae in Geraris. Connaturaliter voluit illas, quae in nominibus sunt, virtutes patefacere: quoniam *Cades* interpretatur sanctus, et *Sur* murus. In istorum duorum termino regio est consilii diligentium dei, in qua habitant armati munitique virtute tamquam muro inaccesso et indestructo, atque legibus sanctis nutriti, ac laetificati omni vitae die apud patremfamilias, sapientiam irrigui ex fontibus perennibus, quos in unum reduxit locum*) verbum divinum. Peregrinationis autem modo habitant in *Gerara*, quae est regio contemplationis diligentium dei.

[*] *Cur iterum de uxore sua dicit Abraham: „Soror mea est“?* (20, 2.)

60. Semper et ubique velut consilium quoddam

*) s. *quos unus locus in se capit, hoc est verbum divinum.* Auch.

ad salvandum se id usurpat, suam videlicet sororem apud alienos nuncupare uxorem. Quamobrem qui levitate morum similia dixerint, tamquam pedibus illotis, vultu mutato et re peracta, iure reprehendendi sunt: quoniam nequierunt cogitare et intelligere, quod nemo est tam delirus ac demens inter iniuste*) proficientes, quominus ille, in quo perfectio insit, quasi velit permanere in delicto peccati et repetere atque celebrare verbo quoque saepissime ea, quae vel semel prolata pudorem afferunt. Verum absit, ut nos talis impietatis sententia obtineat, ut indigna cogitemus de patriarcha, patre duceque principali. Quoniam honesta omnino est impraesentiarum gloria ex ipsarum rerum natura clarius visa: siquidem generosus animus virtutem sororem nominat, non uxorem, ut non solus praeses videatur vel ut uxoris sapientiae, sed sororem eam asserens demonstret communem esse eius zelum atque desiderium apud omnes, qui genuini fidelesque studiosi sunt probitatis optimae.

[*] *Quid est „Misit Abimelech rex Gererorum et tulit Sarram“?* (ib.)

61. Praetermissa nonnullorum sententia, qui autumant sapientem traditorem fuisse legis matrimonii, quum rex immundus et lascivus, ob suam luxuriem effraenem volens legem ad peregrinos pertinentem pessumdare, tulit uxorem alterius, dicimus quaestionem esse de virtute, cuius omnes, etiam pravi et mali, praesidentiam se tenere dictitant, quatenus ad vulgi opinionem. Alias pauci sunt eam

*) Verbum sic sonat, sed malim intelligere: *imperfecte.* Auch.

desiderantes, qui labore studioque magno ipsam acquirendam satagant.

Quid est „Ingressus est deus ad Abimelech in somno nocte, et dixit: Ecce tu moreris propter mulierem, quam accepisti; ista vero est cohabitans viro (proprio)"? (20, 3.)

62. Littera manifeste patet. Ad mentem vero sic exponitur. Qui falso sibi persuadet insipiens, virtute se praeditum esse, corripitur ab intrante in animam eius verbo divino, quod reprehendit et inscrutatur, ac cogit fateri alterius esse illam possessionem, non vero illius. Optime autem scriptum est: *in somno et nocte;* nam anima insipientis consumit vitam suam omnino includens in tenebris, in nocte et in alto somno, quod nullam habet prorsus partem vigilantiae.

Quid est „Abimelech non tetigerat eam"? (20, 4.)

63. Littera puritatem demonstrat ac continentiam. Ad mentem vero illud [*] dicendum, quod insipientis anima non tangere, neque propinquare virtutem vult, eo quod non valeat ob peculiarem sibi morem.

Quid est „Et dixit Abimelech: Domine, gentem ignorantem et iustam perdes"? (ib.)

64. Nescio, an ignorantia concordet cum iustitia? Sunt tamen qui dicant, non esse ex serie nimis mundorum, ita ut queat stabilire et certificare sententiam atque seponere id quod genuinum non est. Dicam itaque, o generose, non sicut voluntarium

peccatum iniquum est, sic involuntarium secundum ignorantiam illico iustum, sed, ut mihi videtur, medium tenet locum inter utrumque, iustum et iniquum, a quibusdam indifferens vocatum; quoniam peccatum nullatenus est opus iustitiae. At hic et de illo id asserit, dicens: *In munditia cordis et iustitia manuum feci hoc* (Gen. 20, 5). Quorum unum verum est, alterum falsum: verum enim est munditia cordis, et falsum iustitia manuum id fecisse. Namque, ei dixerim, utrum non est satis tibi ad iniquitatem illud, quod per opera agitur?

Quid est „Dixit autem ei deus per somnum: Et ego cognovi, quoniam in corde puro fecisti hoc, et peperci tibi, ut non peccares in me; propter hoc non permisi tibi tangere eam"? (20, 6.)

65. Omnia in his dictis contenta divina profecto verba sunt et praecepta. *Mundus* ergo dicitur talis, qui ignoranter et involuntarie, non vero [*] voluntario more peccat. *Parcendum* autem esse illis, quos monstravit aegre ferendos; et indifferenter habendi, qui involuntarie iniustitiam egerunt; atque demum illos, qui inique se gerunt in rebus divinis, non in eas tantum, sed in divinitatem ipsam peccare, cui proprium est omnis cura ac praesidentia, cuius est omnis gratia, quae primos animi impetus rebellantes retrovertit per providentiam, ne praeceps ruat cadatque in furorem irae iniquis comparatae.

Quid est „Nunc autem redde uxorem homini, quia propheta est, et orabit pro te; sin autem non reddis, scito, quia morieris tu, et omnia quae tua sunt"? (20, 7.)

66. Littera prae se fert apologiam iuridicam con-

tra eventus, ita ut satisfactio reddatur legi*) matrimonii, maxime vero speciali prophetiae viri, qui noscens, quod intacta remansura erat et illibata conservanda sibi uxor sua, non dubitavit nomen dare ei tenerum ac placidum, conveniens apprime incolis eius terrae, sororem scilicet, non vero uxorem. Optime ergo habet et modus locutionis mandati divini: *Redde uxorem,* non sororem vel Sarram, ac si diceret: Redde uxorem, integro servato corpore, sacratam ac sacram, sine fraude vel nuditate, a virginitate coniunctam, viro suo; redde ergo mundam et intemeratam. Quod si non ut uxorem viro suo reddas, exaltetur augeaturque super te [*] sententia iudicii et super omnem domum tuam per mortem. Ad mentem vero, qui sapientiam, iustitiam et in genere simul virtutem profitentur, quasi vero uxor sola cum generoso solo (viro) conversetur, possunt vivere immortalem animae vitam. Quicumque vero illam distrahunt discerpuntque, pudore eam volentes afficere, ipsam nequeunt pudore afficere aut discerpere, sed semet ipsos amore proprio vesanoque impetu delirantes et omni omnino virtute deficientes interficiunt. Quod si non prius, inquit, placatus es**), et placuit tibi raptum videri insano impetu ac animi motu, saltem posthac mutare (in meliora), et noli rem alienam tibi decidendo trahere; aliena namque est insipientibus virtus, si eam tamquam uxorem, non vero sicut sororem habere dignetur. Vere enim cognata potest esse proficienti velut fratri, soli vero perfecto uxor tamquam coniux.

---

*) Ad verbum: *proditori matrimonii.* Auch.

**) Ita Mss. AC, sed fortasse melius habet D: *si prius delectatus, inquit, fuisti.* Auch.

Quare interroganti Abimelech: „Quid vidisti, quid fecisti hoc?“ respondit: „Nam veritus sum, quod non sit deus in loco hoc, sed fraudatus peream“? (20, 10 s.)

67. Non omnem veritatem convenit dicere apud omnes. Quamobrem et Sapiens nunc totam rem disponit exponitque alio modo velut nominum mutatione. Sciebat enim uxorem haud corrumpendam esse; id tamen non fatetur, [*] sed potius quod decebat interrogantes audire: ut gaudentes de illo, quod ipse putatus est probare terrae illius bonam voluntatem circa cultum divinum verecundiamque erga peregrinos, his studeant magis ac magis, pietati nimirum et humanitati.

Quid est „Etenim vere soror mea est de patre, sed non ex matre; facta est autem mihi uxor“? (20, 12.)

68. Littera satis evidens est. Ad mentem vero nimis naturale quoddam dicit: inducens videlicet virtutem, quae est veraciter matre carens et feminei generis partem nullam habet, a solo seminata universorum patre, minime indigens materiae ad generationem suam. Virtus autem honesti tam sororis, quam uxoris habet praerogativam: sororis, quia pater unus est unius alteriusque, qui omnia generavit; et uxoris, quia omne quod fit secundum coniunctionem, uxor dicitur. Itaque vitae consors est, iustus iustitiae, et stolidus stoliditatis, fortis fortitudinis, et sanus mente mentis sanitatis, et pius pietatis, et simpliciter sapiens sapientiae.

Cur Sarrae dixit Abimelech: „Ecce dedi mille argenteos fratri tuo: hoc erit tibi in honorem faciei tuae et omnium mulierum, quae tecum sunt; et omnia vere loquere"? (20, 16.)

69. Dignus est acceptatione, qui poenam poenitentiae sibi quoque constituit ob delictum involuntarium, pro consolatione (Sarrae) honoreque vultus. [*] Illud tamen *omnia vere loquere* abhorrentis a philosophia et ignorantis mandatum est. Nam si hominum vita optime se haberet nulla accepta falsitate, congruum foret de omnibus apud omnes verum loqui: sed quia fictio malignitatis velut in theatro acquisitam habet et superbiam velatam una cum artificio, artis est opus sapienti multiplicis, ut prosit, similitudinem praeferens ironia utentium, qui aliud dicunt et aliud agunt, ut salvent quos possunt. Porro non licet in omnibus ita fieri, quoniam consultoris malitiae est omnia falso dicere ad aucupandos auditores: virtuti vero proprium est salutaris natura.

Quare „orante Abraham sanavit deus Abimelech et uxorem eius et ancillas eius, et pepererunt. Quia concludens concluserat deus omnem vulvam in domo Abimelech propter Sarram uxorem Abrahae"? (20, 17 s.)

70. Pater (universorum) quum aliquid boni alicui facere velit, id peculiarêm*) gratiam sapienti factam existimat; sicut et nunc contigit. Quoniam videtur propter orationem sapientis praestitisse oblivionem peccato involuntario domus illius, quamvis nemo oraverat**). Caeterum doctrinam tradit

*) s. *velit peculiariter, id gratiam etc.* Auch.

**) s. *quod facturus erat, si etiam nemo orasset.* Auch.

pulcherrimam pro iudicibus et iudicandis: pro iudicibus, ne praeveniant terrefacere et ante tempus punire [*] delinquentes, sed illum qui iniuria affectus videtur, imprimis placare studeant; et pro iudicandis, ut pro illis preces fundant (iniuria affecti), ne in omnibus semper sententia iudicii irruat super delinquentes.

Quare vitae Sarrae anni fuerint centum viginti septem? (23, 1.)

71. Habet quivis numerus propriam sibi rationem sacram: septem, et viginti, et centum. Verum habet et concordiam harmoniamque partium mirabilem; nam ab unitate septem (numeri) sub duplici ratione generant centum viginti septem: tales sunt I. II. IV. VIII. XVI. XXXII. LXIV, quibus coalescit centum viginti septem.

Cur certum fecit locum obitus (dicens): „Mortua est in civitate Arboc, quae est in vallibus: haec est Chebron in terra Chanaan"? (23, 2.)

72. Interpretatur *Arboc* τῶν quatuor, et *Chebron* coniunctio vel societas mulierum, *Chanaan* autem sicut apparitio eorum.

Quare dicit: „Venit Abraham, ut plangeret et lugeret Sarram; et surrexit a mortuo suo"? (23, 2 s.)

73. Diligenter et consulto dixit *surrexisse* non a Sarra, sed *a mortuo suo*. Proficiscitur autem illuc, non ut mortuam, sed Sarram plangeret ac lugeret; naturali quodam sensu. Quoniam [*] decet hominem virtute ornatum seiungi ac procul habitare a

corpore natura mortuo; lugere autem sapientiam, ac si videatur et opere ipsam seiunctam a virtute. Alioquin luctus non habet locum in incorruptis: atqui tam sapientia, quam virtus omnis incorruptibilis est; in illis vero, quae haberi possunt et deficiunt tamen, necesse est aegre ferri. Verum optime diligentia habenda in hoc, quod nec planctum, neque luctum usurpasse Sapientem inducit, sed solummodo venisse illuc propter haec. Quoniam res ex improviso occurrentes praeterque voluntatem impingentes hominem pusillae mentis coarctant et praecipitant: constantem vero undique humiliant tantum impetu facto, haud tamen tali, quae usque in finem perducant, sed a rectore consilii fortissime repulsae retroverti coguntur. Itaque non licet homini verae probitatis studioso devotis precibus*), quum praeter voluntatem aliquid supervenerit, totum se raptum motumque ad illud ferri permittere, sed paulisper tantum sequutum tales impetus retrocedere, priusquam ad finem pervenerit. Lex ista sacra sanctaque scripta est pro praecautione peccatorum, quae quique patraturi sint: ut, quando ab iis, quae extra sunt, moveri se sentiant, sicut ab alienis possessionibus vel a divisione mulieris, caveant ne perpetrent furtum vel raptum vel adulterium sive quicquam malorum id genus, sed satis rati impetum factum retro se moveant et perstent super immobilem firmamque mentem.

[*] *Cur dicit: „Advena et peregrinus ego sum vobiscum"?* (23, 4.)

74. Nonne peregrinationis modo degit sicut ad-

*) Si interrogatio adsit, potest sic verti: *Nonne liceat homini probo optare (s. orare) . . . ne raptus feratur, sed etc. . . .?* Auch.

vena omnis anima sapiens in mortali hoc corpore, pro habitatione habens ac patria purissimam illam essentiam caeli? Unde ad hanc regionem transmigrationem fecit natura nostra per legem necessariam: sive ut visitet terrena et procuret diligenter, ne ista quoque privata sint sapientia pro participatione melioris vitae; sive ut noscat se cognatam creaturis (corporeis) esse et non posse perpetuo ac penitus felicem exsistere? Quamobrem concludens consilium voluntatis, ait illum simpliciter *advenam et peregrinum*, sed adiicit illud *vobiscum*. Nam profecto studiosus sapientiae cum nullo ex vanis ac vacuis rebus, quamvis ex natura cognatus sit illis, cohabitat vel conversatur, sed longius ab illis est seiunctus consilio, ita ut non navigationis socius, nec comes in via, nec concivis, nec vitae consors, neque aemulator dicatur proprie sapiens cum insipiente, eo quod principalis dux non concordat vel convenit in mente unius alteriusque.

Quid est „Date mihi possessionem sepulcri, et sepeliam mortuum meum ante me"? (ib.)

75. Littera manifesta est ac nota. Quod autem ad mentem pertinet, allegorice indicemus. Huiusmodi ergo est: [*] Quantum videtur, non sepulcrum quaerit Sapiens — sepulcrum enim corpus est animae, quae in eo sepulta est velut in sepulcro —, sed *possessionem sepulcri*, principatum videlicet dominiumque super illud. Namque dominus, ait, deinceps factus inveniar et accipiens principatum, non vero subiectus principatui, non amplius, sicut illis ante contingebat, dixerim, quasi vero sepeliar, sed potius sepeliam procul a me.

Cur dixere ad eum: „Rex a deo es in nobis"? (23, 6.)

76. Imprimis illud vult designare, quod ille qui purae, non vero dolosae aemulator est sapientiae, apud omnes, non solum apud sapientes rationales, mirabilis est atque honorabilis; non tantum sicut princeps, verum etiam tamquam princeps principum, isque divinus, et rex regum, optimus et generosus, qui non ab hominibus, sed a deo ordinatus sit. Secundo vero legem statuit nimis naturalem, quam nonnulli philosophorum sibi conciliarunt. Lex est autem, ut ex insipientibus nullus sit rex, quamvis terrae et maris totam vim subiugarit, sed solus sapiens et dei amans, praeter partes apparatuum armorumque, quibus multi proficiunt per vim violentam. Etenim, sicut nauticae vel medicinae vel musicae si quis imperitus sit, pro argumento sunt ei clavus et medicaminum commixtura et tibia et lyra — nullum enim istorum usurpare potest ad usum destinatum, at navarcho et medico et musico dicitur omnino convenire —: ita profecto, siquidem ars est quaedam regium hoc munus, et artium perfectissima. Nam qui imperitus est et nescius rerum homines iuvantium, [*] rudis atque rusticus est censendus, rex autem dicendus solus peritus gnarusque. Verumtamen tertio illud quoque enarrat, quod dei iudicia superant humana: homines enim in materia corruptibili eum, qui possidet abundantiam opum, principem dominumque sibi arbitrantur; deus vero, apud quem nihil eorum quae inanimatae brutaeque materiae sunt, pretium habent, quum viderit animum optime purgatum, una cum mente li-

bera vix servili, omnino eum sapientia adornat*), et deditum sapientiae adscribit in seriem principum regumque maximorum. Quartum vero connectit iuxta ordinem insertionis necessario id quod respicit ad constantiam: siquidem inconstantes sunt et caducae hominum ordinationes**), perturbatae perversaeque secundum mores, eventus et fortunas; verum ordinationes dei firmissimae sunt ex propria incorruptibilitate exhibentes illis legitimam constantiam.

Quare dicunt: „In electis monumentis nostris sepeli mortuum tuum"? (ib.)

77. Littera facilis est captu: ob honorem, quo eum prosequebantur, fassi sunt concedere ei electum sepulcrum. Ad mentem vero: in homine pravo vivit corpus per cupiditates et voluptates una cum cunctis rebus, quibus delectatur, sicut animatum: at in virtute praedito mortuum est, praeferens in se famem mediocritatis et temperatae continentiae, ita ut haud immerito dicatur, quod sapientis anima velut aheneam imaginem, inanimatum ac grave corpus [*] habens, semper mortuum in se gerit. Porro exempla contraria opponuntur, dicentes: Nobis cede et concede curam eius (corporis sive carnis) et procurationem, ut electam omnino partem habeat, et memoria dignum efficiatur per cibum et potum indumentumque, perque omnia, quae serviunt vitae deliciosae, lautae et exquisitae. Ille vero (sapiens s. anima sapientis) aegre fert dicta et exspectans temporis habet diligenter curam, leniens adversa-

*) s. *sicut sapientiam celebrat.* Auch.

**) s. *dispositiones vel argumenta.* Auch.

rios per adorationem atque sibi concilians suaviter, quantum putabatur expedire ad alliciendum, ita ut non dimittat, nisi prius mortuum suum deponat, vix tradens corpus, sed possessionem sepulcri sumens, non ita sepulcrum. Caeterum aequum est et illud observare, quod qui loquuntur sicut exempla, sepulcrum monumenti titulo vocitant, sapiens autem non sepulcrum ut monumentum, sed monumenti hereditatem sive possessionem sepulcri dicit. Quare? Quoniam illi memoria dignum existimant corpus tantum et singulas res corporis, iste vero non haec, sed dominium sive possessionem eorum, ut et superius dictum est.

Quare dicit: „Si habetis in anima vestra, ut sepeliam mortuum (meum) a facie mea, audite me et loquimini pro me cum Ephron filio Sahar, ut det mihi speluncam duplicem, quae est ei, quae est in parte agri eius. Argento, quantum valet, det mihi eam coram vobis) in possessionem monumenti"?* (23, 8 s.)

78. Sensu rerum usurpato, quem praecedente adoratione iam intimavit [*] auditoribus, dicit: Qui verba non ad fallaciam usurpatis, sed ad animam et mentem, id fatemini, quod corpore mortuo induti sumus, et oportet istud sepelire, non vero permittere cupiditatibus exsurgere, et recrescere ac vigere, sed a facie procul tenere, ut impetus, qui secundum cogitationes aguntur, impediat. Loquamini itaque in consilio animae pro me, et apparete mihi et festinate, ut quantum dignum est pretium argenti, di-

---

*) In codd. Arm. pro *coram vobis* scriptum erat *et vobis*; Graecum habet: *in vobis*, ἐν ὑμῖν. Auch.

gnitatem videlicet rationis habens, detur mihi, ut dixi, non sepulcrum ut monumentum, sed monumenti (sive memoriae) absolutissima possessio.

Quid est Ephron, et quare in medio filiorum Chet sedebat? (23, 10.)

79. *Ephron* interpretatur terra (s. pulvis), *Chet* autem stupor, atque aenigmatice notat per terram corporeas naturas, per stuporem vero insaniam et insipientiam; quoniam inter insipientes insanientesque proprium atque primum ordinem principalem habet corpus, cultum officiosum recipiens ab illis, qui nihil boni proprii atque intimi noverunt neque student agnoscere.

Quid est spelunca duplex? (23, 9.)

80. Littera ipsa nullius eget expositionis, nam omnino duo sunt sepulcra in illa spelunca sub monte, unum extra, alterum intra; sive duae porticus, una claudens, altera clausa. Ad mentem vero sic ponderandum: Humanum istud corpus similitudinem praefert duplicis speluncae. Quia exteriora cupit avide, ducem ac principem sibi proponens insatiabilem immunditiam, circa vero interiora secundum intellectum dispensatur, [*] conductum a continentia patientiae. Siquidem insipiens tradit interiora propter exteriora, animatam partem propter sensibilia, et quod est secundum patientiam continentiae, pro foeda immunditia. Verum sapiens septum murumque usurpat, et velamen opponit partibus animatis et habentibus visum apparentium atque cadentibus sub visu. Quoniam dum exsistit apud malum spelunca duplex, corpus quoque immundum est ac abo-

minabile: quando vero interius habitet, animam dei amantissimam in se vertit, obtenta sanctitate, puritate et illibatae vitae possessione. Quapropter, ut reor, et sanctum illud tabernaculum factor eius et conditor duplicatum fecit, velo distinguens interiora exterioraque, interna vocando Sancta Sanctorum, externa vero tantum Sancta. Haec tamen totaliter spirituales et intelligibiles species; duplex autem spelunca participationem habet corporis, etsi nimis propria possessio sit consilii deum diligentis.

Cur Abrahamo solam speluncam petenti Ephron dat supra agrum quoque? (23, 11.)

81. Ad litteram dixerit quispiam, quod miratus hominem sapientiamque eius, qua cernebat eum uti, gratiam arbitratus est oportere impense abundare. Ad mentem vero putat ille, quod oportet agrum cum virtute praedito coniungere symbolice, ut habeat corpus necessaria voluptati servientia debito apparatu. Iste vero non negat ob liberalem morem, quippe qui plenus sit, sed manifeste dicit, quod ,,Omnes thesauros possessionum mearum dabo et omnem [*] apud homines vigentem honorem et potestatem, neque ab ullo falsi nominis bonorum deprehendar, sed ad quid aequum sit usurpans singula, cunctis monstrabo eam, quae illis omnibus insit vis necessaria.''

Quare antequam acquireretur sepulcrum, spelunca dicebatur ,,sub agro'' esse, et post acquisitionem agri intus ,,in ipso agro''? (23, 9. 17. 19.)

82. Nimis naturaliter asserit, quod corpus, nondum subiugatum menti, subiectum est alienae po-

tentiae et detentum ab èxternis, a vino, dapibus et cibis caeterisque rebus, quae tamquam ab agro ex fertilissima terra germinant. Quando vero mens potitur corpore, cogit illud iam servituti deditum, ut deinceps subiuget exteriora, et non cadat sub illorum potestate, sed ex adverso contineat illa et dominetur eis, haud eorum pars facta.

Quare „contra faciem Mambre" ait esse sepulcrum? vel quare adiicit: „Haec est Chebron"? (23, 19.)

83. Quum *Chebron* interpretetur coniunctio sive societas mulierum, directe dictum fuit; ecce enim, exempli gratia, quorum duplex est spelunca, possunt connectere ac coaptare societatem et dilectionem genuinam atque fidele reddere corpus cum anima, uno principem, altera satellitem persuadente, quicquid regina iussum dederit, et imitationem suae potentiae exhibeat, ut possint potiri externorum et subiugare sensibilia.

[*] *Quare dixit: „Erat autem Abraham senex provectus, et dominus benedixit Abrahamo secundum omnia"?* (24, 1.)

84. Haud videtur aetatem temporibus constantem asserere, nam haesitare quis potest seniorem eum dicere, qui paucis temporibus superat annos eius (anteriores): sed ad virtutis distinctionem refertur is, qui gradum senioris honoremque meretur. Quare superaddit, dicens: *senior provectus*, puta probitatis augmento, cuius cacumen cultus divinus (aut pietas), sive sana mens talis, quae est regula omnium vitae partium secundum cogitationes, opera et verba.

Quid est „Servus domus suae senior, qui praeerat omnibus, quae ei erant"? (24, 2.)

85. Manifesta est littera, quoniam procuratorem sive principem famulatus vel praesidem rerum domini esse hominem notat Scriptura. In serie vero allegoriae etiam natura nostra, ut videtur, huiusmodi aestimata est. Servi ac ministri ordinem habet in nobis verbum prolatum extra mentem, quae verbo perfectior est et princeps atque dominus. Hoc ergo verbum prolatum est ipsius minister senior, principatum habens ex natura tamquam a suo rege, sive ratione super corporalia instrumenta et obiecta: haec enim universa per virtute ornatum ministrum disponit ratio.

[*] *Cur dixerit: „Pone manum tuam sub femur meum"?* (ib.)

86. Quum adiuraturus esset (servum) de desponsatione mulieris, manum iubet supponere prope in locum generativum, significans illibatam collocutionem de affinitate et matrimonium irreprehensibile, quod pro fine habeat non cupidinem, sed genuinorum filiorum procreationem. Allegorice vero accipientes dicamus liceat, veraciter femur dici illum animae locum, qui non fluit, sed stabilis est duritia constantiaque: supra quem iubet ratione ponere manum ob reverentiam honoremque eius loci, cui dedit natura sicut dignitatem propriam immutabiles invariabilesque species; qui itidem ac similiter habet fluxum, non ut dixerit quispiam, pauca receperit, sed ut permaneat et ipse sine mutatione mendacioque in promissionibus*).

*) Locus obscurissimus verbotenus a nobis redditus. Auch.

Cur eum adiurat „per caelum", duplici vocatione superaddita, „et per terram", altera (sola)? dicit enim: „Adiuro te per dominum deum caeli et deum terrae." (24, 3.)

87. Mundi partium optima est caelum, quapropter superiorem partem sortitum est, ex purissima constans essentia, stellis plena, quarum unaquaeque est imago prae se ferens divinam formam; ultima vero terra, quae secundum causam (s. rationem) et infimum sortita est locum, eo quod mortalia et corruptibilia sint animalia una cum plantis in se conclusa. Iure itaque meliori dedit principalem dignitatem ac praerogativam, duabus appellationibus supra vocatis [*] virtutum patris, creativae scilicet et regiae. Ab exiguo vero abstulit unam ideo, quod caelum et similes ei naturae immutabilitate perpetua gaudentes nunquam satiantur vel deficiunt a servitute patris, tamquam creatorem colentes deum, qui fecit fundavitque omnia, atque sicut regi obsequium praestantes. Nos autem, terrigenae et corruptioni obnoxia animalia, quamquam nequeamus negare deum — qui enim venit in generationem creationis, necessario imaginatur causam effectricem —, verumtamen regnum suum ac praesidentiam veri domini non profitemur, quidam ob impietatem, aliqui ob malignum sophisma excogitatum: quemadmodum prava illa sententia sectarum philosophorum providentiam curamque patris erga natos suos (per creationem) abscidere haud erubescunt. Huius sententiae ac pravae mentis rex etiam Aegypti fuit, qui praesumpsit dicere: *Nescio dominum* (Exod. 5, 2), declarans hoc, quod „Deum novi quidem," propter natura-

lem necessitatem, eo quod sentit conceditque se factum a factore, negat tamen nosse dominum, putans cura carere mundum, et quicquid in mundo est.

Quare non ipsi filio praecipit, ne accipiat uxorem Chananeam, sicut postmodum Iacobo parentes eius, sed servo? (ib.)

88. Profecto haesitationem dubii atque consilium consideratione dignum habet littera; quoniam perfectus est aetate Isaac, sufficiens ad statum [*] sponsi, neque erat sub dominio servi. Unum ex duobus aderat: aut consentiebat, aut adversabatur. Atqui consentienti vadem se praestare conveniens erat patri: quod si non assentiretur, supervacuum esset ministerium servi. Dicere autem, quod quia per iussum divinum ex regione Chaldaeorum migraverat Abraham, quare in eam filium mittere haud aequum censebat, valde delirum est ac absurdum: primum, quia ob eamdem causam neque rem acceptare sponsoremque esse oportebat plane, sicut etiam ad cognationem, de qua emigrare dictum fuerat; neque Iacobo licebat adire propter desponsandam uxorem, quum imitator patris esset et datum ipsi mandatum optime novisset. Porro restant ei non paucae adhuc quaestiones. Non enim ut ministro dicit servo: Satelles esto vadens illuc, ne filius meus accipiat uxorem ex ista regione, sed tamquam vadimonii domino, ait enim: Adiuro te, ut non accipias filio meo uxorem Chananaeam.

Necesse est ergo, ut allegorice accipientes nimis naturaliter dicamus, quod Isaac non opus habet solaminis, etenim nunquam uxorem sibi accipiat a Chananaeis. Hoc autem dico non de hominibus, viro

et muliere, sed de moribus secundum animam, quod respiciunt et praesentia nominum symbola. Quoniam Isaac est mens, sui instructor magister et per se edoctus, distinctus ab indistinctis (s. indifferentibus), gaudens semper et quotidie de patre deoque [*] deque cunctis eius operibus, neque displicens sibi de quibusvis in mundo factis, satis gnarus, quod omnia aguntur secundum naturam per divinam providentiam in salutem perennitatemque universorum. Hic ergo Chananaeam non accipiat uxorem, mores inquam non habet praememoratae sectae; quoniam *Chananaei* in alteram reducti linguam *stupidi* sunt.

Verum timor adhuc adest, ne forte verbum prolatum, servi nomine iam appellatum, sophisticis usus adinventionibus seducat, decipiat et in delirium vertat id quod ex natura gratum erat. Quamobrem obligat ipsum strictius, horribili iuramento velut fraeno ei imposito, ut compescat mitigetque illa dicta, quae stupefacere solent et pervertere illum, qui nequeat condignam firmitatem tenere in verbo. Dicit ergo: Illuc vade, unde ego migravi; una enim generatio est et prosapia, quae nimirum per mandatum dei facta est migratio, de qua accipias uxorem filio meo. Alterum monitum ut vitae consortem in moribus accipit is, qui migrasse visus est, sive secundum consuetudinem studiumque, maxime quod Chaldaei usurpant astronomiam ut principalem contemplationem invisibilis et incorporeae naturae.

[*] *Utquid interroganti servo: „Si noluerit mulier huc migrare, filium tuum reducamne illuc?" dixit: „Cave et attende tibi, ne reducas filium meum illuc"?* (24, 5 s.)

89. Littera cum manifesta sit, illud quod ad

mentem respicit, concordat cum dictis philosophice. Monet enim verbum, cavere cum attentione et nullatenus movere constantem morem a dignitate legis gratissimae. Quid enim dignius, quam quod a creatore patreque universorum factum sit gratum? ita ut nullum omnino patiatur vituperium, ut mos est inconstantium, qui non habent solitam stationem moralem, sed de minimis rebus, utcumque contigerit, animo ad vituperandum declinante conquirentes incusant ac criminantur illud, quod est immune a causa et crimine*).

Quare dicit: „Dominus deus caeli et deus terrae mittet angelum suum ante faciem tuam, et accipies uxorem filio meo Isaac“? (24, 7.)

90. Certe video, quod propheta est et legem ponit, divinans futura agendaque: lex enim est naturae adinventio, non hominum. Quoniam mens dei amatrix migrans ac transferens se in aliam terram extra totam terram sensibilem, illico capitur (divino spiritu) et prophetizat. Alioquin unde noverit, quod queat perficere servus viam per angelum ducentem, nisi secundum aliquam divinationem ac prophetiam? Caeterum dixerit quis fortasse: Quid opus habebat servus angeli proficiscentis cum ipso ad rem implendam iuxta mandatum acceptum, ut perficeret desponsationem [*] matrimonii cum familia virginis? Ad quae dicendum est: Non sine ratione, benigne lector, voluit natura esse intellectum humanum, sed agere et in actum reducere singula

*) Potest etiam altera elici sententia hoc modo: *propter paucas res, quibus contigit partem habere vituperii, incusant ac criminantur eum, qui caret causa et crimine.* Auch.

sibi convenientia, etsi externa omnia operetur. Quamobrem nec navarchus dimittit clavum, etsi vento prospero pergat navis, sed gubernat; nec (miles) derelinquit ordinem, in quo constitutus est a lege sapientiae atque ingenii secundum peritiam*); neque agricola praetermittit necessaria culturae terrae, quamquam pluviae pro tempore et temperantia aëris iuxta anni tempestates adsint; neque alius quisquam oculos figit, ut per se prosperitas adveniat, otium proditorem malum sibi concilians ut socium electum. Difficile namque est, ut quis, nihil facere ac laborare volens, saxum vel quicquid inanimatum sibi acquirere possit (vel imitari velit); nihilominus frui abundantia voluptatis vult homo, nihil studens humanis rebus. Littera huiusmodi est. Habet tamen et allegoriam locus congruam cum praedictis. Quandoquidem verbum exterius prolatum ad comparationem mentis adolescens est appellatus, atque simul dubitavit et suspicionem exhibuit infirmitatis vel deceptionis, ideo iunxit atque coaptavit ei salvator verbum alterum infallibile ac infallax, quod angelum nuncupavit velut interpretem divini oraculi mandatique; is ergo quum adsit, edocens instruit hominem non amplius verbis vacillare, dimoveri ac conturbari.

[*] *Quid est, quod „Si noluerit mulier tecum venire, purus eris a iuramento isto meo: tantummodo filium meum ne reducas illuc"?* (24, 8.)

91. Haesitabit aliquis (forsan), quomodo, postquam omnino asseruerat adventum mulieris, comite

*) Textus confusus erat, sed ex serie rerum sic intelligere commodum visum est, una cum sequentibus, ubi non deerant aliae difficultates. Auch.

facto angelo dei, nunc quasi dubitans ait: *Sin autem noluerit mulier venire tecum, immunis eris iuramento?* Ne forte hoc quoque naturalem omnino subeat solutionem sub specie allegoriae. Tu ergo tantum dixeris*): Si ergo non adsit angelus dei, videtur equidem, quod noluerit sequi mulier. Quare obsignando atque statuendo dicit: Si non venerit tecum, tamquam cum socio, velit forsan venire sicut volens sequi verbum divinum, ita ut, etsi minus assentiatur huic adolescenti (s. honori), consentiat ei, qui instruit et ducit per viam propositam, ne imperfectum maneat opus magnum. Opus autem est animae divinum et sacrosanctum matrimonium, sicut harmonia consilii per se edocti, ut permaneat in illo perenniter constans. Quapropter immutabilis erit ille, qui ex natura sine doctrina sapiens reperiatur.

Quare puer (s. servus) sumit decem camelos de camelis domini sui et de omnibus bonis eius secum? (24, 10.)

92. Decas numerus est perfectior, camelus autem symbolum memoriae, quoniam ruminat cibum rursum remolens atque [*] remandens. Talis est et affectus anteriorum memor; nam quaecumque intellectus secundum considerationis consilium accipiat, iis movetur vagaturque, donec ordinetur et in seriem redactum stabiliatur factum, duobus iunctis cohabitatisque. Memoriae vero sapientis pulchrae sunt et de pulchris; quamobrem non ex partibus bonorum, sed ex omnibus dicitur accepisse: namque vita sapientis omnis omnino plena est felicitate, nulla

*) s. ut Gloss. explicat: *Tu ad rerum elucidationem haec adde.* Auch.

relicta parte vacua, in quam irrepat peccatum. Verum optime se habet illud additamentum, accipere ex omnibus bonis *secum;* quoniam multi aliorum usurpant bona tamquam alienam possessionem, nihil ipsi emolumentum referentes, sicut sophistae et verba captantes. Siquidem philosophiae leges pulcherrimas dignasque studio et virtute edocti nullatenus meliores evaserunt, sed regentes ac corrigentes caeterorum vitam sine cura medelaque proprios animos dereliquere, eo quod secum atque in se non habebant philosophiam ut bonum genuinum ac intimum, sed super labium et superficie tenus. Quod sane simile erit, ac si mulier deformis purpura sit induta pretiosa; talis enim vestis fit non ornamentum habenti, sed reprehensio, evidentius demonstrans ipsius turpitudinem.

Quid sit Mesopotamia, qua pergit, et quid civitas Nachor? (ib.)

93. Ad litteram Mesopotamia est regio Babyloniae media inter duo flumina Euphratem et Tigrim, unde et certum nomen sortita est; et Nachor patet, quod illius civitatis in Babylone [*] prius nomen erat, quod potuit nunc, sicut et multa alia, in aliud verti nomen. Ad mentem vero illud oportet dicere: *Nachor* interpretatur lucis quies: lux autem est oculi corporis vel solaris vel lunaris vel in flamma ignis resplendens; animae vero lux sapientia est. Huic ergo quiescere ac cessare minime expedit, ut quietem habeat, sed motus est utilis tam ei, qui ipsum habet, quam proximis eius. Namque fit tota familia eius bona per sapientiam mota ad sibi decentia, claudicans vero et imperfecta, si motu destituatur. Ideo

et urbs Mesopotamiae conclusa tamquam torrentibus, propriis fluentibus, libero gressu procedit expedite. Quae (qui) vero opponunt se motibus secundum naturam factis in anima illuminata per scientiam et sapientiam, in iis multa sunt negotia; quaedam de nobis, quaedam ex causa externa, quae fluvialis torrentis tenore circumcludunt mentem.

Cur dixit, Camelos fecisse accumbere extra civitatem iuxta puteum aquae ad vesperum, quando egrediebantur aquam haurientes (s. aquatrices)? (24, 11.)

94. Evidens est significatus litterae, nam mos est viatorum apud fontes nocte diversari ad reficiendos se et iumenta propter necessitates itineris. Ad mentem vero haec accipe. Memoria quum quiescens cessat, quasi dormitum se vertens extra urbem quiescit velut in somno (s. domi) ex natura, quoniam unusquisque ex nobis tamquam civitas [*] apparuit, aedificii similitudinem praeferente corpore; habitatrix autem anima ipsa est. Quum vigil occurrat memoria, expergefacit mentem, intra civitatem ingressa, intra nos videlicet habitans. Quando vero somnus supervenerit, somnum memoriae puta oblivionem, migrat habitatrix iuxta necessaria de nobis ipsis quoque, donec rursum surgat. Quid enim est oblivio, nisi egressus foras. Optimum vero est, quod non solum extra oppidum dixit memoriam in somnum se vertisse, sed etiam iuxta puteum aquae, significans non esse perpetuam ac quotidianam oblivionem; quoniam iuxta adest fons, de quo irrigata ingreditur in animam species commemorativa et excutitur somnus, qui alio nomine oblivio vocatur: super ergo veniens vigilantia, cuius est nomen reapse

commemoratio, permanet iuxta fontem, in quem egressae sunt haurientes aquam vespere. Quae vero sint istae, haud notavit: non enim est ei propositum de mulieribus vel de aqua agere, sed de animis deum diligentibus, qui desiderant rivum. Tempus autem sedendi est eis circa solis occasum, defatigatis iam sensibus*), quum neque radiorum umbra restat. Tunc enim lucidioris visu rationis accipiunt aspectus, et deinde in divinum perveniunt fontem, sapientiam inquam, quae secundum virtutem sumit aquae similitudinem. De hac ergo nonnulli extremis labiis hausere, alii vero tantum bibere perseverarunt, quantum sufficiens erat ad sedandam sitim; aliqui demum magis studuerunt laetificari, avide atque modo insatiabili ad ea, quae spectant ad virtutes, impetum usurpantes.

[*] *Quare servus incipiens a prosperitate viae prophetizat futura?* (24, 13 s.)

95. Quoad litteram, quia comes aderat angelus dei, eiusdem auxilio fortassis altiora comprehendens coepit divinare. Ad mentem vero formae sunt morum dei amantium, ad scrutanda singulorum verba et veraciter adimplenda; quae quum concordantia comperiat, exsultat perficienda (s. perfecta) fore velut sperans. Tres itaque sunt formae: una, quod virgo sit; secunda, quod inclinet hydriam; tertia vero, quod potum det. Nam indicium virginis est pura meraque affectus voluntas, sinceram et illibatam naturam honorans incorruptam. Hydriam vero inclinare indicat copiam doctrinae communi-

*) s. *antiquatis iam sensibilibus.* Auch.

candae, non cunctis simul, ne mortis, quam utilitatis sit causa; neque more invidentium sophistarum, qui per auditum anteriorum, quae intus accepere, hauriunt aquam tantam, ut paucissimam in se ferre queant. Qui vero post gustum desiderat in mensura hydriae secum portare, (nihil) omnino in terram fundere studet, sed (ad) potum communitatis atque humanitatis aperit (*al.* tollit). Quod si quis tamquam instrumento musico possit in harmoniam redigere, erit optima miraque nimis concordia.

Cur dicit: „Factum est priusquam ipse consummaret loqui in mente sua"? (24, 15.)

96. Primum edocet duplex esse verbum: unum quod in consilio habitat (ratio), alterum quod extra proferimus [*] (oratio). Quorum utrumque propriam sibi vocem habet: prolatum eam, quae pronuntiatur per nomina verbaque; quod autem in consilio est, illam, quae per cogitationem exprimitur in consideratione intellectiva, quoniam magis energice admonuit, declarans locutum esse quod iudicatum fuit in mente. Secundo illud formans describit, quod ante omne verbum omnemque mentem praecedunt gratiae dei praevenientes et praetereuntes, quae nimirum in generatione creaturarum videntur velociores cunctis rebus esse.

Quid est „Et Rebecca egrediebatur, quae nata fuit a Bathuel"? (ib.)

97. Quemadmodum in mundo dignitate propria excellit ante omnia caelum, semper se suaque aeque habens, sic (est) etiam anima genuine philosophantis invariabilis atque immutabilis. Profecto enim

caelesti aequiparatur naturae illa, quam lingua patria Hebraei Chaldaeique *Rebeccam* appellant, cuius nomen interpretatur perseverantia, quoniam nec defectum neque augmentum patitur. Generationem autem eius refert dicens: *natam a Bathuel*, cuius interpretatio commoda est, *filiam* esse *dei sui*. Ecquam putare liceat dei filiam, nisi sapientiam? quae primogenita mater est universorum, maxime eorum, qui valde purgati sunt anima.

[*] *Cur hydriam super humeros suos dicitur ferre?* (ib.)

98. Corporis signum consuevit facere ex armis (humeris), qui sunt principia brachiorum, lacertorum manuumque, quibus vitae opera atque effectus perficiuntur. Hydria vero vas est aquae, symbolum disciplinae, sicut et aqua rerum, quae secundum sapientiam visuntur; quoniam continet hydria aquam, et intelligentia legem, voluntatem et contemplationem. Animalia quidem et plantae potantur aqua, princeps tamen atque dux mens iis rebus, quae secundum sapientiam cernuntur. Porro gravia ut leviora fert anima dei amantissima, puta omnia ad intelligentiam pertinentia.

Quare bis resumens virginem eam vocavit dicens: „Erat illa virgo speciosa aspectu valde; virgo erat, quam vir non cognovit“? (24, 16.)

99. Vult palam declarare, quod duplicem habebat virginitatem: unam secundum corpus, alteram secundum animam incorruptibilem; erat enim tam visu quam intellectu pulchra. Noli tamen existimare pulchritudinem corporis nunc in medium referre iuxta illam formositatem nominatam, quae ex

symmetria partium decoreque formae constat, qualis inest et meretricibus, quas tamen nunquam pulchras esse dixerim, sed ex adverso turpes; id enim nomen est eis proprium. Siquidem, ut mihi videtur, sicut per speculum proprietates corporis apparent, sic etiam animae per vultum ac faciem: aspectus vero impudens, et cervix alta, frequensque motus [*] superciliorum, atque gressus lascivus, et nullo modo erubescens de malis ac pudens, indicium est animae turpissimae, quae occultas proprii vituperii figuras pingit describitque evidenter in visibili corpore. In quo vero dei oracula habitaverint sapientiae studio atque virtutis, etsi Silenum superaverit corporis deformitate, pulcherrimus est necessario: bonum est enim ei proprio pudore venerabiliter conformari acceptationi videntium. Quare adiicit virginitati id quod superfluum quibusdam putatur; necesse tamen est (illud), quod *vir non cognovit eam;* quam enim vir noverit, qualis erit (virgo)? Verum fortasse *virum* hic notavit non constantem corpore et anima, sed morem exemplarem: qui nec incorruptam corrumpere animam neque inviolatam violare ausus est, confisus iniquum aestimare, si quis velit corruptibile semen voluptatis seminare in mentem, sed illa divinitatis pura recipere debere semina, quae solet pater universorum, incorporea nimirum et intelligibilia desuper intus seminare.

Quid est „Descendens ad fontem implevit hydriam suam et ascendit"? (ib.)

100. Legem voluntatis *) refert symbolice: quaecumque enim anima descendere de propria sententia

*) Ad verbum: *voluntatem legis* (fortasse ut legitimam). Auch.

comperiatur, omnino statim ascendit sursum; sicut etiam ex adverso, quicumque superbia ac fastu extollens collum intumescit, descendit et dissolvitur: ita ut nimis naturale sit in ordine disciplinae morum, quod descensus animae est exaltatio suapte [*] sententiae, et ascensus in altum repressio superbiae. Verum fieri nequit, ut quis ad caelestem virtutis locum evolare possit, nisi impleat tamquam hydriam totam animam ex dei fonte, quem dicimus perennem esse sapientiam intelligentiae.

Quare accurrit servus obviam ei? (24, 17.)

101. Duplex est laus servi, tum obviam currere, tum occurrere. Primo enim demonstratur studium proficiendi et peritia perveniendi ad bonum. Secundo vero facile admodum censere et exsultare in animo eos, quorum deus votum*) integerrime acceptans adimplevit perfecitque intelligentia et sapientia ex sua sapientia, quam velut fontem copiosa liberalitate extendens diffudit. Quoniam sunt qui pigri sunt ad bona operanda, voluntario more haec abhorrentes; sunt autem, qui invidia capti sunt, ne gaudeant de bonis, imo vultum etiam avertunt ab iis, qui in gloria operaque prosperitatis sunt: quod reprehendit dominicum verbum laudando exemplum oppositum.

Quare aquam pauxillam quaerit, dicens: „Da mihi bibere paululum aquae de hydria tua"? (ib.)

102. Oportet non desiderare ut recipiantur am-

---

*) Deest in Arm. nomen substantivum, quod nos supplevimus ad sensum; alias vacillat sententia. Poterat etiam sic verti: *in animo, quorum utrumque deus acceptans etc.*, si *quorum* (al. *cuius*) ad anteriora facta respiciat. Auch.

pliora suis viribus: omne enim, quod mensuram habet, laudabile est. Quapropter et alibi cibum spiritualem fontis instar scaturientem de aethere caeloque, Hebraeis *Manna* dictum, metiri iussit dominicum verbum, non [*] redundans, nec deficiens cuiquam: quoniam necesse est, ut solertibus amplior sit doctrina, minor autem amentibus, ob aequalitatem exactam, quae consistit in proportione. Asserit et alias, oportere secundum vim manuum offerre hostias, iam dicta denotans, ne minus neve plus sit adaptatum, minus minoribus et maius maioribus: et hoc est aequalitas proportionata utilissima vitae. Iure itaque pauxillum aquae quaerit, mensurans propriam naturam, quippe quae pauxilla est tamquam servi: adhaec vero quia secundum verbum pronuntiativum, quod animam refovet, perfectioris erat naturae, nullam reliquit partem vacuam, sed totum ex toto vas animae implendum pater novit*). Naturaliter, non ex habente, sed de hydria potum petit, ut discamus, quod non homo mortalis irrigat bonum, sed quae super hominem apparet gratia dei, de qua rogat sibi largiri dignari, et illam, quam prius introducit (in os animae), potare facere.

Quare addit dicens: „Domine," quae domina fere erat servi? (24, 18.)

103. Hae sunt notae ac indices speculativae sententiae, quibus videre quisque debet, quod non de homine mortali est praesens sermo, sed de exemplo moris apud illos, qui properant in immortalitatem. Vere itaque desiderat de potu, ex quo accepit sapien-

*) s. *implevit pater. Quod noscens naturaliter etc.* Auch.

tia (s. sapientiam), alteri quoque dare: livor enim invidiae non adhaeret in animam dei amantem. *Dominum* autem appellat, non in vanam respiciens gloriam servitutis et libertatis, sed ad recipientis voluntatis [*] promptitudinem: non enim doctrinae disciplinaeque odium fert, sed admonitionis atque intelligentiae, quae domina est, diligenter studet, quoniam propter vera bona elaborat.

Quare festinavit deponere hydriam super brachium suum? (ib.)

104. Hoc cum antecedente congruit; vult enim reprehendere sophisticum morem, et laudare verum et genuinum sapientiae cupidum. Siquidem ille, qui verbis instructus est edoctusque unum post alterum, uni animae favet, se ipsum erudiens: aliis vero occurrentibus nullam fert utilitatem, quia ob celeritatem vocum sese continenter excipientium haud introeunt dicta in aures, sed fere extra diffunduntur. Id faciunt illi quoque, qui in hydriam oris angusti transfundunt protinus aquam aut vinum; plus enim diffunditur, quam intus dimittitur. Qui vero rite philosophatur, aequaliter et humaniter, utilitatem ex verbo facit, inclinans se et conniventiam usurpans ad auditoris genium; namque non sicut potest docere magister, sic etiam discipulus discere valet, quum ille perfectus sit, iste vero imperfectus. Quare oportet observare et ponderare facultatem eius, qui instruitur.

Quid est „Potavit eum, quoad usque cessavit a bibendo“? (ib.)

105. Complacentiam dilectionemque magistri er-

ga discipulum demonstrat ex illo, quod non solum potum dederit, verum etiam usque ad cessationem bibentis. Cuius indicium est haud obiter facere enarrationem, sed familiaris [*] discipuli noscere impetum studiumque, et procurare ut plenius perficiantur omnia. Quoniam oportet, ut paulo anterius dicebam, non plus nec minus propriis viribus aquam haurire; quod enim plus est, foras diffunditur, quod autem minus, non implet, vacuum relinquens locum in animo discentis.

Quare dicit: „Et camelis tuis hauriam aquam, quoad usque omnes biberint"? (24, 19.)

106. Prolixe extendit beneficium edocentis, qui voluerit non solum tradere atque proponere res ingenio faventes, sed construere quoque istas ac collocare: id est memoriam etiam potare, cuius cameli sunt symbola. Quoniam fideles magistri genuinique doctores, qui non ad ostentationem, sed pro utilitate discipulorum fecerint doctrinam, a se dicta repeti a discipulis exigunt vi memoriae, intrudentes eos in confirmationem rerum, quas audierunt.

Quare dicit: „Festinavit et evacuavit hydriam in cisternam"? (24, 20.)

107. In homine cisterna symbolum est auditus; per auditum enim venit verborum canalis in mentem animamque. Caeterum optime dictum est totam hydriam effudisse: quo demonstratur ab invidia livoreque procul abesse bonum, vix reponens ac servans in se, sed communicans species ingenii, nullo occultato, quod faciunt nonnulli sophistarum. Ratio differentiae est, quoniam aliqui ob pusillanimitatem

(vel animae anxietatem) censuere, quod in natura sint ea tantum, quae ipsi soli noverunt. Bonus vero contrarium sentit, sciens, quod parum vel nihil scit, maxime propter [*] naturae magnitudinem, quae superat experimentum (s. omnem altitudinem): quamobrem ex divino didicit accipere fonte aquam, ac si nihil proprie a se habeat, sed totum receperit ex pura et inexhausta sapientia dei.

Quare deinceps non amplius puer (s. servus) dicitur, sed homo? ait enim, quod „Homo examinans considerabat) eam, et tacebat, ad cognoscendum, si prosperitatem exhibuerit sibi dominus deus"?* (24, 21.)

108. Quoniam dum praeparabat se ad discendum initiumque faciebat doctrinae, in numero iuvenum imperfectorumque censebatur; quum vero progressus est factus, homo est reputatus rationalis, qui iam compos sit usurpare etiam verbum pronuntiatum. Is ergo proficiens exemplar est morum, tamquam picturam pulcherrimam videns intelligensque naturam magistri sapientiae ingeniosae. Tacitus autem stabat multum cedens loquenti in se sine ore et lingua, instrumentis ac vocibus, verbo divino, intelligendo atque contemplando illam, quae in virtutem prosperitatemque ducit, viam: utrum videlicet perveniat ad eam? alias vera prosperitas in nullo consistit eorum, quae in materiis sunt, sive privata, sive publica aut regia.

[*] *Cur, postquam cessarunt omnes cameli bibentes, homo inaures aureas armillasque praestabat virgini?* (24, 22.)

109. Valde est naturale: qui enim discit — di-

*) Ad verbum: *discebat*, accedens ad Gr. *κατεμάνθανεν*. Auch.

dicitque monitus verbo illo *bibe tu*, quod erat discere; atque vidit camelos potatos, puta memoriam vivaciter recreatam — gratiarum actionem, atque gratias refert magistro cum munere familiarissimo, pro auditis rependens inaures ad ornatum aurium, quum verbum erat docentis et auris recipientis doctrinam; pro autem opere facto monumenti loco datae sunt armillae ut ornamenta memoriae et operae.

Cur inaures dicit ex drachma (s. didrachmo)) ponderis, armillas autem ex decem auro, non vero ex quinque quinque auro?* (ib.)

140. Optime duo divisa reduxit in unum**), ut pravam naturam dualitatis commutans adaptet probitati unitatis; duo vero dereliquit sine divisione. Quoniam (decem) dividitur in quinque bina, decas autem melior quinque numero est: illa enim est perfectissimus numerus, plenior et superior, atque proprius divinis etiam mysteriis (oraculis decalogi). Quinque vero numerus mensura est sensuum, sensus autem ad intellectum se habet sicut viator ad regem. Insania ergo fuisset meliora in peiora commutare. Quam vero habeat naturam decas, tam secundum intelligibilem [*] substantiam, quam sensibilem, iam dictum est in libro, in quo de numeris actum est. Nunc tamen tantum est dicendum, quod et in mundo decem sunt omnia et in homine. In mundo quidem septenarii (planetae), et octavus fixorum globus, et quae sub luna sunt unius speciei, mutabilia per se; dei autem verbum rector est ac

*) Arm. hic et infra *talentum* habet. In sacris litteris habet *denarium* s. *drachma*, Gr. *δραχμή*, al. *δίδραχμον*. Auch.

**) s. *dualitatem divisit in unitates*. Auch.

dispensator universorum, quoniam novem musicae chorum lyrice in harmoniam reduxit. In nobis autem corpus et anima et septem irrationales partes; mens autem unica portione constat. Itidem de istis novem distinctionibus disponit ipse deus verbum, harmoniae dux princepsque, a quo novem partes musicae concinnatae sunt et concinentes cantici tenore sonant simul. Quare decadem sanctam fatetur Moses: naturaliter utique nonam creationi relinquens et decadem dei verbo. Et revera sancta divinaque personat, vocem illam remissionis celebrans tamquam in canticis ex contrariis sonis oppositisque vocibus, ita ut coalescat harmoniae in unum et idem commixtura. Necessario autem auribus distribuens praestat unum, et manibus decem, nam principium numerorum est unum, finis autem decas: quae sunt symbola rerum. Quoniam audire primum convenit, deinde operari; discimus enim, non ut discamus, sed ut operemur: quo agatur proportio concordiae unius cum auditu. Siquidem utrumque istorum est principium, unum numeri, alterum doctrinae; decas autem operationis: finis enim numerorum (decas) est et opera doctrinae, qua discimus. Porro distincta est unitas ab uno eo modo, quo excellit [*] distinguiturque originale exemplar a forma: indicium est enim unitas et similitudo unitatis unum. Quare? Quoniam unum potest et multorum perfectionem recipere, ut armentum, chorus, tribus, gens, exercitus, civitas, quorum unumquodque unum est: unitas autem non est ex multitudine, quia immunis est et expers participationis, et inconiuncta est propter solitudinem (s. singularitatem), sicut declarat vel nomen ipsum. Hanc ergo unitatem ab initio

Moses scribit, dimidium didrachmatis iubens primitias offerre: quod et auribus Rebeccae, symboli perseverantiae sempiternitatisque, adaptatum fuit ornamentum valde decorum, ut audiat intelligatque unitatem divini verbi.

Cur dicit: „Filia cuius es? Narra mihi, si est apud patrem tuum locus nobis ad divertendum“? (24, 23.)

111. Littera facilis intellectu est. Ad mentem vero, miratus atque stupefactus de pulchritudine veraciter verae virginis deque intemerata, illibata sanctaque eius anima, quae permanet constanter in bonis operibus condignis, fere haesitat, an forte nemo mortalium generaverit eam, et interrogat: *Cuius es filia?* Video enim, inquit, neminem creatum factumque dignum esse, ut talis venustae virtutis pater existimari queat; ac si diceret: Meam ignorantiam instruens dirige, indicando generationem tuam, quae plantaverit huiusmodi decoram iuventutem. Quoniam vero (illa) [*] ob pudicitiam rubore afficiebatur, ne forte videretur magnopere gloriari in libertate, putans (iste) caelestem ac mirificam esse eius prosapiam, iterum interrogat instando: Utrum datur et nobis locus vel spatium apud patrem tuum in aethere caeloque atque magis superius apud rectorem istorum verbum divinum, ubi collocati omnia derelinquamus mortalia et corruptioni subiecta? aut omnino detineantur (homines) sub terra quasi plantati et radice muniti, capitibus deorsum fixis sicut arbores in rupibus?

Quid est „Palea et pabula multa apud nos sunt et locus ad divertendum“? (24, 25.)

112. Quandoquidem animae pars aliqua est ra-

tionalis et altera brutalis, dicit adesse illa quoque, quae conveniunt bruto ad fruendum cum decore, ut palea, pabulum et quaecunque animantium cibi sunt. Rationali autem parti locum dat separatum ad dissolvendam corruptionem deperdendasque cupiditates, eo quod singulae istarum veneniferae sint.

Quid est „Complacens sibi vir adoravit dominum“? (24, 26.)

143. Audiens vir instructus id, quod maxime desiderabat, quia non mansit sine domo nec foras exclusus, sed loco invento recepit et verbum virtutis, valde placuit sibi ac laetabundus accepit. Ideo una cum gratiarum actione adorat (s. adorabat).

[*] *Quare non suum nominat dominum aut deum, sed Abrahae, dicens: „Benedictus (est) dominus deus domini mei Abraham“?* (24, 27.)

144. Primum servis ordinat amatores esse dominorum suorum, ut venerentur eos et in pretio ipsos prae se habeant. Secundo vult manifeste monstrare utilitatem a disciplina exortam ei, qui familiariter ac fideliter edoctus fuit. Argumentum vero est utilitatis acceptae peritiaeque maiorum rerum illud *Nosce te*. Quo animo elegit et melius aestimavit servum se nominare, non dei, sed ministrum intercessoris, et ipsum intercessorem, servum creatoris patrisque universorum. Qui vero huncce ordinem praetergressus fuerit, quem natura statuit, nihil aliud peragit, nisi maiorem iniuriam, proposita sibi morum dissolutione perturbata.

Quid est „Non dereliquit iustitiam et veritatem suam a domino meo"? (ib.)

145. Naturali sane modo declarat, quod virtutes ipsae, maxime et differenti modo divinae, iustitiae sunt et veritates. Apud autem genus humanum nulla istarum sincera (s. pura) est, sed mixta; commixtum enim est vel cum exigua mensura aliquod falsum, aliquod vero iniustum. Ita ut, si proprie vis loqui, quae apud homines sunt iustitiae veritatesque, similitudines sint et formae; quae vero apud deum, originalia sunt principia et prototypa vel ideae. Iure itaque gratias agit propter possessorem utriusque (Abrahamum scilicet), quod utramque virtutem indesinenter ac [*] quotidie concedit ei deus, scaturire faciens in anima eius abalienationem a falsitate et iniustitia, familiaritatem vero ergo veritatem et iustitiam.

Quid est „Currens puella domum nuntiavit matri suae"? (24, 28.)

146. Benigna est anima virtutibus praedita, et statum possidet maxime immutabilem constantemque. Quum enim sentiat aliquem, quod non est illico saturandus studiosus, sed firmus ac fidelis, gaudet et festinat, ita ut non ferat laetitiae velocitatem, sed nuntiet per omnem maternam domum sapientiae, una cum sobria honestaque festivitate exsultationis et tripudii atque caeteris abundantiis hospitalitatis: quae omnia illis, qui genuinum habent desiderium, demonstrat, ut et audientes gaudeant, et congaudeant sibi.

Quis est Rebeccae frater, cui nomen fuit Laban? (24, 29.)

117. Animae nostrae frater est ex natura, unus rationalis, alter brutalis. Rationali itaque in sortem data est virgo, perseverantiae perennitatisque symbolum, *Rebecca;* brutali vero *Laban*, quippe qui interpretatur albedo, indicium claritatis rerum secundum sensus. Oportet enim optime nosse, quod quemadmodum elementorum vocis litteralis tres sunt distinctiones, quaedam vocales, quaedam (inter consonantes) semivocales, aliae vero voce carentes, similiter se habet et nostra ista natura; nam vocali similis est intellectus et semivocali sensus, voce vero carenti corpus. [*] Verum de extremo incipiam disserere. Sicut enim mere consonans per se solum nullam habet propriam vocem, coniunctum tamen vocali vocem perficit litteralem: pariter et corpus nostrum in se ipso solum manens immobile est, movetur autem ab anima rationali iuxta singula instrumenta partium ad id, quod sibi convenit ac opus est. Itidem sicut semivocalia sonum reddunt claudicantem et imperfectum, si vero adiungantur vocalibus, plenam vocem articulatam prae se ferunt: eo tenore et sensus noster semivivus et imperfectus medium tenet ordinem inter intellectum et corpus. Quoniam ab utroque istorum partem habet: non est inanimus sicut corpus, nec intellectu praeditus sicut cogitatio; quando vero mens se extendens copulatur ei ut adscripta, disponit eum ad rationaliter videndum audiendumque et simpliciter loquendum cum ratione et rationaliter sentiendum. Porro eadem ratione, quemadmodum vocalia tam per se, quam mixta cum caeteris vocem edunt propriam, similiter et mens tam

per se solum sine ullo alio movetur, ab intellectualibus per se adiuta, quam caeterorum quoque motus causa fit, vigorem exhibens tamquam dux cohorti. Sensus autem, ut dixi, ab rationali moventur ad sentiendum praestantque corpori et partibus operativis velut vocibus ferri ad naturales (*al.* ad rationales) effectus.

[*] *Quare Laban, postquam viderat in sorore inaures et armillas, dixit adolescenti: „Veni, ingredere huc, benedicte domini! utquid stas foris"?* (24, 30 s.)

118. Primum illud vult declarare, quod quicumque secundum sensum praefert argumentum aliquod exemplare, semper dono corrumpitur pro necessitate a quoquam sensibili, nequiens quidpiam rite et sancte iudicare sine dono; quando vero videat aurum, vocat ad se, et vocans (s. vocatus) servus ei fit officiosus. Adhaec nimis naturaliter, videns illud ornamentum aurium, unitatem inquam, et ornatum manuum operumque, decadem, fere excussus a sancta illa apparitione (forma) dominica, gratias refert magna voce, dicens: *Benedictus dominus.* Quocum*) pulchra disciplina pulchraque opera perficiuntur, utcumque decet, primitias offerendo, sicut et verborum primitias, verbum secundum unitatem; sanctum enim ut in numeris unum, sic etiam in doctrina verbum est, in operibus autem secundum decadem, quia, sicut finis est in numeris decas, et in discendis operatio.

*) s. *Apud quem*, sensu ambiguo. Auch.

Cur Laban dicit: „Paravi domum et locum camelis"? quum Rebecca adiecisset diversorium, dicens: „Et pabulum est apud nos multum et locus ad divertendum"? (24, 31. 25.)

119. Differentiam excellentiae refert maximam inter mentem virginis, quae nullum usurpavit sensibile, et inter exemplum eius, qui sensibilia recepit in cognationem. Prior enim monens dissolutionem et otium iacentium sub generatione corruptioneque, didicit [*] locum animae praeparandum esse decentem. Secundus vero non ad solutionem, sed ad receptionem brutorum animalium sese parasse dicit, nequiens negare, quod in se gerebat.

Quare vir ad senectutem vergens incipit sic (loqui): „Puer Abrahae sum ego"? (24, 34.)

120. Illud, quod ad mentem dictum est, nimis est facile scitu contemplatuque, quoniam novelli pueri ad virum perfectum habet ordinem relationis istud, quod secundum pronuntiationem est verbum (s. oratio), erga illud, quod intus est in consilio (id est ratio). Littera vero laudem continet eius, qui senilem aetatem transigebat: ubi enim alii declinant ad manifestandos sese ex generatione patriaque, iste ex domino (id facit), ipsum existimans tam patriam, quam progeniem. Hinc iter faciens dedit trium mensurarum hanc directionem: Mihi, inquiens, civitas est, refugium et lex, tam iusti quam iniusti cuius-

que iudicator dominus, ad servum mentem oportet me degere*).

Quare dicit: „Dominus benedixit dominum meum valde, et exaltatus est; et dedit ei oves et vitulos et aurum et argentum, servos et ancillas, camelos et asinos“? (24, 35.)

121. Mirari omnino licet litteram sententiamque in ea conclusam, quia bonorum commemoratorum principalis [*] ducis ordinem sortita sunt divina mirabilia, humana vero satellitis ac ministri sortem. Siquidem mirificum illud bonum divinum est dei benedictio, quae est optimum consilium (s. integritas mentis), humana vero sunt materiae mortales: haec autem audire aequum erat eis, qui recipiunt illa, quae sunt in corpore et extra. Duplicis enim speciei sunt: unum illud, quod dicebatur a domo domini subiecto condigno, et alterum auditoribus nondum purgatis. Utrique enim parti distribuens (deus) largitus est proprium sibi bonum, simul edocens, quis alteri praeferendus sit. Quoad vero allegoriam, quibuscumque deus concesserit optimum consilium ac prudentiam, illis dat principatum facultatemque praefecturae sensuum et omnium brutalium partium cunctarumque rerum, quae secundum inanes opiniones caecorum more finguntur ab infecto vita caeca. Ideo adiecit illud *valde* et *exaltatus est;* quia haud superficiale erat consilium bo-

*) Summa obscuritas huius loci fortassis sic etiam potest expandi: *Hinc iter facienti mihi directe, postquam trium mensurarum perfecerim spatium, obviat civitas refugii atque simul lex, et iusti iniustique communis iudicator dominus: ita ut debeam ego vivere sicut intellectus servus eius, vel ut iudex dominus erga servum debet intellectus mihi vivere.* Auch.

num, nihilominus humile, ita ut facile exaltari queat per prudentiam*) et dominari super secunda tertiaque bona. Verum quicumque virtutem fortissimam per sapientiam et prudentiam susceperunt, ad magnitudinem celsitudinemque elevati sunt caelestem; quare terrenorum atque subterraneorum veraciter potiti sunt sicut possessionis apprehensae.

[*] *Quare dicit: „Peperit Sarra uxor domini mei filium domino meo, postquam (ipse) senuit"? non vero: Genuit Abraham?* (24, 36.)

122. Littera innuit, quod pater alterum habuerat filium ante genuinum istum, improprium videlicet illum ex concubina procreatum. Uxor autem ista mater fuit dilecti filii atque unigeniti, postmodum sane, verum patrona nominata. Ad mentem vero illa, quae ex doctrina provenit perfecta virtus, quaeque nuncupata postea fuit *patrona*, ab Hebraeis *Sarra* dicta, unicum parit secundum naturam sibi similem, exemplar morum. Etenim doctrinae finis et principium atque origo alterum est per se ab alio auditum, alterum ex natura factum sapiens: hoc autem nascitur nemini, nisi domino, illi nimirum, qui firmitatem habet omnium rerum, quaecumque apud nos sunt, in cogitatione, atque renovit. Confirmat autem velut sigillo illam, quae in cunctis est (s. in omni re, s. omnimodam) perfectionem nati, dicens, quod non in senectute, sed post senectutem patris nascitur, id est, non in longitudine temporum, sed quasi dixerit, nihil mortalis vitae expers temporis

*) Ad verbum: *supra prudentiam.* Auch.

esse, sed alterius, quae post mortalem est, quae nempe non est corruptibilis: proprium enim est incorruptibili animae, ex corporali natura translatae coaptataeque ad incorporeorum gaudiorum principem, seminare laetitiam*); quoniam tristitiae nescia gens appropinquat atque proxima est ad deum.

[*] *Quare dicit: „Et dedit ei, quodcumque erat ipsi"?* (ib.)

123. Optimum prae se fert littera symbolum pro auditoribus: siquidem conveniebat eis, qui recipiunt externas materias, audire, quod adolescens ditatur accipiens a patre quicquid eius erat; symbolum autem iam dictorum per se edoctus (Isaacus) habet. Quoniam quicquid doctrina per longum tempus acquirere facit, id natura tamquam donum praeparatum concedit. Huic similiter super tribuum patriarchas fecit propheta: nam orans pro primo atque dicens: *Vivet Ruben et non morietur, fiatque multiplex numero* (Deut. 33, 6), quartum post ipsum inducit, omissis secundo et tertio, dicens haec (. . . subintellige verba benedictionis). Is autem Iuda est. Haec autem prolata Rubeni benedictio imprimis est et Iudae, verum illi ut soli, huic autem ut pars; super enim ponitur cum altera maiore. Quae vero ratio sit istorum, dicetur, quum benedictiones examinemus**).

*) Sensus est: Abraham spiritualis fere homo seminavit Isaacum, qui explicatur *laetitia* sive *risus*. Auch.

**) Sed desideratur locus promissus. Auch.

Quare Rebecca omnia cum festinatione agit? ait enim: „Festinans ad fontem hausit aquam“, et „festinanter deposuit hydriam super brachium suum“, et „currens nuntiavit“? (24, 20. 18. 28 coll. 45 s.)

124. Bona opera honesti ac boni sine mora peragunt. Talis fuit et universa domus Abrahae sapientissimi, qui in hospitalitate receptor factus divinarum naturarum (sc. angelorum), [*] atque recepturus illas in cibum laetitiae; sicut etiam vice versa ab illis eundem recepturus nihil moratur, sed festinat ipse, praecipitque uxori cito citius, ut faceret panes subcinericios: festinat ergo et mulier; currit et servus ad officium sibi congruum. Quoniam, sicut histriones haesitant, ubi par erit, cunctari, e contra qui conscius est constanter agendorum, hoc dato non terit tempus. Caeterum bene et haec dixit, et futura dicturus est, sicut duplicem otiositatem.

Quae sit via veritatis? ait enim: „In via veritatis“? (24, 48.)

125. Quoniam veritas est virtus mirabilis et divina visque deperdens falsitatem (s. fallaciam), quae dicta est secundum vituperium (s. contemptum), veritas autem secundum privationem oblivionis *). Virtus enim memoria est digna; via vero conducens ad eam ex nostra parte intelligentia est et sapientia; nam per istas comperitur, secundum vero rationem voluntario carentem per prophetiam. Porro haec proportionata aequaque via secura est, quae anterio-

---

*) Ludit Philo in etymologia Graec. vocum *παράκρουσις*, *repulsio*, *fallacia*, et *ἀλήθεια*, q. d. *non latere*, *non oblivisci*, *ut veritas*. Auch.

re aequalius, brevius et commodius conducit ad veritatem.

[*] *Quid est „Si facitis vos misericordiam et iustitiam ad dominum meum, narrate mihi; alias indicate, an (s. „ut) redeam ad dexteram vel sinistram"?* (24, 49).

126. Littera patet. Ad mentem vero visum est significare, quod pars dextra dignissima est ac peractio operum, sinistra vero extra condignum et aberratio delictorum.

Cur dicunt fratres Rebeccae ad adolescentem: „A domino exiit mandatum hoc; non poterimus contrarium dicere malum bono"? (24, 50.)

127. Revolventes in mente idque rite, sine ullo obstaculo novere*), quod mandatum domini verum est, velut illaesus atque inconcussus aggressus in bona opera, et congrua harmonia perseverandi (Rebeccae) apud sapientem per se edoctum (Isaacum).

Quid est, quod dicant: „Non poterimus contradicere"? (ib.)

128. Quoniam omne, quicquid in contrarium boni propositi (s. bonorum propositorum) dixerimus, malum comperietur, optimum itaque et pulchrum est, sicut iam dixi, illum qui sine doctrina virtute ornatus est factus, vitae consortem sibi habere perseverantiam sive perpetuitatem (Hebraice Rebec-

*) s. ita: *Et videntes nullum esse obstaculi locum, sciverunt, quod etc.* Auch.

cam): nam contrarium, disiunctio intelligentiae istorum, malum comperitur.

[*] *Quid est „Ecce Rebecca in conspectu tuo; accipiens eam (s. accipe eam et) proficiscere, et sit uxor filio domini tui, quemadmodum locutus est dominus“?* (24, 51.)

129. Quod littera enuntiat, manifestum est. Mens ergo declaranda est hoc tenore. Ecce, inquit, instructus est oculus animae tuae, vidit speciem perseverantiae (s. sempiternitatis, Rebeccam) intuitive sine lippitudine. Ecce enim in conspectu tuo est, iam vides ipsam intelligisque; accipe et recipe in animum, et tollens hinc illibato incorruptoque more transito et ito, ne forte rursum a mundana*) et corporali seductione capiaris, sed dum adhuc velut in linea hippodromi impetus tui incitati sunt, ad rectum cursum propera et vadimonio esto perseverantiae viri per se edocti: quod et in Proverbiis dictum est, quod *Mulier optima a deo coaptatur* (Prov. 19, 14?), non (mulier) viro magis, quam consilio virtus.

Quare adolescens, postquam adoravit dominum, vasa dat argentea et aurea et vestes Rebeccae et matri? (24, 52 s.)

130. Laus est haec domui sapientis doctae, quoniam oportet omnis operae praeclarae initium facere per gratiarum ad deum actionem laudemque: quamobrem adolescens adorat imprimis dominum, atque deinde offert dona. Adoratio vero nil aliud est quam demonstratio admirationis (s. venerationis) verae amorisque puri: cuius conscii sunt, qui libarunt ex

*) s. *regionali* (huius regionis), *ut terrena.* Aueh.

illo fonte*), qui accessum tactumve nescit, sed incorporeus est; quia alis praediti ex caelesti [*] desiderio, superiora tendentes ambulant, circumvolitantes circa patrem creatoremque universorum, atque vocantes sanctum, beneficum, conditorem, omnipotentem, deum veritatis, eum qui vera essentia implevit omnia de suis virtutibus in salutem universorum.

Quare dixerunt, quod „Maneat virgo nobiscum dies (aliquot)“; ille vero properat, dicens: „Ne retineatis me; et dominus prosperavit viam meam“. (24, 55 s.)

131. Poenituit illos, qui paulo ante dixerunt: *En Rebecca coram te est, tolle eam et proficiscere* (24, 51). Hoc autem dictum est ad reprehensionem labantium, adversusque mores inconstantium, qui alias aliter et multa ac contraria oppugnantiaque imaginantur. Ille vero, qui constanter et firmiter festinat, reclamat: *Nolite me retinere*, salvatore deo in**) viam virtutis mittente, per quam huc iam veni, et iterum pergam.

Quare dicit (textus): „Vocemus puellam et interrogemus os eius“? (24, 57.)

132. Imprimis dicendum est, quod lex ista super quamvis virginem a patre sancto scripta comperitur, eam scilicet, quae despondenda sit statuendaque in sponsione, quoniam (deinceps) curatore caret: ne ancillarum instar vel captivarum violenter·

*) Ad verbum: *gustu* s. *sapore* s. *libamine*. Auch.

**) s. secundum codd. CD: *viam virtutis tamquam tramitem ostendente*. Auch.

ducantur, sed volentes et ultro accipientes matrimonium, in consensum concordiae proficiscantur. Secundo, quoniam intellectus semper [*] variabilis omnigenam recipiens mutationem ob exterius supervenientes cogitationes frequentissimas, quae continuis fortunis torrentis in modum ingrediuntur, diligenter dixerunt: *interrogemus*, non ipsam, sed *os eius* — istud ex causa dicentes, ut ostendant se ultro accepturos esse *) mutationes tamquam torrentem supervenientes ex rebus, quae ab extra eveniunt, et verbum pro ratione in medium duci voluerunt. Quare etiam lege lata dicit rursum, quod *omnia quae exeunt ex labiis tuis, facias* (Deut. 23, 24), non vero quaecumque in mente verses: homines enim vocem audiunt, deus autem cogitationes. Itaque apposite non ipsas cogitationes interrogant, sed servum earum, sermonem voce prolatum.

Quare, quum sciscitati sunt eam: „Ibisne cum viro isto?" illico respondit, dicens: „Ibo"? (24, 58.)

133. Et interrogantes aequum est laudare, eo quod voluntarium magis quam necessarium honoraverint praeelectione; nam violentia in causis est incunctanter fatendi aliquid per praetextum. Et anima laude digna est, boni amatrix evitansque superbiam et impietatem, atque pro nihilo ducens sententias hominum aggregatorum cohabitantiumque; siquidem aliqui nihil differunt a feris humana forma praeditis. Fuit autem, qui paulo ante dictus erat adolescens, *homo*, non amplius virtute naturali, sed perfectione, multa indicia prodens sapientiae et pru-

---

*) *s. ipsam ultro accepturam esse.* Auch.

dentiae et moris condignae theoriae amantisque dominum, et multo magis studiosi virtutis et diligentis deum. Quod optime noscens perseverantia (Rebecca) annuit, dicens: *Vadam cum eo,* ut quippe [*] permaneat constantius. Nihil enim iuvat cogitationes aliquid honestum sibi conciliare, si praeterfluendum sit ac destruendum, non vero durante ligamine firmius fortiusque muniatur.

Quid est „Dimiserunt Rebeccam et quidquid eius erat"? (24, 59.)

134. Textus evidentis symboli est (s. evidens est valde). Symbolum autem illud indicat, quod substantia animi virtute praediti est constans aggressus boni una cum contemplatione secundum virtutem ac sapientiam, quaeque solae veraciter substantiae sunt. Quandoquidem quae circa corpus sunt et quae extra, temporalis et transitoria inconstansque possessio est. Felices itaque sunt, ad quas transfertur gens perseverans, et infelices, quos derelinquere incipit.

Quare sic benedicunt ei: „Soror nostra esto in millia myriadum, et possideat semen tuum civitates inimicorum"? (24, 60.)

135. Dum adhuc adest animae alicuius perseverantia, frater est illius; quando vero disiunctionem ac divulsionem iam cogitat, demutavit et diminuit benedictionem, dicens: *Esto in myriada.* Caeterum quid impedivit orantes, ut non nascituris potius applicarent orationem, quam ei? Quoniam civitates inimicae symbolice sunt in nobis mala et singulorum

vitiorum incursiones pro lege habentes iniquitatem (*ad verb.* legis privationem) et politicen fraudulentam.

[*] *(Quid sit „ascendere super camelos"?)*) Quae sunt „ancillae", quibuscum surgens Rebecca ascendit super camelos?* (24, 61.)

136. *Ascendere camelos* morem et religionem indicat superare speciem memorialem, quoniam perseverantia cognata memoriae est, et memoriae symbolum, ut saepe dictum est, camelus est. Verum *ascendere* nihil aliud est, nisi supra memoriam perstare, non vero somnum oblivionis imaginari. *Ancillae* vero servae quaedam sunt perseverantiae, tenerae mollesque et faciles ad discendum naturae, paratae promptaeque ad dominae servitium. Nomina autem ancillarum perseverantiae sunt impropendens, indeclinatum in unam partem, minime declivum in contrarium, impoenitens, immutabile, indifferens, constans, basi fixum, invincibile, rectum, et quaecumque horum fratres sunt, qui cupiunt stabilem perseverantiam.

Quid est „Accipiens adolescens Rebeccam abiit"? (ib.)

137. Quemadmodum apud instructores dicimus proximos et discipulos debere accipere intelligentiae speculationes proprias, optimas**), selectas atque a

*) Haec uncis inclusa, quae desunt in cod. A, collocant codd. C et D paulo inferius, sub initio nimirum Solutionis a Philone coaptatae: ubi tamen cod. A sine interrogatione similia verba constituit. Utut sit, solutio ipsa exigit imprimis hancce interrogationem praemittendam in principio quaestionis. Auch.

**) Aliter potest sonare lectio cod. A: *discipulos speculationi deditos optimos etc.* Auch.

viris sapientibus perpolitas, sic censendus est et intellectus proficiens recipere perseverantiam tamquam speculationem (vel contemplationem). Nam propter mores et exempla [*] virtutesque, non autem ob creatos natosque homines quaestio est theologi (nostri).

Quare dicit: „Isaac vadit per desertum iuxta puteum visionis"? (24, 62.)

138. O deo decentem contemplationem intellectionemque dignissimam atque speculationem, quae digna erat ut semper cum canticis memoraretur, eamque optimam, quam oculi corporis videre nequeunt! Apertis ergo oculis tuis spiritualibus, o mens, vide illum, qui in te est pro exemplo, Isaacum, Risum tristitiae expertem: eum, qui super omnia a deo facta sine interruptione gaudet iugiter. Videbis enim eum a promiscuis ac procellosis cogitationibus praeservatum, non dubiis, sed firmis gressibus et pedes usurpantem sapientia, quae immunis est a malis praegrandibus, ab ineruditione et indisciplinatu. Vide autem eum in vera propriaque parte sapientiae aggredi colloquium *), iuxta puteum, mirum inquam ac divinum fontem, quem Visionis appellavit, nomen familiare atque proprium imponens vitae speculativae vacanti ei, Qui Est, et incorporalibus in ipso ideis, quae mensurae factae sunt utriusque mundi. Intelligibilis enim illius argumentum est iste et prototypus atque sensibilis (mundi), in quo nos sumus, secundum incorpoream mixturam; quoniam melior nostra pars ad superiora

*) Ad verbum: *agentem diatribam ambulandi.* Auch.

tendit supra quam aether, supra quam caelum supraque universa sensibilia. Sic etiam omnis propheta mendacii nescius Videns vocabatur sive Oculans, impositis nominibus secundum oculum animae.

[*] *Cur in australi parte dicitur habitare?* (ib.)

139. Et hoc cum primis concordat; namque ab oriente*) ceu ab inani opinione omnis, qui sapientiae cupidus est et vere dei amans, effugit, remotionem et defectum**) in melioris partis ratione collocans.

Quid est „spatium Isaaci", et quare „egrediebatur spatiari in campo inclinata iam die"? et (cur) quocum (esset), non est monitum? (24, 63.)

140. Connexionem ordinemque harmonicum habet cum anterioribus. Cui enim remotio et defectus existimationis visibilium in pretio sunt, solitariam incipit degere vitam solus cum solo invisibili deo. Longas autem conversationes homiliasque consuevimus *spatia* vocare. His itaque voluit ostendere sapientis morem non cito satiabilem esse, sed constantem, neque ita facilem ut deleri possit aut auferri ab idea (s. contemplatione), quae superat bonum, superexcedit sapientem et excellit ipsum optimum, concurrentibus singillatim homiliis super se invicem: ita ut numquam nulloque modo contingat re-

---

*) *Oriens* supponitur pro *visibili*, maxime quod in Arm. *arevelk* et *jerevelik* affines sunt votes, quod melius exponitur in sequenti numero ab auctore. Auch.

**) Sic codd. CD, ubi A: τὰ *remotionis et defectus*. Auch.

cedere a concordia conversationis, ob inexplebile atque insatiabile desiderium continuum, quod intense tractum captumque est principali duce (mente), per trahentem vim entium principalium. Unde etiam egrediuntur verbotenus ex civitate sive domo, re tamen ipsa quando mens per se in se coeperit esse deifer et divinis [*] initiatus, ita ut fere totus a deo possideatur. Exitus autem viae scopum sibi habet *campum*, ut exercitium probet certetque et instruatur lege divina ad commode producendos fructus, qui animarum sunt cibi immortales. Tempus autem opportunum, *inclinata iam die*, quo intensi vigores solaris radii, puta visibilium opinionum, subobscurantur nimiamque flammam exstinguunt. Fit autem spatium (i. e. conversatio), quum nullus alius homo in medio est, una cum securo pacifico. Quid ergo dicat (deus vel animus in hocce soliloquio)? Ut noscatis, quod non scientiae aut videndi monumenta sunt dominici libri sacri, sed divinum mandatum verbumque divinum, quod admonet cessantem, quodque prope est*), quasi vero non sit ibi. Dicit autem sine prolatione verbi et loquitur cum aliquo sine voce expressa, minime recedens a collocutoribus et discipulis familiaribusque, immo praestans eis confidentiam cum incorporeis et conversationem sermonum circa intelligibilia apud se recondita: ut etiam interrogantes discant id quod nesciunt, et quod censent constanter scire, comprehendant. Simul autem testimonium perhibetur ab ipso patre sapientiae (hoc tenore): Videte itaque et iudicate inter vos invicem spiritualem istam concordiam, et

*) Glossarius: „*Deus ad orantem prope fit et cessat (adstat), etsi non videtur.*" Auch.

alteram, quae apud reges et tyrannos suspectae dilectiones sunt, respicientes etiam horum finem, una cum functorum rectitudine: complures enim cadunt in errorem molestissimum, illo laetam fruitionem laetitiamque aeternam praeparante.

[*] *Cur dicit: „Respiciens oculis vidit camelos venientes“?* (ib.)

141. Aequum est haesitare (de dicto manifesto): quo enim modo aspicimus, nisi oculis? sicut et nullo alio audimus, quam auribus. Sed forte non est ei sermo de corpore, sed de oculis mentis, qui edocti sunt sursum respicere et superiora et aetherea caeteraque supra caelum atque quae extra mundum est naturam. Quamobrem coniicit ex aliarum rerum commemoratione (cuius symbola sunt cameli), adventum feminae introducendae (aut pretii acquirendi), quae nimirum onera decenter afferant (cameli), optimam virtutum perseverantiam (Rebeccam) ancillasque eius: de quibus paulo anterius, quod par erat, enarravi.

Quare „(Rebecca) quum vidit Isaacum, desiliit de camelo“? (24, 64.)

142. Quoad litteram: ob pudorem venerationis. Ad mentem vero: propter humiliationem, indulgentiam gustandamque virtutem*) secundum genuinum fidelemque amore captum; non enim facile poterat iste ascendere in tantam celsitudinem, sed oportuit illam omnino descendere ob rationem familiaritatis;

*) s. sic: *indulgentiam ad sensibilem etiam virtutem.* Ambiguitas oritur ex variante lectione. Auch.

quoniam ad communicationem concordiae et conversationis erat adventura et utilitatem datura. Porro quid non datura erat, postquam nihil seminis in se servaverat livoris atque invidiae et acerbi vitii, sed extra limina expulerat [*] invidiam dolosam ac fallacem?

Cur „sumens pallium operuit se"? (24, 65.)

143. Non ita, sicut nunc apud nos virgines sunt, ornatur mirabilis ista natura virgo inclyta: quoniam ornamentum in se plus quam satis praefert, nullius cuiusquam superflui ab extra indigens. Symbolum autem est pallium visibile virtutis lucidae, cuius quicquid est intus et in adyto, nudum patet soli sapientiae cupido et manifeste apparet, latens et invisibile inconsultis, imperitis et non initiatis.

Cur ab alio missus in legationem alii dat responsum: „Narravit" inquiens „Isaaco omnia verba quae fecerat"? (24, 66.)

144. Potest aliquis dicere, quod quia filii gratia delegatus a patre fuerat, peracta autem legatione ei annuntiavit, cuius causa missus est; maxime quod prius ei obviavit in itinere, quum veniebat. Liquet, quod patri quoque ipsum mittenti retulit postea; quod etsi non est scriptum in historia, id tamen per se persuadet textus. Verumtamen aequum est allegorice istud dicere, quod unum et idem est, tam Abrahae resoluti*) quam Isaaci, doctrinalis videlicet virtutis, naturale negotium; quoniam finis doctrinae

*) Sensus verus me latet: senescentis fortasse vel postmodum mortui dat significationem, aut potius sedentis in diversorio quodam. Auch.

principium fit naturae. Nulli itaque antea exponit itineris acta, sed uni ipsi soli. Non ergo homines [*] putabunt, mortales quasdam esse quaestiones, de quibus sciscitantur inter se, sed informes ideas spiritus inquisitas*), quas coaptat sapientia, ut inter se aequalitatem atque unionem faciant; plures enim unum et varii unicum imitati sunt.

Quare non in patris, sed matris domum intrare dicitur Isaac pro matrimonio: attamen universim in una domo habitaverant illi? (24, 67.)

145. Qui sane litteram scire ac scrutari volunt, dicent fortassis, quod, quia pater eius multas duxit sibi uxores, virtualiter multas quoque domos haberet. Domus enim non solum aedificium dicitur, sed ex viro et muliere ac filiis conventus. Illa vero (Sarra)**) usque ad finem permansit cum coniuge sibi adscito a virginitate sua, quapropter et unam domum habere putatur: numquid visa est separata et alium despondens? Quidam tamen magis naturaliter reddens rationem huius loci allegoria usus est, dicens: Quoniam mater illius qui per se edoctus fuit, sapientia est matre carens, huius rectam rationem symbolice domum appellavit in thalamum ei mutatam, pro concordia desponsationis [*] et adaequationis edoctae per se gentis cum semper virgine perseverantia, a cuius amore nusquam sit mihi cessare.

---

*) Sic exprimere rem videntur codd. CD, sed iuxta A aliter intelligitur hoc tenore: *Non homines putandi sunt mortales, qui sciscitantur . . . inquirentes.* Anceps est et sequens periodus. Auch.

**) Quia vox Arm. aeque sonat *ille* atque *illa*, si ad Isaacum vel ad Abrahamum respiciat verbum, sequentia eodem modo reducenda sunt in masculinum genus. Auch.

Quare quum uxorem duxit et dilexit Rebeccam, dicitur, quod „Consolatus est de Sarra matre sua"? (24, 67.)

146. Iure et condigne; non enim expulit sapientiam, sed invenit: non per tempus in senectute vigens, sed insenectute ac iuventute, semperque florescens sine sensibili colore per incorpoream pulchritudinem. Siquidem consolatio est animae contemplationis studiosae propter priscam primamque disciplinam, qua a iuventute instructa fuit, si conciliet ducatque sibi in uxorem constantem illam in virtute perseverantiam. Quoniam considerans et in memoriam reducens anteriorem illam vitam; qua vel sine necessitate disciplinae vixit, *consolatur:* consolatus est autem eo, quod non frustra est impensum tempus in res minime dignas.

Quid est „Adiiciens autem Abraham sumpsit uxorem, cui nomen erat Cetura"? (25, 1.)

147. *Adiectum* non est idem cum illo, cui adiicitur, sed omnino aliud quiddam est. Verum quidnam sit illud adiectum:in bonum? malumne vel contrarium et dissimile? Sed patet, quod est mixtum illud, quod nec malum nec bonum. Quoniam opes et honores et corporis affectus et potentiae (vel principatus) et omnia quaecumque circa corpus sunt extraque corpus, penes honestum dimensa sunt; non tamen velut bona, sed tamquam [*] proprii boni additamenta atque secundum indifferentiam promiscua et aliena. Quamobrem et adiectum vocatur *Cetura*, cuius nominis interpretatio est *suffitus (s. thus adolens);* odoramentum autem cibi adiectum, non cibus

est. Quare non inaniter praegustativum dixere quidam odoratum; et medici eis, qui doloribus periclitantur, quum nequeant cibum dare, odoramen exhibent. Id primo loco sit dictum. Verum et alterum superaddendum, quod inter sensum generosi et philosophi duo sunt, visus et auditus: tertius autem odoratus, medius inter bonos et pravos; pravi vero sunt pravo (homini) gustus et tactus. Verum inter quatuor bipartitos (sensus) odoratus medium tenet, tamquam lucidior puriorque gustu et tactu, atque hebetior tardiorque visu et auditu. Quamobrem meliores species trium sensuum attribuit (Sriptura) ipsi quoque, qui omnium est primus princeps; ut visus, quando dicit: *Vidit deus omnia quae fecit, et ecce bona sunt valde* (Gen. 1, 31); et auditus, quum dixerit: *Auscultavit dominus egenis* (Psalm. 69 [68], 34); et odoratus, dicens: *Odoratus est dominus (deus) in odore suavitatis* (Gen. 8, 21). Quandoquidem vero summitas est felicis vitae cum deo similitudo, verum illum hominem (Abrahamum) aequum duxit, ut tres sibi duceret uxores, videlicet symbolice virtutes (vel facultates) quasdam audiendi, videndi, odorandi, supra omnia admirandas: ancillam nimirum illam, quae vocatur Chaldaice *Agar* et Latine*) *Peregrinatio*, cuius filius fuit *Auditus dei*, id enim est apud Hebraeos *Ismael*. Dominae autem eius (filius) *Risus* (Isaac), tamquam spiritualis oculus et lumen: nam laetificum est lumen et visus, sicut moestum [*] tenebrae et caecitas. Tertio loco odoratum, quem nominavit *Thus adolens* sub aenigmate dictum, a Chaldaeis *Ceturam* appellatam.

---

*) Philo *Graece* expresserat, Interpres noster *Armenice*, nos autem *Latine* exposuimus. Auch.

Quid est „Et dedit Abraham universa, quae habuit, Isaaco filio suo; et filiis concubinarum suarum dedit munera"? (25, 5 s.)

148. Distinctionem refert *possessionum* et *munerum*, tam ad litteram, quam ad mentem. Ad litteram, quia bona vitae, quietis causae, vocantur *possessiones* atque quicquid stabile firmiter possidendum erit; *munera* vero dona de manu, quorum usus temporalis est. Ad mentem autem substantiae vocantur opesque et possessiones, constructae firmiter virtutes et opera secundum virtutem. Quae vero indifferentia sunt atque inconstantia, illa sunt circa corpus et extra corpus; quae nempe vocavit munera. Virtutum itaque possessorem compertum esse demonstrat genuinum filium Risum (Isaac), qui supra omnes naturae res laetatur; indifferentes autem Abrahae natos ex concubinis indifferentibus atque indistinctis gaudere bonis. Adeo superabat Isaac proles concubinarum, et possessio munera. Quamobrem interea Isaacum velut matre carentem describit, et eos, qui ex concubinis erant, patre carentes vocat. Illi ergo, qui concordes erant in patria gente, etiam masculi nati (nomen sortiuntur); verum illi (ipsi), quia (alienam participant) femineam lineam pravis prolibus gaudentem, certo certius vocandi sunt feminae vecordes, eo quod ob minora illa tamquam maiores (sibi ipsi) admirationi sunt*).

[*] *Quare alienos natos muneribus datis dimittit ab Isaac filio suo, quum adhuc ipse viveret, in terram orientis?* (25, 6.)

149. Littera evidens est. Ad mentem vero vult

*) Quamquam uncis aliqua adieci, nec ita tamen me sensum verum expressisse confido. Auch.

verbum dominicum probum (filium), perfectum vitioque et ulceribus carentem perpetuo servare. Servatur autem, si contrarii et terrenae cogitationis studiosi transmittantur in coloniam: nam quasi alieni a virtute partus sunt, et temerare quoque volunt genuinum. Verum fieri nequit talis transmigratio, si non sit (pater) visus et sanus in vita vera et consilio sano: non enim inaniter dictum est, quod *dum adhuc ipse viveret*, procul misit damnum vitiumque. Misit autem non in partem orientalem, sed magis naturaliter *in terram orientis*; non videlicet in caelestia divinumque lumen, sed in terrena atque corruptibilia superbiae vanaeque gloriae lumina et phantasmata, quorum aemulatores facti sunt. Quia inanes sunt contentiones animi in divitias, gloriam et his similia, quae plures in meliore parte collocant.

Cur de vita Abrahae referens, dicit, quod „Hi sunt anni dierum vitae Abrahae"? (25, 7.)

150. Optime *dies* dixit: non enim vult annorum copiam exponere, sicut historiographi, sed indicare singulas Sapientis aetates distinctas tam laudabiles fuisse, quam perenniter durasse. Siquidem dierum augmentum est annus, non vero annorum dies. Quoniam decebat eos, qui secundum virtutem vitam agunt, ut pro temporis longitudine augmentum [*] prae se ferrent non adeo tempus senectutis, quantum radium dominicum.

Cur autem anni vitae centum septuaginta quinque? (ib.)

151. Quoniam septies in eo numero continentur

anni viginti quinque: viginti vero quinquenarius est lunae*) periodus, quo calculo lex vult et ministros templi officio fungi, inchoantes nimirum a viginti quinque annis, per totidem servitium colere; nam quinquaginta annos natos cessare facit, volens, ut sacerdos imitari caelestem ordinem certatim studeat. Sicut ergo utilius sidus prope terram luna officium exhibet toti mundo viginti quinquenario circulo, sic aequum duxit etiam ministrum templi ordinare aequali tempore in officium. Septenarius enim numerus sacratissimus est numerorum, sicut seorsim indicatum est. Adhaec simul comprehensi in Sapientis vita omnes numeri perfecti sunt, centenarius inquam, et septenarius, quinquenariusque: ita ut tam compositio quam divisio eorum pulcherrima sit. Haec quoque indicata sunt, quum de numeris actum est.

Quid est „Deficiens mortuus est"? Cur autem „in senectute bona senex et plenus dierum"? (25, 8.)

152. Littera nullam includit quaestionem; verum illud naturalius proferendum est atque respondendum, quod corporis mors vita animae est, ut propriam sibi vitam incorporalem anima degat. Qua de re etiam Heraclitus, furtim a Mose [*] dempta lege et sententia, dixit, quod *Vivimus eorum morte, et mortui sumus eorum vita*, sub aenigmate notans, quod corporis vita mors est animae, mors autem dicta vita felicissima ac prima animae. Illud autem *in sene-*

---

*) Sic Mss. CD; at A: *secundum lunam*. Auch.

ctute bona legis atque sententiae historia est quam utilis, in quantum *bonus senex* virtute pollens iure dicitur. Huius enim omnes aetatis dimensiones bonae sunt et optabiles vigentesque, magis quam tironis contemptibilis, in quo adhuc crescunt cupiditates corporis. Quoniam in aetate tironica nullum hic iuvenis nec vitium nec verbum neque opus voluit sibi permittere et praeeligere vitam, neque vir factus pueriles semper (ut alii)excitavit conturbationes rixasque et contentiones: hinc fortitudine virili munitus in medio consessu suarum virtutum assidens senex in dignitate constituendus sit. Non ergo nunc primum coepit modestus esse ac mentem sanam praestare, quando per longum tempus defuere et abiere vitia senescentia, sed quia capitis instar in effigie adaptavit pristinae suae vitae optimam dignissimamque faciem, quam oculi corporis non vident, nitidae tamen ac limpidae animae edoctae sunt ad videndum.

Caeterum valde additamentum quoque ego miror, quia *plenum dierum* dixit eum, tamquam confertam monstrans viri boni vitam, nullum relinquente patre situm vacuum in mente eius vel in aliqua parte ad ingressum mali. Non enim annorum, sed *dierum plenum* dixit hominem bonum, semper bene transacti temporis spatii distinctiones supponens sub divino lumine. Alio iterum modo singulos dies distinxit ut condignos studio atque diligenti cura, tamquam [*] obligatio causarum apud rhetores et iuridicos, ratione ei (vel eis) concessa legis naturae, quorum unusquisque de die in diem, a mane usque ad noctem, et de vespero usque ad mane, aut dixit aut fecit.

Cur dicitur: „Additus est ad populum suum"? (ib.)

153. Viden', quia quod paulo ante *defectionem* dixerat, non corruptionem innuens dixit, sed perdurationem constantiorem? Et revera ita res se habet. Nam abiectio mortalis et pravi adiectio est melioris et magis immortalis. *Additus* autem dicitur *in populum*, nondum exstante populo, quandoquidem ipse est origo et patriarcha gentis; verum quod futurum erat, tamquam iam factum proditur, concessum nempe suis virtutibus deum decentibus id declarans, quibus etiam *additio* asseritur. Littera haec erat. Sed dicamus liceat et allegorice. Etenim populus certe dei est, ut ita dixerim, et transactus rationalis caelestisque*): quoniam rationalis est, a quo fugit**) omnis anima dissoluta a colligamine suo, velut absoluta ab ergastulo; namque monumentum appellabant maiores sepulcrum nudatum. Hunc alias nominavit *protopatrem*, sed non *protogenum*, totum possidentem dei patris (nomen), matris et feminae prolis expertem.

*) Totum dictum aequivocum hoc modo etiam exponi potest: *est ut dictione locutioneque praeditus et provectus, is qui est rationalis.* Auch.

**) Punctis mutatis forsan melius erit scribere vel intelligere: *rationalis est, quae fugit, omnis anima etc.* Auch.

[*] *Quare quadraginta annorum erat Isaac, quando duxit uxorem Rebeccam?* (25, 20.)

154. Nuptiae ac matrimonium opportunum sapienti quadragintennis est aetas; quoniam expedit iam instrui atque satis frui sicut pueris, disciplinarum rectis ideis, ita ut nihil aliud aspiciatur vel circa alia circumferatur, quae non sunt amore digna, sed in huius considerationibus ac choro fruatur nimis et magis laetetur. Necesse habet etiam, ut dilectionis amorisque uxoris fructum capiat et puerorum educandorum legem perficiat. Quoniam viven-

---

Quare quadraginta annorum erat Isaac, cum nupsisset Rebeccam?

154*). Nuptiae maturae sapienti quadragenariae sunt: bonum est enim prius exerceri et concrescere eruditionum directis spiculis, nullo altero desiderio occupatum. Ut enim amicum est amatori prudentiarum sua fruniscere merita, eundem modum etiam nuptiarum carpitur affectus, imitabili aetatis testimonio, ut confirmetur etiam lex liberorum.

*) Haec, quae sequitur altera paragraphorum series, sumta est e latinae versionis antiquae fragmento Basileae 1538 edito et sic inscripto: „*Philonis Iudaei Quaestionum et Solutionum in Genesin liber.*" Quod fragmentum Aucherus sub suae versionis textu repetere posse duobus de causis gaudet, ut partim „pro testimonio sit constantissimo in Occidente, genuinum esse opus a se editum iuxta codices orientales", partim pro testimonio difficilis sui laboris, quia etiam „Anonymus ille, in antiquis saeculis Graecum textum immediate in Latinum vertens, tam obscuro alienoque stylo processerit."

tium procreatio quadraginta dierum spatio conficitur, quibus completis aiunt medici creari semen immissum in uterum, maxime quum mas comperiatur perficiendus. Quoniam eo tempore non propter irrationalem voluptatem sponte faciet [*] congressum cum uxore, sed seminis gratia genuinae prolis, decens ac opportunum fuit totidem annorum nuptias agere, quot diebus foetus in utero vivificari soleret.

Cur ait: „Si sic mihi futurum erat, utquid est hoc mihi"? (25, 22.)

155. Virtute sane praeditus est et virtutis studiosus, qui haec non voce magis quam condolens in se proferat et de se cogitet animus. Quidnam mihi erat, ait, contraria pati et oppositione tamquam in oppositas partes staterae inclinari: nunc a gloria

---

In quadragenaria est, secundum quam etiam medici asserunt, tot diebus reconditum semen in vulva figuratur in masculinum, praesertim hactenus non pro libidine prona, sed pro filiorum syncera progenie cultum dignum facientes, huius aetatis nuptias celebrant.

Utquid Rebecca ait; „Si sic futurum est mihi, ad quid mihi hoc?"

155. Studiosa et ingeniosa mens haec non fastidio potius quam dolore affectabili prosequitur, ita enim recordata ait: Utquid mihi hoc? Sub differentia esse tamquam superior compensatam aestuaret, partim ex suspitione, partim a veritate: ambiguitas

trahi, nunc ex adverso a veritate retrahi? Etenim ambiguitas mentis imperfecta et clauda est semper; quod si oporteat vero proprioque nomine uti, caeca quoque est. Verumtamen expedit oculatum esse aliquando et acutum visu ad certam comprehensionem scientiae boni et mali: quia utriusque naturam attingens quispiam atque salutans et obiter videns, unum eorum suscipiat, alterum evitet necesse est.

Quid est „Ivit interrogare a domino“? (ib.)

156. Superborum arrogantiumque reprehensio est verbum hoc, quippe qui [*] nihil scientes omnia se scire fateantur; et nil aliud pudoris ac ignominiae esse censent, quam disquirere, dubitare et sciscitari. Quapropter magno illo morbo imperitiae usque ad

---

enim mentis imperfecta et clauda. Et si oportet propriis et (*marg.* ut) revocabis, caeca est. Unde melius est oculos mentis instruere, et acutius semen reventatem (?) malo ac bono examinato; utriusque enim naturae amplexus, quivis et simplici mente ductus, unum appetit, alterum excusat.

Quid est „Perrexit interrogare a domino eloquium Dei“?

156. Superbiam corripit pro eis, qui se dicunt aliquid nosse, quos nihil scientes pudet requirere, interrogare, scrutare. Hi etiam languorum imperitia, usque in terminum vitae aegrotantes medicum non suscipiunt, a quo facillime curati sani fuissent.

vitae consummationem laborantes medicum vix passi sunt acceptare, a quo fortassis facile curarentur. Quibus vero desiderium disciplinae adest, amore interrogationis et eruditionis ardentes omnia undique quaerunt, etsi seniores sint.

Quid est, quod interroganti dixit: ,,Duae gentes sunt in utero tuo, et duo populi de ventre tuo dividentur, populusque populum excellentia superabit et maior serviet minori"? (25, 23.)

157. Quatuor quaedam enunciat oraculum. Unum valde mirum, quia non duos infantes dixit in utero, sed pro infantibus *gentes* ait; patet, quod non nomina ipsa, sed futuras ab uno et altero gentes aenigmatice prodidit, quia patriarchae magnarum gentium deinde apparituri erant. Secundum autem valde commodum utileque, non confusionem futu-

---

His vero quibus desiderium eruditionis et prudentiarum cupido est, undique omnia doceri cura est, etsi veteranae sunt aetatis.

Utquid interrogante (marg. *perrogante*) *ea audivit: ,,Duae gentes in utero tuo sunt, et duo populi ex utero tuo dispergentur, et populus populum superabit, et maior serviet minori"?*

157. Quatuor titulos designat eloquium, quorum unum gloriose dictum, quod non duo infantes in utero dixit, sed pro infantibus *gentes*. Certum est enim de infantibus non dixisse, sed de nascendis utriusque (*marg.* ex utrisque) designat, qui postmodum principes magnarum gentium fierent. Secun-

ram esse, sed distinctionem ac separationem habiturum utrumque ab iis oriundum populum secundum illud, quod ex verbo desumi potest, re tamen ipsa sobrietatem et insipientiam. Quam ob causam gentes prius memorans, *populos* [*] deinde dixit iuxta rationem prudentiamque nominatos. Et utique cogitationum oppositarum separatio perutilis est, quum una ex iis malum, altera virtutem optat. Tertium iustissimum, ne pares cum imparibus mixtim collocentur; unde optime dictum est: *populus populum superabit excellentia;* quoniam necesse est unum ex ambobus superare et crescere, alterum vero deficere et minui. Superare autem aliqua praecellentia, item sic accipiendum, quod pulcher superat turpem, et iustus iniustum, et honestus sani consilii impotem libidinosum: unum enim istorum caeleste est et divina luce dignum, alterum vero terrestre, corrupti-

---

dum vero propheticum et utilissimum, ne sit intermixtio, sed alterutri districtio (*marg.* distinctio). Non uniuscuiusque gentis, sed revera sapientiam et modestiam, cuius gratia prius gentes commemorando, postmodum *populos* nominavit; quia multum interest verbo et rationabilitati: horum enim disceptatio utilissima est, uno inertiam, altero iustitiam appetente. Tertia consideratio est, ne iusta iniusto aptentur, ideo dictum est: *populum populi meliorem*, dum necesse est unum superare alterum, praecellentem bonitate, dum iustus iniquum superat, et modestus luxuriosum. Sunt enim celestia salubria, terrena vero ineptiarum et tenebrarum si-

bile et tenebris simile. Quartum vero verissimum, quod *maior serviet minori:* siquidem tempore maior est malitia, a prima aetate nostra nobiscum pullulans, virtus autem minor, aegre postremo loco tardiusque acquisita in nobis, postquam vitiorum infinitae immoderationes vim suam intenderunt et remiserunt; tunc enim iudicare secernereque incipit mens et principatum tenere. Haec autem dicuntur quoad nos: alioquin quis nescit, quod caelum immune et expers est malitiae, sicut et qui circa eum aguntur sensibiles dii (nominati): quoniam omnes boni sunt et omnino in ordine virtutis perfectiores. In mundo autem maior est natu sobrietas quam insipientia, et prudentia quam imprudentia, atque maior iustitia quam [*] iniustitia caeteraque ex singulis dispositionibus oppositis. Attamen in genere humano contrarium obtingit, quia bonum, (ut) iam dictum, natu minus et postremum est, oppositum autem fere

---

millima. Quarta consideratio, quod *maior serviat minori:* inveterata est enim malitia, quae a prima aetate concrevit. Benivolentia vero iuvenior, quia in novissimo oritur tempore, deficiente vitiorum pondere. Tunc enim incipit perpendere sensus principatum meliorem. Haec tamen pro nobis dicta sunt. Quis enim nesciat coelum nullius mali compotem, et qui morantur in eo angeli omnes boni, et in omnibus necessariis perfectissimi? In mundum autem antiquior prudentia, et vetustiori iniquitatis ac insipientiae; aliarumque virtutum sapientia singulae: ita in genere humano e contrario habent sui.

a iuventute nobiscum acquisitum exsistit, id est vitium insipientiae: verumtamen minor ipse maioris sui per legem naturae dux est et princeps.

Quid est „Impleti sunt dies, ut ea pareret"? (25, 24.)

158. Sapientis partus non est mancus nec mense nec die, sed plenus perfectusque, ex numeris perfectis constans. Littera talis est. Ad mentem vero dicendum: Quum animus virtute pollens sit plenus sapientiae speciebus, quae diei solisque instar totam omnino illuminat cogitationem et mentem, tunc incipit parere oppositiones in separationem distinctivam sanctorum et turpium.

Bonum enim, ut dixi, serotinum et adventicium, pravitas ab infantia pene consistit, sed tamen regitur a iuveniore, non temporis lege, sed naturae.

Quare dixit: „Completi sunt dies eius, ut pareret"?

158. Quia prudentium germina non sunt minus perfecta, nec diebus diminuta, sed plena et integra. Ex perfectis numeris dictum constat pro parte narrationis. Intellectus vero subtilis hoc sapit, cum studiosa anima saginata fuerit sapientiae institutis, quibus vice meridiani luminis totus animus illustratur. Tunc incipit generare contrarietates cogitationum, quibus sanatae (*marg.* sancta) profanis intersunt.

[*] *Quid est „Erant gemini in utero eius"?* (ib.)

159. Littera satis nota est et manifesta: verum symbolice non debet ignorari, quod, quemadmodum ex una radice duo surculi germinant, eodem modo ex una eademque mente species tum boni, tum mali, quae natura geminae sunt. Quoniam unum effugit animus nec potest cooperari, sed servata proximitate aversatur et abit in alterum: aequaliter sane afficiuntur etiam virtutes, quae insunt corpori. Nam cupido voluptatis et dolores ex una sunt radice, ut poëta ait; et quae ex uno vertice distincta divisaque sunt, utriusque eorum summitates separatae comperiuntur: atque ita contrariis cedunt a principio partibus principatus. Namque quum fortior ac superior sit voluptate dolor, illa vitans abscedit; isto autem deprehenso illico viget cupiditas. Similiter agit et omnis virtus erga omnem malitiam, et e contrario:

Quid est „Erant gemini in utero eius"?

159. Dictum oratoriae patet, certum est. Morali vero stylo non oportet ignorare, sicut ex una stirpe duo oriuntur rami, ita ex una mente melior et deterior species nascitur. Et quidem gemina sunt pro natura, cunctante anima pro utrorumque obsequio: per absentiam enim unius obsecundat altero, simili vitio valitudinis corporalis. Libido enim et dolor ex una radice, secundum poeticum carmen. Agitante enim libidine dolor celatur. Porro si is tenuerit, illa subducitur. Ita omnes virtutes contra malitiam habentur, e contra malitiarum momenta virtutibus ad-

quoniam cedit sapientiae insipientia, castitati intemperantia, iustitiae iniustitia, et fortitudini metus, sic et caetera huiusmodi contraria.

[*] *Quare primogenitus rubens erat, et sicut pellis pilosus?* (25, 25.)

160. Dicta per se patent. Rubicunda caro et pellis hirsuta indicio sunt agrestis hominis et in furiam versi ferino more ex ira; quoniam rubescens sanguinosusque aspectus idem est cum colore iracundorum, et mos vere pellis more, et quicquid aliud hispidum pro tegmine et amiculo sumitur atque pro cautione obtegendi fraudulentiam et audacitatem. Ex hoc tamen undique facilis captu est; pravus enim quantum nititur moliturque ut inveniat modum, ne capiatur, tantum facile capitur ab illis, qui sapientiam sequuntur eaque utuntur. Verum distinguuntur inter se *prior natus* et *primogenitus:* unus enim femineae humidaeque materiae partus est, quia

---

versantur. Celatur enim pudicitia adveniente luxuria, et iustitia per iniquitatem, et audacia per trepidantiam.

Utquid primogenitus totus rubens, et pilosus ut pellis.

160. Densitas vice rabientis bestiae ex ira. Rubescit enim in sanguineum visum, et moribus insuavis ut pellis, et eo amplius densus ut gravatum ex astuta petulantia, non ex natura, ideo facile capitur. Quanto enim sperat effugere pravus, tanto facilius capitur a prudentibus. Differt tamen primogenitus primitivo: est enim ille sensus femineus,

parit femina; alter, sive primogenitus, masculinus et potioris causae virtutis (opus), quia mari proprium est generare. Siquidem sapiens et generosus sortitus est causam propriam, pravus autem, ut in genere prius natus, familiaris comperitur vitiosis materiae complicibus, quae matris more parit. Quamobrem et in entibus sunt quaedam, ut incorporeae virtutes, quae iure primogenitae sunt quasque nonnulli appellant formas et mensuras ideasque entium; [*] sensibilia vero perfectione praedita non ita. Species enim matre carentes sunt ex sola causa; sensitivae autem perfectiones (s. opera sunt) merae materiae, quam matrem factorum non inaniter dixeris.

Cur nominatur homo ille „Esau"? (ib.)

161. *Esau* exponitur Factura*) vel quercus,

*) Intellige sicut *figmentum*, *πλάσμα*. Auch.

---

alter vero masculinus principalis virtutis, cui proprium est generare. Adeo primogenitus melior, pravus vero primitivus fluxu materiali passibilis more sui nexu enixus. Unde etiam in rebus certis incorporales virtutes merito primogenitae vocantur. Quas nonnulli figuras ac formas vocantes mensuras et normas rerum, sensibilia autem non ita. Sunt enim figurae sine patre, inde materialem sensum factorum matrem appellant.

Quare nomen illi imponitur Esau, qui interpretatur factura vel rubor?

161. Utrumque mores insinuat malitiae, fictioni-

utrumque evidenter exprimens morem. Pravi enim moris homo plenus est figmentis et blandis sapientiis, tamquam his educatus et usus, nihil sani cogitans. Et insipientem pravitatem, puta sermones (mores)*) superbos, ita ut nec humiliari, neque flecti sciat, similem esse (dico) quercui, quae frangitur antequam humilietur ac flectatur.

Quid est „Postea exiit frater eius“? (25, 26.)

162. Fratres sunt virtus et malitia secundum illud, quod unius animi partus sunt; et inimici, eo quod adversantur sibi invicem et pugnant. Ideo convenientes tamquam ex necessitate et ligamine aliquo complexi, nihilominus disiunctionem optant, et dissoluti liberatique lucide patefiunt.

*) Pro Arm. *pánys*, i. e. *verba*, legi placet *párys*, i. e. mores. Auch.

---

bus enim plenus et infidus, nec quicquam integrum exercendo, nec facile flectitur, tali ligno similando, quod facile prius frangitur quam curvatur.

Quare dixit: „Post haec exivit frater eius“?

162. Germana sunt virtus et malitia, unius animae foetus. Dimicantur autem et litigant quodammodo adhaerentia, dissocietatem desiderant, separata vero et liberata distant.

[*] *Quare manus secundi tenebat plantam pedis maioris?* (ib.)

163. Quoniam generosus animus pugnator est certatorque, et ex natura paratus ad mortem, opponens se semper cupiditatibus nec cedens eis, ut erigantur. Namque tenere crus fortitudinem quandam morum demonstrat victoris, qui vix sinit iugum detrectare et imbecillitatem eius, qui capitur. Haec si quis non auribus, sed cogitatione et intellectu suscipiat, oppido magnas rationes accipiet in virtutibus. Quum enim superior perstet mens gloriose et iactabunde, sub manu redactum habet adversarium: cupiditas (s. passio s. vitium) vero clauda est, quum ceciderit deorsum et humi strata fuerit. Quis ergo censendus (victor)*), nisi optimi indolis possessio?

*) s. *Quae ergo censenda est victoria.* Auch.

Utquid manus secundi apprehenderat calcaneum alterius?

163. Quoniam studiosus animus captator est et naturaliter strenuus, semper arcendo vitium et minime ei fiduciam permittendo, ne quando erigatur. Tenere ergo calcaneum fortissimae mentis est, et optimi luctatoris non admittendis malum exacervari. Quod vero tenetur, infirmum est. Haec itaque si quis non auribus, sed mentis intuitu recordetur, inveniet facultates virtutis idoneas. Praesidente enim animo et praevalente vitium vincitur et claudicat,

Unde et nomen certum recipit „deceptorem“ ac „supplantatorem“, quem Hebraei vocant Iacob.

Cur sexaginta annorum dicitur filios genuisse Isaac? (ib.)

164. Sexagenarius numerus mensura est comprehendens in se zodiacum [*] mundi, quinque angulorum duodecim divisionibus simul sumptis; qua enim ratione se habet in unitatem sexenarius numerus, eodem modo et in decadem sexagenarius. Quoniam sexto universa terra mundusque facta sunt et in sexagesimo anno vir perfectus generat iuxta affinitatem ad mundum. Siquidem ut sexagenarius cognatus est sexto, sic et generosus vir mundo uni-

---

hoc modo benivolentia possidebit. Qui vero (*marg.* merito) supplantator dictus est, Iacob.*)

Quare sexaginta annorum dicitur generasse Isaac?

164. Sexagenaria aetas (*marg.* meta) inexcusabilis et urgentissima est in mundo, est enim quinquagenarius in id ipsum numero, nec non etiam ipsam quam habet elegantiam in unionibus sextilitas, hunc in denariis sexagenitas, equidem sextili interstitio omnia creantur. Per sexagenitatem vero vir perfectus secundum saeculi proximitatem. Sicut enim sexagenitas affinis sextilitatis, ita vir stenuus omni

*) Non consideravit, quod post CXX annos Rebecca concipit, tam scriptura divina praesagiente totidem annos in peregrinatione moratur, unum e filiis pro necessitudine nuptiarum. Interpres lat.

verso. Quamobrem sicut in mundo est aliquid purae essentiae, quae caelum sortita fuit, estque aliquid mixtum et corruptibile, quicquid nimirum sub luna est: sic et generosi partus oportet, inquit, distinguantur in mortalem et immortalem; nam ex filiis unus caelestis est et alter terrestris.

Quare Esau „venator erat et agrestis"; Iacob autem „incomptus, habitans domum"? (25, 27.)

165. Allegoriam recipit praesens locus: quoniam pravus duplici negotio simul *venator* est et *agrestis*. Quare? Quia sicut venator cum canibus ferisque conversatur, ita etiam nefarius cum vitiis et malis: quorum aliqua (quia) similia sunt feris, agrestem, immansuetam et ferinam constituunt mentem; aliqua vero canibus, quia immoderatis incursibus utuntur et in omni re in furias erumpunt. Adhaec

---

mundo propinquus, ideo in creatura mundana et immaculata caelesti censura efferuntur. Caduca vero et infirma, quae a philosophis sublunaria appellantur, pro terrenis: ac per hoc germina studiosi viri discerni oportet a mortalitate; filiorum enim alter coelestis, alter terrenus.

Quare Esau venator et ruralis, Iacob vero simplex, per innocentiam habitans domum?

165. Locus allegoriae capax est. Pravus enim et *captator* et *rusticus*. Sicut enim venantibus consuetudo est, canibus et bestiis conversari, ita pravus vitio malitiarum feris assimilatur, sine lenitate et temperantia mentem regendo. Etiam canibus comparatur, qui iusto plus satiati ad rabiem et furorem

cum agrestis sit, est [*] etiam urbe carens, et transfuga a lege, et rectae vitae gustus nescius, rebellis et contumax, nullius rei iustorum aut bonorum particeps, familiaritatis, humanitatis et communitatis inimicus, vitam agens insociam. Verum sapiens et solidus duo haec itidem possidet, (cum sit) *incomptus et domi habitans*. Indoles incompta patefacit veritatem simplicitatis carentiamque adulationis, quarum contraria moliuntur usurpare adulatores et praestigiatores. Altera vero, domus custodia una cum domestico more, oppositio est agresti vitae: unum enim istorum oeconomicum est et urbanitatis exiguae comprehensio, quoniam urbanitas (s. politice) et oeconomia cognatae sunt virtutes, quas translatas fere inter se monstrare non frustra erit; urbanitas namque oeconomia urbis est, et oeconomia urbanitas est domus.

---

erumpunt. Praeterea ruralis exsors civitatis, ut refuga legum atque (*marg.* et aequae) popularitatis alienus, iugum iustitiae vitando nullo sequitur bono, mansuetudinis et benivolentiae inimicus, quibus fortunae hominum consistere videntur. Urbanus autem in utroque viget sine fictione *domum habitando,* infictum igitur insinuat pro simplicitate, sine blanditiis, sine insidiis, sine illecebris, quae sunt atrocitatis fomenta: ita ruralitas dissipat statum domesticum, ubi paterfamilias dispensabilis, ut civili albo conscriptus et disciplinarum proximus abest, ac per hoc non fallitur, qui intelligit regimen civilitatis familiarem esse dispensationem, ita enim status domesticus stabilis habetur.

Quare dicit, quod „Isaac dilexit Esau, Rebecca autem diligebat Iacob"? (25, 28.)

166. Quis non miretur appositionem nominum, quae contra se invicem [*] accurate atque apte collocata cernuntur? Illud enim *dilexit* narrandi modo praeteritum tempus indicat; *diligebat* autem semper adest perseveratque, fine vel consummatione numquam recepta. Ne forte iure meritoque; quoniam acceptatio mali et turpis etsi occurrat aliquando, exigui temporis est et non diuturna, boni vero quasi immortalis evadit, poenitendi nescia.

Cur ob causam aliquam diligit ille? dixit enim: „quia venatio eius erat cibus ipsi"; at mater sine causa? (25, 28.)

167. Sapientissime quidem, quoniam virtute

Quare dicitur Isaac „dilexisse" Esau, Rebecca vero „diligebat" Iacob?

166. Quis non miretur nominum positionem, tam recte et aptissime rebus consonantem? Dicendo enim *dilexit*, transactum insinuat tempus; quod vero *diligitur*, adest utrique, et sempiternatur sine fine defectionis, et forsitan prava conversatio licet florescat, temporalis, utpute diurna, non diuturna est. Respui (*marg.* reprobi) vero mores immortales impoenitibiles.

Quare ab uno pro causa venationis diligebatur, mater vero sine causa?

167. Sapientissime dictum est. Studiosus vero

praeditus non ob aliud quidpiam amatur; sicut et nonnulli iuniorum novissimorumque ab ipso Mose tamquam a fonte acceptantes sententiam virtutis studiosam asseruere, solum esse bonum propter se amandum placendumque, quod vero non tale est, ob utilitatem. Inquit igitur cum additamento: *amavit, eo quod venatio eius cibus erat sui.* Naturale omnino: non enim de venatu dicit cibum esse, sed de more ipso venatum tamquam ferae. Namque ita res se habet, quum nullo alio magis alatur vescaturque philosophi animus, quam quum possit venari vitia et omnis pravitatis oppugnator esse.

[*] *Quid est „Et paravit Iacob paratum"?* (25, 29.)

168. Risum derisionemque scio quod huiusmodi res praebent incultis atque ineptis de more, nec ul-

---

(*marg.* enim) ex utraque parte diligitur, adeo nonnulli imitantes Mosen, pro laude virtutis aemulantur verbo tantummodo gloriam capere, inde huiusmodi viri per occasionem diliguntur. Ait enim scriptura: *Dilexit eum, quod venatio illius esca fuit ei naturalis,* suumque edictum est: non enim quae capiuntur ab eo, esca eius est, sed illius ipsius mali venatio, dum superbia capitur. Pascitur enim sapientis animus melius cum poterit venare malitiam, et contraria superare.

Quid est dictum: „Coxit Iacob cocturam"?

168. Risusne videbitur dictum? Scio in huiusmodi dicto insipientibus et fluxidolis, qui nullo mo-

lam speciem ideamque virtutis cernentibus, qui suam imperitiam et insipientiam imprudentiamque sacris literis dominicis adscribunt, quae omnium rerum verissimae sunt. Ratio autem ea est, quia, sicut caeci quum tangere tantum solent et tactu adeunt corpora, nec colorem nec figuram nec formam neque alia qualitati propria assequi possunt, similiter imperiti, ineruditi et indocti oculis animae obcaecati vel caecutientes supra litteras tantum insidunt, impingentes adhaerentesque solis nominibus et verbis prolatis, intus vero perspicere nequeunt ad intuenda intelligibilia. Habet autem littera haud exiguam correptionem hominis avidi prodigi, pro admonitione eorum, qui curari possunt. Non enim ob vile pulmentum coctum recusavit (Esau) maioritatem, iuniori eam cedens, sed quia servus deditus erat volu-

---

mento virtutes cernunt, secundum prudentiam (*marg.* imprudentiam) suam divinas lectiones pensitantes, quae tam caute praescriptae sunt. Sicut enim caeci tactu tantum corpora tractant, non decus coloris, non formas, neque figuras, vel quicquam aliud qualitatis testimonium probantes, ita minus docti et inertis animae oculi privantur in sermone narrationis occupati, non scrutare nomina Hebraica, non barbara intrinsecus perpendere possunt ad considerandam altitudinem mentis, maxime cum ipsa narratio conscientiam arguit impunitatis, et medelam suggerit ex aperto. — Quid enim pro frivola esca primitias minori cedit? Ut famulus ventris, vituperator, nullum continentiae zelum sectando, ita altiora intellectu huius dicti veritatis titulos commendat.

ptati carnis, iure conviciis subiiceretur, quippe qui numquam aemulator fuit continentiae. Habet et opinionis [*] locus naturalem quandam rationem historiae elucidandae: siquidem omne, quod coquitur, dissolvitur, ab ea virtute, quam ante habebat, deficiens; cui vitium assimilatur ut conforme, quia id insulsum est et incredulum, quod continentia per rationem*) dissolvit, nervis eius et viribus diruptis.

Cur ait: „Venit Esau de campo derelictus"? (25, 29.)

169. De patriarchis *derelictio* dicitur sicut additio; illi enim derelicta vita mortali in illam vitam adiecti sunt. Verum improbus derelictionem habet tantum, esuriem virtutis potius passus iugiter, quam cibi et potus.

---

*) s. *verbum*, quod tamen desideratur in cod. C. Auch.

Omne enim quod coquitur, amissa virtute, quam prius habuit, dissolutum sit; quod poterat non coctum (*marg.* contactum) nullo subiacere improperio, sed tanquam continentiae statu permanere. Ita prudens concupiscentiae nervos et fortitudinem vitiorum destruit.

Quare dictum est: „Venit Esau de campo deficiens"?

169. Apud quosdam *defectio* adiectio vocatur. Defecta enim mortalitate immortalitas apponitur, pravus tamen pro inopia virtutis, non penuria ciborum aut poculorum defectus dicitur.

Cur ait: „Da mihi gustare de coctione rubea ista, quia derelictus sum"? (25, 30.)

170. Vitiis dedita ignavaque indoles fatetur sapientiae ac prudentiae famem una cum derelictione totali virtutis in genere, atque proinde festinat [*] gustare ex ipso vitio, non minus id putans esse quam virtutem suam, sed contemperatum commixtumque et propendens ad gratum colorem. Vocat autem illud *rufum* sicut germanum et simile vitio suo adiecto: quia maiorem habet impetum rufa atque rubicunda cupiditas, aut quia oportet eos, qui in vitio sunt, erubescere, quippe qui res pudendas tamquam pulchras venerantur.

Cur vocatum est nomen eius „Edom"? (ib.)

171. Vox *Edom* traducta in linguam Latinam di-

Quare dixit: „Gustemus de hac coctura"?

170. Quia defectio, id est amator vitiorum et inertissimus, statim confitetur esuriem prudentiae et extenuationem virtutis, cuius gratia degustare vitium Aeva festinat, qua tam esse coctorum fortitudinem pro illecebris suavitatis allecta (*marg.* adiecta) conditura pro colore sanguineo et familiari vitiorum. Semper enim passivis sequitur confusio, erubescentibus eis, quod pessima bonis anteponat.

Quare vocatum est nomen eius „Edom", quod translatum Graece dicitur rutilum sive terrenum?

171. Proprium vocabulum luxuriosi moris, mi-

citur **flammei coloris** aut **terrenus**, et est nomen ad amussim appositum illi, qui incontinens de more est, qui petit non caelestia divinaque, sed totum terrenum ac corruptibile, carentem vero qualitate, figura, forma, incorpoream que ideam penitus nescit, neque in somno, sed servus est colorum et qualitatum, quibus omnis sensus decipitur.

Quare dicit frater eius: „Vende mihi hodie primogenitium tuum"? (25, 31.)

172. Littera, quantum suspicari licet, indicat aviditatem avaritiae iunioris, [*] defraudare nitentis iura fratris maioris. Verum qui virtutem habet, non est avarus, quia socius est frugalitatis et religiosae abstinentiae atque his potius proficit. Certus itaque factus, quod frequens et immensa possessio superflua improbo occasionem ansamque praebent peccati

---

nus coelestia appetentis, terrena vero et fluxidola petentis et inreprehensibilem vitam ne quidem in somnis cogitantis. Coloribus vero et saporibus subiectum, quibus per omnem sensum opprimitur.

Quare dixit: „Vende primitias tuas mihi"?

172. Hoc dictum videtur fraudem insinuare, dum minor iura minoris (*lege* maioris) usurpat. Sed studiosus et parsimoniae amicus non fraudatur, sed profectus eius in hoc invenitur, sciens opes parvorum oportere succidi, ne amplius delictis suppeditantes decipiant animam, sed auferatur potius occasio omnis nostra malorum, et est utilissimus pro me-

et iustitiae (s. iusto soli)*) sunt necessariae, magis expedire aestimat materiam illam, quae ignis magis succendendi causa est, auferri ab improbo velut ab igne pro morum in melius mutatione; quae non nocet (s. non est noxa, damnum), sed magnum emolumentum parat illi, qui putat se damno affici. Littera haec est. Ad mentem vero sciendum est, quod non de brutis animalibus neque possessionibus vel fructibus carpendis esse sermonem sapientis legislatoris potius, quam de animae statu. Siquidem ex natura primogenitus maiorque natu est actus secundum singulas virtutes, quas quidem commutat (s. mutuatur) et pravus ipse ob multorum opinionem; non enim adeo quisquam insanivit insensatorum, ut promitteret malum esse (velle). Dicit ergo ei: Noli omnem veritatem mendaciter aut velut in spectaculo deridendo deturbare, sed fatere iam, quod tibi infamiliaris, vix genuina, sed aliena possessio est vir-

*) Priorem lectionem fert cod. A, posteriorem codd. CD. Auch.

---

lioratione morum, ita non fraus, sed profectus acquiritur pro detrimento. Altiori sane intellectu scire oportet, sapientem non de animaliis aut praediis vel pecuniis tractare, sed pro constantia animae, quamvis *primitiae* sint et antiquiores singularum virtutum fontes, aquarum etiam pravus pro testimonio existimationis usurpat; nullus enim ita insanus est, licet insipiens, ut palam profiteatur malitiam. Ait ergo illi subtiliter: Noli mentiri, ne tanquam in speculo (*marg.* spectaculo) ficta veritate polluaris, sed confitere iam nunc alienam morum tuorum esse sapien-

tus, a qua abalienatam acturus es vitam, quae tamen familiaris, [*] conveniens et cognata est moribus constantis et virtute praediti hominis.

Cur respondit (ille) hoc modo: „Ecce ego vado mori, et ad quid mihi haec primogenita"? (25, 32.)

173. Aenigma est litterae dictum; nam profecto pravi vita in mortem properat quotidie, cogitans nitensque ad moriendum. Alias non dixisset*): Quid mihi prodest id, quod in virtutem ducit atque felicitatem? quoniam ego, ait, habeo aliud quidpiam eligere et mihi parare: voluptatem appetere, desiderare incontinentiam, lascivire, avaritiam colere, quaeque horum fratres sunt.

*) Vel sic: *Quod si quotidie perpendisset, seque exercuisset de morte, non dixisset,* ubi cod. D detruncat negativum, sic legens: *Itaque dicit.* Ms. autem C non habet negationem in textu, sed in marg. At Lat. Anonymus non contentus una negatione, repeti vult hoc modo: *Nec enim meditando adeo non dixit.* Auch.

---

tiam, cuius extraneus iam factus es. Haec enim proxima et propria est prudentibus viris.

Quare ita respondit: „Ecce ego pergam mori, et ad quid mihi primitiae istae?"

173. Eloquium dicti probatissimum est. Revera enim vita pravi ad mortem festinat per singulos dies. Nec enim meditando adeo non dixit: *Ad quid mihi primitia,* quae dirigunt virtutem et beatitudinem? Utquid mihi habeo enim praerogativam libidinis et luxuriae, et quaequae horum similia videntur.

Quid est „Contempsit Esau primogenita"? (25, 34.)

174. Legislatura haec quoque est divinitus tradita cum anteriore concordans. Quoniam contemnit respuitque sicut sapiens res pravi, sic et pravus sapientis consilium, verbum et factum*): [*] fieri enim nequit, ut concentus ex harmonia et disharmonia sit umquam.

Quare „facta est fames super terram, omitte famem priorem, quae fuit in temporibus Abrahae"? (26, 1.)

175. Aequum est quaerere, cur adiiciat *super terram;* nam ubi alibi fames accidit nisi super terram? non enim convenit dicere: in caelo. Sed fortasse allegoriam prae se fert locus: quippe quod terrenum

*) Hunc ordinem commodiorem habet cod. D; AC: *factum et verbum.* Auch.

Quid est „Depravavit Esau primitias suas"?

174. Divinum responsum consonat priori. Derogat enim et pravus studiosum, ut solertiam strenuus pravorum spernere facta. Impossibile est enim consensum invenire et intemperantiam (*marg.* ex intemperantia).

Quare fit famis super terram, prae famem ante factam temporibus Abraham.

175. Utquid adiecit et dixit: *super terram?* Digne scrutandum est. Ubi enim alibi contingere potest, dum nefas caelum dicere huiusmodi contagio laedi? Sed forsitan allegorico more loquitur. Ter-

circa nos corpus est, in quo quum inhabitet anima virtute praedita ac purgata, famem non cibi potusque, sed iniquitatum facit. Fames autem distinctae sunt: prima ineruditionis ac indocilitatis penuria in proficiente et perfecto per disciplinam et doctrinam. Verum his superior est corruptio (vitiorum) praeter naturam, in possidente virtutem ex natura, sine nixu et exercitio, per facultatem quandam per se discendi et audiendi. Utrumque bonum et omnis prosperitatis felicitatisque res sanae menti iucunda et gaudii plena.

[*] *Quid est „Ivit Isaac ad Abimelech regem Philistaeorum in Gerara"?* (ib.)

176. Littera evidenter demonstrat viae se dare. Ad mentem vero inquisitionem postulat certiorem,

---

renus enim sensus circa nos corpus est, cui cum pura et sobria mens penetraverit, famem non ciborum, sed iniquitatis operatur. Perinde differentia est inter famem et famem. Prior enim indocilitatis penuriam fecerat, promoto et perfecto per eruditionem et doctrinam viro. Novissima vero dissipavit ea, quae minus apta videbantur: naturaliter enim et sine doctrina virtutes acquiruntur obediente fortitudine. Ita utraque famis abundantiae et frugalitatis meliores ac laetiores (*marg.* lectiores).

Quid est „Perrexit Isaac ad Abimelech regem Philistim in Gerara"?

176. De dicto clarum est. Profectionis signum scrutatu autem diligentiori plus invenitur, et am-

quam enucleamus per interpretationes nominum. *Abimelech* sonat pater rex, et *Philistaei* alienigenae, et *Gerara* septum.

Cur dicit ad eum oraculum: „Ne descendas in Aegyptum"? (26, 2.)

177. Manifestum est verbum, nihil obscurum vel occultum continens in se. Allegoria ergo sic utendum est. *Aegyptus* explicatur angens: nihil enim aliud sic vexat angitque animum, sicut cupiditates et illecebrae voluptatis, tristitia et timor. Perfecto autem et conversanti ex natura in felicitate virtutis plenam perfectionem proponit sanctum verbum dominicum, nullo modo descendere deorsum in cupiditates, sed apathiam laetabunde sibi conciliare, vale omnino iis dicens. Iis autem, qui mediocres

---

plius panditur nominibus interpretatis. *Abimelech* enim paternus rex est, *Philistim* alienigenae, *Gerara* spes (*lege* sepes).

Quare ait illi eloquium divinum: „Ne descendas in Aegyptum"?

177. Pro tam certo oratorio dicto nihil obscurum videtur. Morali tamen discussione ita sentimus. *Aegyptus* interpretatur deprimentes. Deprimit autem et occupat mentem concupiscentia, tristitia, metus. Perfectio igitur felicitati naturae pollicenti excellentiam suggessit sermo divinus, nec in foveam vitiorum descendat, sed potius vegetat integritate mediocritatis suae contentum esse; quamquam sunt

vel temperati sunt, mediocritatem refert ac exhibet; quia ob infirmitatem id ultro acceptant, minime audentes aut non valentes cum illo sursum ascendere. Qui vero attingunt summitatem et in ipsum perveniunt finem summum, nulli penitus cedunt rerum humi haerentium.

[*] *Quare dicit: „Habita in terra, quam tibi dixero, et peregrinatione habita in ea"?* (26, 2 s.)

178. Peregrinorum et incolarum differentiam enarrat: verbotenus nimirum habitantium in urbibus hominum, re autem animae in suis dispositionibus vix sese uniformiter habentis. Iubet autem sapienti peregrini more habitare in ea, quam tantummodo videat et tangat, terra, et habitare in ea, in qua iubeat oraculum dominicum. Quoniam sensi-

---

nonnulli in isto medio statu durantes pro inpossibilitate fragilitati, qui aut excellunt, paulatim ad summos virtutum terminos accedunt, pro nihilo terrestria reputantes diriguntur in altum.

Utquid dixit illi: „Inhabita, in quam tibi dixero terram. Esto autem incola in hac terra"?

178. Incolarum et possessorum differentia insinuatur: verbo quidem utpote civitatis inhabitantium hominum; opere autem ipso animarum dicit affectum dissimili vita commorantium. Permittitur ergo sapienti incolatus pro spectaculo tantum et actu, inhabitare verò meliora sperare, quae tentorium nanque sensus aliae nostrum corpus est, secundum im-

bile terrenumque, quod apparentiam prae se fert, corpus est nostrum, quo illa, quae in ipso intus principatum exercet anima, si velit pulchrum negotium desiderare, debet peregrinatione habitare, memor metropoleos, ad quam suspiret transmigrare et incolere. Quapropter et animae divini generis legem ponit, admonens et exhortans, in ea constanter habitare. Quae autem civitas sit in aenigmate huiusmodi figurata, nisi virtus secundum legem allegoriae?

Quid est „Ero tecum et benedicam tibi"? (26, 3.)

179. Connexionem ordinemque harmoniae demonstrat inter se invicem [*] apte conciliatas in divinis oraculis. Siquidem dei cum hominibus concordia benedictionem bonamque eloquentiam*) ne-

*) Ludere videtur auctor Graecis vocibus εὐλογίᾳ, quae est benedictio seu bona locutio, et ἀλογίᾳ, carentia verbi vel rationis. Auch.

morantem in eo animam, quae sibi benivolentiam sectatur, pro advena habetur, memor matris civitatis in qua transmigratur, aforet etiam de qua divinus spiritus decernit et hortatur firmius illic habitare. Quae est autem digna civitas solertissimi viri, nisi ipsa virtus secundum eloquentiae titulos murata?

Quid est ergo „Tecum ero et benedicam te"?

179. Responsum divinum subsicivam continet cohaerente consequentia. Dei enim comitium bene-

cessario affert, sicut et ex opposito discessus (dei) privationem verbi (s. rationis): quoniam maius malum animae insipientia et dementia non est, propria sibi mente quum caruerit genus rationale.

Quid est „Statuam iuramentum meum, quod iuravi cum patre tuo"? (ib.)

180. Primum illud dicendum, quod dei verba nihil differunt a iuramento. Et in quem sane iurat deus, nisi in se ipsum? Iurare autem dicitur ob nostram imbecillitatem, quippe qui putamus sicut apud homines distingui verbum a iuramento, sic etiam apud deum esse. Quia vero felix est et propitius, non secundum maiestatem suam iudicat ea, quae facta sunt, sed iuxta eorum (pusillanimitatem). Secundo autem vult laude celebrare filium, quasi vero

---

dictionem et complacationem paratissime praestat: ita per absentiam maledictionem, quia malum magnum insipientia eloquentiae inimica.

Quid est „Constituam iuramentum meum quod iuravi patri tuo"?

180. Unum illud interim dicetur, quod dei verba iuramentorum fortiora. Vel in quem iuravisset deus nisi in se? Dicitur tamen iurare post nostra infirmitate. Existimamus enim iuracula hominum fortiora esse verborum. Deus vero beatus et propitius, non secundum suam magnitudinem iudicat, sed adversus generis possibilitatem. Vult sane lau-

paterna sit dignus libera nobilitate; non enim firmiter construxisset ipse orationem a patre factam cum iuramento propter filium, nisi in isto eandem virtutem contestatus esset. Cessate itaque, libertatem (s. nobilitatem) secundum se privatim laudantes, discentesque veram [*] a divinis scripturis poenitentiam agite. Hoc enim manifeste docet diiudicare et discernere nobilitatem filiorum, non quod ex patribus potius quam ab avis bonis pullulaverint eoque contenti fuerint, sed quod et ipsi aemulatores sint pietatis eorum. Immo quod absurdum est involuntaria bona laudare involuntariamque generationem, quum non per propriam voluntatem unusquisque nostri factus fuerit; atque voluntarium in nullo ordine recensere: voluntarium autem est melius et boni acceptatio imitatioque.

---

dare filium paternae generositatis dignum. Ita enim confirmentur filio paternae foedens*) oracula, cum similis eius gestorum virtus autori commendatur. Cessate nunc, generis nobilitatem laudantes, divinis literis, audita veritate, poenitemini. Instruimur non illos vocare generosos, qui ex bonis procreantur parentibus, sed aemulatores paternae pietatis. Iniustum est minus ultroneum bonum laudare, nec enim per cuiusdam consilium nascimur. Ita enim minus spontanea bonitas pro nihilo imputatur, quoniam spontaneum melioris actus testimonium est, et paterna imitatio.

---

*) *In marg.:* In utroque exemplari paris vetustatis ita legebatur. Credo legendum: *paterni foederis.*

Quid est „Multiplicabo semen tuum tamquam stellas caeli"? (26, 4.)

181. Duo designantur, quibus universorum entium natura consistit: quantitas et qualitas. Quantitas in illo *multiplicabo,* qualitas autem in isto *sicut stellas.* Sic nempe nitidi fulgentesque (sint filii tui) atque constantes in ordine collocati et obsequentes chorago; simul autem ita se habeant, sicut luciformes (stellae), plenis undique splendoribus micantes caeteraque omnia illuminantes.

[*] *Quid est „Semini tuo dabo omnem terram hanc"?* (ib.)

182. Littera patefacit propriam legis sententiam, secundum quod dicitur: Solus sapiens dives, et omnia sapientis esse. Ad mentem vero, concedam,

---

Quid est „Multiplicabo semen tuum sicut stellas coeli"?

181. Utraque hic promuntur, quibus natura universitatis constat: pro censu quantitatis atque qualitatis. Pro uno enim dictum est *multiplicabo,* pro altero *sicut stellas coeli.* Ita puras et splendidas et insignem sortitas ordinem, et suo autori immortabili cursu votus promisit luminosum (*marg.* numerosum) semen filiorum, qui omnes per omnia coelipetas etherios dum hos, aliasque regiones illustrantes.

Quid est „Dabo semini tuo omnem terram istam"?

182. Dictum declarat, utpote dei decreto pronuntiatum, quod solus ille ditissimus est sapiens, et omnia eius esse. Ad intellectum vero: Donabo tibi

ait, tibi totam substantiam terrenam ac corporalem tamquam principi subditos servos; volo enim te non proventum colligere nec tributum exigere, quae immoderationes aviditatesque cupidinum decernunt, sed regis more ducem ac principem esse, ducere potius quam portari.

Quid est „Benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae"? (ib.)

183. Littera tam symbolica quam manifesta est. Ad mentem vero allegorice sic accipe. Omnes gentes imae huius terrae sunt in nobis et singuli sensuum, qui utcumque sunt, in singulas cupiditates coalescunt. Meliores ergo isti fiunt, quando sequuntur talem praefectum, rectorem tutoremque, qui sit iuxta poetam *Duplici dote, rex optimusque, pu-*

---

omnem censum terrenum, ut principatum quendam subiectum. Volo enim te non ex hac opes flatare vel foenora exigere, ex intemperantia vitiorum acquisita, sed loco imperatoris praesidentem universa subiecta habere nemini subiectum.

Quid est „Benedicentur in nomine tuo omnes gentes terrae"?

183. Pensa declaratione dicti intellectus altior huiusmodi est: Omnes gentes figuras esse terreni corporis nostri, quorum per singulos sensus singula vitia nascuntur; meliorantur vero sobrium sortita praesidem, utraque recte regentem secundum Poeticum carmen: *Rex benivolus artifex est.* Fiunt autem

gnacissimusque lance armatus).* At in malum recipit mutationem, quando princeps mens demutetur in subditum obedientem, atque aurigae [*] turpis instar impos retinendi impetum arrogantiamque equorum ex vi cursus eorum praeceps feratur.

Quare dicit: „Pro eo quod obaudivit pater tuus et custodivit praecepta mea et mandata mea, iura mea et leges meas"? (26, 5.)

184. Omnia mea haec sunt, ait, quia boni et virtute pollentes dei virtutibus familiares sunt; unde accipiunt tamquam a fonte et pauci numero homines, illi videlicet, qui recta disciplina pulchre incedunt et sapientiam genuine optarunt. Ex quatuor autem rebus notatis primae duae ponuntur ut deo consecra-

*) Homer. Ilias 3, 179.

---

peiora, si princeps auditoris mali mores sectetur severissimi agitatoris, qui impetum equorum retundere non praevalens vehementia velocitatis suae obruitur.

Quare dixit: „Pro eo quod audivit pater tuus et custodivit praecepta mea et mandata mea et iustificationes meas"?

184. Haec mea praeclara bona divinae virtutis domestica illis destinantur hominibus paucis vel plurimis pro donis, qui plura disciplina sapientiam et iustitiam synceram sectantur, quorum spes praeponitur in autorem peractis *mandatis* atque *praeceptis.* *Praecepit* enim ut autor his qui absque timore

tae: *praecepta et mandata;* quoniam *praecipit* sicut princeps iis, qui sine terrore non facile obaudiunt; *mandat* autem sicut dilectis (amicis), precantibus et credulis. Secundae vero duae, *ius et lex,* virtutes sunt erga homines, quibus etiam convenire dixeris leges et iura (sancire), aut potius magnam habere curam*). Distinctio est et inter haec: *ius* enim potest exsistere atque constare natura, *lex* autem positione; atqui maior natu est partus naturae, quam positionis, ergo et ius, quam lex.

[*] *Cur dicit, quod „Habitavit Isaac peregrinatione in Gerara"?* (26, 6.)

185. *Gerara* sepes audit, quam allegorice sumptam dicimus esse inanem inutilemque opinionem de corpore deque rebus extra id caecе fictis: in hoc

*) s. ita: *Convenit autem multam habere diligentiam, quia distinctio est etc.* Auch.

---

non facilius obtemperant, *mandat* vero supplicibus suis ut amicus. *Iustificationes* vero et *legitima* hominibus destinantur nimiae providentiae plena. Legis vero (*marg.* nanque) naturali *iustificationes* pertinent, *legitima* vero adoptivae ita lex erit iustitiae et iustitia legis.

Quare dixit: „Incolaveritis, ac incola Gerara"?

185. *Gerara* interpretatur maceries, quam per allegoriam dicimus esse factum (*marg.* statum) eorum, quare circa corpus et extra corpus vana et igneas (*marg.* inanes) glorias figurantem huius maceriae

enim septo qui habitat (sicut incola), miser est, multis serviens crudis durisque dominis, a quibus minas sustinet, pecudum more deceptus a minime bonis tamquam ab omnium optimo. At *peregrinus* spe quadam depicta totalis suae libertatis, necessariis contentus est; quare facile elabitur ex sepe laqueisque, quae in ea sunt.

Qui sunt „viri, qui interrogabant eum de uxore sua“? (26, 7.)

186. Singularum animae partium familiares sunt cogitationes tamquam incolae: sicut rationalis ad sapientiam et insipientiam respicientes; et irascibilis, quae secundum fortitudinem et ignaviam; et concupiscibilis, quae secundum sobrietatem et lu-

---

habitator non sine aerumna plurimis serviendo discretis dominis, quorum minas tolerando tanquam pecus infructuosa spe occupatus, quae nullius momenti sunt ut prima potire (*marg.* potare) cogitatur. *Incola* vero spem sibi recondit futurae libertatis, contentus ad tempus necessitati, cuius spem facillime effugiet cum illecebris eius.

Qui sunt illi viri, quos Scriptura meminit.

186. Singulare sumet animarum petes*) cogitationes sunt quasi habitatores: ut puta partem eloquentiae promeritis sapientiae vel insapientiae, partes iracundiae pro virtute aut trepidantia, pars con-

---

*) Alias: *Singularum animarum partes.* In marg.

xuriem; nutritivi vero, quae sequuntur cibum potumque; et sensualis, quae secundum singulos sensus fruitionem et voluptates novas quaerunt, ut inveniant. Verum et septi [*] locus ipse quoque viros habet sibi proprios, cogitationes inquam adhaerentes corpori et iis, quae extra corpus sunt; ideoque corrumpere ac contaminare aggrediuntur mundam et illibatam naturam.

Quid est „Fuit multo tempore ibi"? (26, 8.)

187. In locis peregrinationis degere multi temporis censetur, etsi unius diei sit, secessus animi contemplationis studiosi deique amantissimi. Qui vero loco et tempore caret, optimus est; quoniam fratres sunt locus et tempus, simul creata simulque incedentia.

---

cupiscentiae pro pudicitia et luxuria, et quidem nutritorius panis cibus et potus exigitur, singuli quoque sensuum singula delectamenta requirunt. Maceriae tamen habet locus proprios habitatores suis consiliis inter perversos (*marg.* interpensos) pro spe corporis et extra corpus. Inde etiam violare conantur puras et immaculatas mentes.

Quid est „Factus est longaevus illic"?

187. Incolare diuturno videtur pro diuturno intervallo, deo amabilis anima et deo dedita. Quaeque autem sunt extra loca, et meliora sunt et sine tempore; locus enim et tempus germana sunt et simul substituta et pariter agitata.

Quid erat ludus, quem porrectus Abimelech per fenestram vidit Isaacum ludentem cum uxore sua? (ib.)

188. Littera conversationem mutuam indicat legitimi viri cum uxore. Ad mentem vero illud adaptandum erit, quod non omnis ludus contemnendus est. Aliquando namque nobilis atque laudabilis est, quandoquidem signum est innocentiae et sinceritatis puri convivii cordis, quia simplex et infraudulenta aetas ludentium (puerorum) est: [*] unde et puer (ac ludens*) in Gr.) primum nomen cepit, ex quo secundum usum receptum et perfectorum iucunditas grata et honesta vocatur paedia (relaxatio animi, ludus, iocus), cuius imparticipes et nullatenus gustantes reperiuntur mali et lascivi, tristem ac dolorosam vi-

*) Alludit ad Graecas voces *παῖς*, *puer*, *παίζων*, *ludens*, sicut et paulo post *παιδιά*. Auch.

Cuiusmodi lusus videtur, quem prospiciens Abimelech de fenestra vidit Isaac ludentem cum uxore sua Rebecca?

188. Ex dicto quidem coitus insinuatur viri ad uxorem. Per intelligentiam vero aestimamus non omnem iocum vituperabilem; est enim et necessarius pro auspiciis innocentiae, simplicitatis et purae iucunditatis. Nec enim vexat astutia puerilem aetatem. Unde etiam puerorum nominatio et lusus similat in Graeco. Superveniente autem perfectorum delectatione facile transiguntur. Est etiam in ipsis iocositas, cuius elongantur malivoli mores, tristem vitam petentes et anxiam. Studiosi vero praeterea delectantur in bonis operibus semper, non tantum

tam agentes. Virtute ornati vero omnes fruuntur laetabundi semper, tum homines vel coniuncti aliquo modo cum mortali corpore spiritus, tum soluti separatique secundum finem, aut nusquam colligati; nec non daemones (sacrati), quos sacro Moses verbo *angelos* solitus fuit nominare, et stellae: quum enim isti (s. istae) quoque intellectuales tamquam mirabiles divinaeque naturae sunt, non mixtam tristitiae aeternam acquisitam habent laetitiam. Itidem universum caelum et mundus, quoniam animal est et rationale et animans virtute praeditus et natura philosophus, atque eandem ob causam tristitia et timore carens plenusque gaudii. Immo dicitur, quod et ipse pater et creator universorum perpetuo in vita sua exsultat et ludit, gaudens condecente divinum iocum iucunditate, nec opus habens ullius nec ullo

---

homines semoti malorum, sed etiam animae disiunctae corporibus, aut sine nodo corporis liberae, praecipue daemones, quos religiosus Moses *angelos* solet nominare. Ipsaeque stellae, in quibus intelligibiles et divinae generantur et immixtae, vel potius semotae tristitiarum formae terrenae laetitiae a pace similiter et omne coelum et mundus (*marg.* omni coelo metuendus), quia animal est et rationabile, et animal insigne, et philosophia plenum, ideoque sine tristitia, sine timore, plenum potius libertate. Dicitur quoque etiam pater et curator universitatis semper digno suo lusu delectari. Delectatur enim in splendore virtutum et creaturarum suarum universitate. Invisibili ergo exemplari ex incorporalibus

modo indigens, sed ipse in se ipso laetificatus atque in suis virtutibus mundisque a se conditis. Invisibilis vero [*] illius ideae, quae indicativa est huius compaginis, incorporearum specierum mensurae hae sunt, omnes illas esse in similitudine formaque invisibilis (creatoris). Iure itaque sapiens summam rerum ratus ad deum similitudinem, quantum fieri potest, creatum increato et mortalem immortali iungere nititur, nihil deficiens vel in exsultatione ab eius similitudine. Quamobrem ipsum quoque ludum immutabilis solidaeque virtutis exercet cum Rebecca, cuius nomen perseverantiam (s. perpetuitatem) exprimit. Huiusmodi vero iocum sive iucunditatem animae malus quilibet nescit, quia non habet connuptionem cum mira voluptate. Proficiens autem tamquam per fenestram vidit quidem, sed non

---

figuris constituto, merito mensurae universorum in ipsius visibiles sunt pro imitaculo verae atque syncerae supernae imaginis. Quapropter sapiens finem perfectum aestimando assimilare deo tunc capit nascibilem innato coniectum, festinat non deesse huius similitudinis et iucunditatis, cuius causa de re dicitur, cum firma et indeclinabili similitudine, cui nomen Rebecca est, perseverantia interpretata, aut pro sempiterna hilaritate anima delectatur. Hanc portionem nullus habebit malorum, non aptus fit nuptiis religiosae ac piae suavitatis, munus tamen tanquam de fenestra prospicit quidem, non tamen purum sentit utrorumque iugum (*marg.* iocum), cuius mens dubitat citius (*marg.* acutius) cernere meliora; solet

totum sive utriusque (ludum) singulariter purum*): ad quod acutissimi oculi opus est diu assuefacti, etiam quae in consuetudine sunt cernere**).

[*] *Quid est „Seminavit in anno illo, et invenit centuplicatum hordeum"?* (26, 12.)

189. *Annus* tempus est perfectum, ex cunctis anni temporibus constans: unde nominatur (Graece ἐνιαυτός) *in se extraque se ipsum* †). *Centenarium* autem numerorum est sacratissimum, denarii perfectissimi vis. Littera itaque testimonium quoddam

*) Sensus talis mihi videtur. Verba autem sonant: *et utriusque solius (s. tantum) minime mixtum (s. mixta).* Auch.

**) Sensus erit: Neminem posse communionem cum deo comprehendere, nisi ipse unitus fuerit cum deo. Vel: Neminem posse cernere, qui assuefactus est solitas tantum res videre. Auch.

†) s. potius: *inter se, infra se ipsum,* unde cod. D legit: *extraque in se ipso.* Auch.

---

enim suam consuetudinem pro plenitudine laudis accipere.

Quid est „Seminavit in illo anno, et invenit centesinarium hordeum"?

189. *Anni* tempus perfectum ex omnibus anniversariis momentis constat, cuius ex nomine intelligitur *apud se et infra se* omnia habere. Sanctus etenim numerus est *centenarius,* de decimatione composita virtus, dicto perfecte testante, studiosum et in cultura et in omni vita posse dirigi, semperque eius

est, quod virtute ornato tam ea, quae secundum agriculturam, quam quae ad usum vitae mundi pertinent, bene accidunt, et quod posteriora eius multiplicius anterioribus et plenius reperiuntur. Ad mentem vero *hordeum* tam hominum, quam brutorum animalium est cibus; in singulis autem nostri homo est mens et brutum sensus. Quando ergo non supervenerit sterilitas bonorum, sed exhibuerit anima se ipsam sicut agrum fertilem, semen concipere valens virtutis, ferax redditur atque visa generare iuxta singulas virtutes, invenit plus eo, quod generat*), deo favente et adaugente atque ex invisibili in visibilem et aliam formam benefice transvehente rationalem partem et irrationalem, una eademque gratia secundum numerum perfecti centenarii, qui est ex sancto principio denarii principium perfectius et sanctius.

*) s. *invenit potius ea, quam generat.* Auch.

---

germina ampliantur plus quam pridem. Intelligentia subtilior. *Hordeum* hominibus et animalibus esca est, nobis autem mens homo, sensus anima. Cum ergo rerum frugalitas deerit, praeparat anima se, utpote seges optima, et fit capax abundantiarum virtutis, et germina benevolentiae multiplicantur, deo palam proferente certa ex invisibili suo thesauro, ut utraque res beneficia sentiat, persona videlicet atque rationabilis, per unam eandemque gratiam perfectae divinitatis, quae est primitiva numeri sanctioris.

[*] *Quid est „Procedens maior fiebat, quoad usque magnus factus est valde"?* (26, 13.)

190. Quum littera manifesta sit, quod ad mentem aspicit, scrutandum erit. Ex perfecto numero annum ipsum in se comprehendente, manifeste profectum augmentumque mentis conformans, iuxta primum gradum historiam texit. Quando autem primam accipit magnitudinem, quid ultra de non factis*) disquirat (s. deinde ea quae de non factis aut insontibus disquirit)?

Cur „(puteos) quos foderant servi patris eius, obstruunt eos Philistaei et implent"? (26, 15.)

191. Littera proponit duplicem causam: unam et primam, quia inconsultorum mos est, nec colu-

*) Ita Ms. C, sicut et A in marg. *non factis;* at A in textu et D una cum C in marg.: *peccato carentibus* s. *insontibus.* Auch.

Quid est „Procedens maior fiebat, quousque maior factus est valde"?

190. Certo existente oratorio dicto, intellectus ita examinetur. Certum est secundum similitudinem perfecti numeri et omnia continentis, anni prudentiam crescere, primo interim gradu provectam. Cum autem inceperis ampliare, iam non pro nascibilibus, sed pro incomparabilibus mente occupantur.

Utquid haec quae foderunt pueri patris eius, dissipantes obstruunt Philistinenses?

191. Germinam nuntiat causam lectio: unam qua parvis (pravis) mos est nullos titulos insignis

mnas neque monumentum, qualecumque sit, sinere manere bonis ad felicem gloriam contendentibus; alteram vero eam, quia instigati livore invidiae ob eorum nimiam prosperitatem pessumdant et suum emolumentum, melius aestimantes damnum potius sustinere, quam a caeteris, quos nolunt, aliquid boni invenire. Quid enim impediret, quis dixerit: O omnium stultissimi, fontes intactos relinquere, quos alius invenerit, ut etiam succurreret vestrae necessitati. Caeterum respondens [*] aliquis dicat: Noli quaerere ab invidiosis rationem libertatis*), qui pro damno censent gratiam a probis largitam. Littera haec complectitur. Quod autem ad mentem attinet, quaerendum. *Putei fossi* symbola sunt disciplinae et intelligentiae; profundus autem est unusquisque eorum et finis proprius est, ut potus sit sitientibus.

*) s. *apologiam generosam.* Auch.

---

memoriae relinquere, quod benivoli pro capessenda gloria student; secunda, pro invidia et livore prosperitatis communem despicientibus utilitatem, malentes laedi potius quam sentire beneficia. Nemo vetabit fontem, o stolidissimi hominum, bonis provisas in usu, quodque indigentiae vestrae proficientes pulsavit aliquis, pro his dicendo nullam extare invidiosis defensionem rationabilitatis, pro dispendio accipientibus optimorum virorum gratias. Sed altae mentis coniectura hoc exposcit, *fossuras puteorum* auspicia esse disciplinarum, quarum singulae altaeque viae finis sitientibus potus est. Escarum (*marg.* Harum) ergo amatores iniectam *obstrusionem,*

Tu autem exquiras ex multisciis obstructores imperitiae, qui abiiciunt sicut onus et expurgant impedimenta ab aliis iam iniecta. Non enim ipse perfectus nunc inductus puteos habet*) in animo, fontes scilicet disciplinae intelligentiae, sed servi, quos condignos ministerio disciplinae suae censuit. Hi sunt, qui modo aggressi sunt disciplinam, et paulatim crescentes altiusque fodentes, usque in finem perveniant. Isti itaque bonis laboribus sese exercentes, perfecerunt, ne aberrent ab ipso desiderio perfectionis. Alienigenae vero vocitati, quos Hebraei Philistaeos appellant, invidentes nostrum progressum, non solum *obstruxerunt* amplitudines (s. liberos transitus), per quas doctrinae sanis pedibus procedunt, sed etiam *terra impleverunt*, terrenis nimirum cupiditatibus quae circa ventrem voluptates sunt, properantes ad impletionem: unde aggravatus ani-

*) s. *inducitur (ad fodendum), qui iam puteos habet.* Auch.

---

quae pro ignorantia accipitur, expurgant per observantiam institutorum. Adeo perfectus huiusmodi fossuras non facit: est enim plenus scientiae, sed pueri quos dignos sui ministerii arbitratur. Sunt autem ii, qui modo eruditioni dantur, paulatim accedentes in altum, quousque attingant in finem. Hi quidem bonum desiderium prosequentes dignum inveniunt fructum. Alienigenarum vero mens pro invidia prosperitatis decipere conatur opportunitatis, quibus doctrinae pro promptis gressibus crescunt, *terram iniicientes*, hoc est, terrenae concupiscentiae

mus ut onere insanit, et ἀφιλόσοφος (insipiens) exsistit.

[*] *Quare Abimelech ad Isaac dicit: „Recede a nobis, quoniam potentior nobis factus es valde“?* (26, 16.)

192. Dirus et malae invidiae exprobrandus simul et caecus profecto est pravus homo. Non enim satis censuit expellere, ad verbum ex urbe, re autem vera ex anima sua eruditum ac sapientissimum verbum, verum etiam cum ratione declarat se invidia laborare, namque dicit: *potentior nobis factus es;* quum aequum esset infirmitatem suam sedare (s. ostendere), propter eam, qua fruebatur (s. ut decebat), prosperam fortunam, et congratulari de vi abundantis possessionis, quia aliqua erant intus in corpore, quaedam extra corpus: quod si potiora quis coniiciat*), omnibus unum frumentum esse convenit.

*) Ad verbum: *amplius autem philosophando.* Auch.

---

pondus, quibus gravata mens premitur et sine philosophia remanet.

Quare Abimelech dixit ad Isaac: „Perge a nobis, quia possibilior nobis factus es“?

192. Pessimum invidiae virus et vituperabile, ita pravus, utpote caecus, disiungere conatur virum prudentem verbo quidem a civitate, ipsa autem re de anima sua cum clausula livoris ingestae. Ait enim: *possibilior factus es nobis,* utpote infirmitatem optando his qui diriguntur, cum possit congratulari melioribus, et in utrisque proficere, maxime philosophiae titulis, quorum omnes unanimes esse oportuerat.

Cur obstructos puteos rursum fodit? (26, 18.)

493. Ad litteram, quia natura humanus, benevolus et indulgens est sapiens, nullius omnino memor malitiae, sed devictis hostibus aequum ducit bonum facere potius, quam damnum. Ad mentem vero, quoniam hoc est opus studiosi contemplationis, cuius etsi ad tempus [*] exiguum obstruatur mens, advectis in eum quasi luto coenoque mundi, occupationibus ingentibus immensisque, curat eiicere eas et leviorem se reddere, ut iterum valeat sursum aspicere et sine obstaculo radios luminis sapientiae videre.

Cur eadem nomina ponit puteis, quae pater suus indiderat? (ib.)

494. Littera pietatem patefacit erga patrem, et

Utquid obstrusa putea rursus effodit?

493. Spontaneae clementiae et humilitatis prudens, nulla detentus saeva memoria, superare dignatur adversarios: non mala pro malis, sed per beneficia. Sensus tamen alterior hoc advocatur mens deo dedita, licet ad tempus decipiatur supradictis quibusdam molestiarum ponderibus, coeni vice inquietantibus et occupantibus, exportare eas et revelare novit, ut interim possit pristinos sapientiae splendores sine ullo impedimento recuperare.

Utquid eadem vocabula posuit puteis, quae etiam praeter (lege *pater*) *eius?*

494. Aemulus paternae pietatis honorem sibi re-

honorem adhibet opere suo labori eius; qua de causa et ipse in repurgationem exfossionemque properavit, ne ab incolis regionis semper invidiam lucraretur: alioquin consequens erat, quod is, qui cedit operae, simul abstineret se etiam nominibus*). Unum itaque hoc est. Alterum vero dicendum, quod amori proprio inimicus est sapiens, amans amore dignas iustitiam et veritatem, quarum utramque evidenter monstravit in iuventute: iustitiam, quia nihil alterius auferens, etsi consulto erat depravatum (opus patris ab aliis), ipse multoties opera data refecit; veritatem autem fatendo, opus ei adscribendum esse, qui prius aggressus est, prout per [*] nominum impositionem denotans fabricationem ipsam. Id probat etiam mens egregia; nominum enim positores in-

*) Exsurgit et contraria sententia vera: *ergo consequens erat, quod, qui cederet operi, similiter abstineret se a novis nominibus.* Auch.

---

ferens per (*marg.* simul pro) operis industria, et fossatim purgare sollicitus est, ne omnino praevaleat invidia in terram eorum. Inde consequens erat, procedentem in operibus etiam nomina confirmare. Illud quoque dicetur, quod semetipsos amantibus studiosius, inimicus videtur qui diligere solet merita digna iustitiarum et veritatis, quas utrasque sectatur amator integritatis, nihil auferendo alienum, licet diu obolita ipse nimio sudore potuit invenire. Veritatem vero in omnibus imitando, et paternam operum constitutionem nominumque firmitatem, quibus etiam mens cautior nuntiatur. Proprietates enim nominum a sapientibus positae ipsarum rerum indices

dubie sapientes sunt, ponentes sane nomina rerum declarativa, quibus tamquam ex speculo tam proprietates rerum apparent, quam figurae evidentiores. Priora itaque repetens dico, quod quia eruditissimus pater appellaverat, contentus et ipse fuit nominibus ab initio inditis: novit enim, quod, si mutasset nomina, commutaret etiam res ipsas. Quemadmodum se habent etiam figurae geometricae; quia si singularum ex ipsis propriam appellationem quis mutare velit, mutabit et subiecti *) naturam.

Cur in valle Gerarorum (erat) puteus? (26, 19.)

195. *Gerara* explicatur peregrinatio**); hoc autem symbolum est et [*] duplicem prae se fert ra-

*) Cod. C: *subiectam.* Auch.

**) Alibi dixerat: *Agar* interpretatur peregrinatio, et *Gerara* septum. Auch.

---

sunt, tanquam de speculo declarantes suarum formarum conditiones. Inde patri directa singulorum vocabula sufficere certus, praevidit ne imitatis (*marg.* mutatis) nominibus imitationem (*marg.* immutationem) res capiat, ut solet in geometriae figuris, quarum singulae suis vocantur momentis, quas si quis mutare voluerit, mutatur etiam sensus natura.

Utquid in valle Gerarae putei esse dicuntur?

195. Interpretatur *Gerara* incolatus. Hoc auspicabile dictum gemino sensu nanciscendum. In-

tionem. Quoniam qui peregrinatione habitat alicubi, vel acceptat res eorum, apud quos peregrinatur, vel abalienatur. Acceptatio itaque est puteorum obstructio, quam fecerunt alienigenae, deturbantes proborum animorum nomina: Abalienatio vero refossió et repurgatio est, simul attracto animo a rebus consuetis in profunditatem intelligentiae disciplinae inque labores studiosos, quibus rursum [*] inveniuntur (perdita). Quare et vallis similis est peregrinationi: quia ille, qui acceptavit secundum consuetudinis errorem, aufugit et in humili vallisque situ iugiter ambulat; qui vero super eos surrexerit, sursum ascendit et dividitur ad magnitudinem virtutis. Quum autem primum revolvet in se quartum numerum, quem quaerit cupido animo, [*] abiecta valle una cum tribus puteis, abscedat: unum abiiciens, quia insidiarum locus est et laquei suspicionisque, caeteros autem, quia prae se ferunt au-

---

cola enim aut consentit habitatoribus aut alienatur. Dum ergo consentit, obstrusio pares boni pectoris. Alienatio vero purgationis insinuat auspicium, dum exhortatur anima ex usitatis, in altitudine disciplinarum ministrare: ideo maceries incolato comparatur; conspirando enim consuetis locorum fallaciis, novitio, humili et valloso statu perdurat. Demigrare autem cupiens, erigitur ad titulos virtutis, in quibus si sollicitus fuerit, iam quartum requirit titulum, pro his quae desiderat, et derelicta valle cum trinitate puteorum egreditur expeditissime, separatus ab insidia et ambiguitate. Revera enim offendebat eru-

gmentum (rixae) et vilitates tribulationesque, minime vero naturam laboris et doloris expertem ...*).

*) Si integri crederentur codd. Armm. (ut quodammodo persuadere poterat continuatio numerorum s. capitulorum), dicendum esset, quod solitis sibi obscuritatibus exponere satis duxerit auctor hoc numero ea omnia, quae habentur Gen. 26, 19-35. Verumtamen teste Latino Interprete anonymo lacuna est in nostris codicibus, quam supplevit nobis idem Lat. Interp. istis quae sequuntur infra 11 paragraphis. Auch.

mnis detentus miserrimis, titulo infatigatae et minus laboriosae libertatis.

(*Sequentes* 11 *paragraphi desunt in Arm. eaeque sunt vel commixta vel pura Lat. Anonymi argumenta.* Aucher.)

Quare in primo dimicantur, secundo iudicantur, in tertio cessant. Et primum vocatur iniuria, secundum inimicitia, tertium spaciositas? (26, 20-22.)

1. Haec pignora sunt industriae utpote aliquo in studiosam inducto disciplinam. Est enim dimicatio, dum amatores doctrinae ad institutores conferunt opponentes magistros torpori animae. Cum autem fuerit obstinatissima perseverantia et studiosa exercitatio, iam non litigium, sed iudicium est, cessante laesura congrue rationis est altius examen requirere. Provecto nanque amatore disciplinarum, infirmantur alienigenae moris eruditionis abdicato litigio atque iudicio, ac per hoc merito prima momenta pro iniuriis, accepta sunt. Patimur enim iniuriam desiderantes, amor obtinet firmitatem. In secundo autem inimicos sentimus eos, non praevalentibus nocere alienigenarum moribus, inanem exaggerantibus inimicitiam. Tertia igitur spaciositas et quia perfecta melioratio confusionem affert inimicis; inanis enim revelata est et pravitas iniuriarum, et inimicitiarum insolentia.

Quid est „Ascendit inde ad puteum, sed suspensum"? (26, 23.)

2. Qui enim adhuc docetur, licet promoverit et creverit, nihilominus religionis moras sortitur. Cur autem perfectis approximaverit, altiores facit commemorationes. Ait enim: Puteus quaterni numeri, et in ipso numero fallit*). Puteus enim iuramenti filia septima est, quod Hebraice legitur Bersabace Berfilia Sabeae septima. Iam pervide quanta est unitas in mathematico tractatu, et hic in prioribus translatis libris ex aperto dicente Philone quarta in omnibus corporibus et incorporalibus preciosa est pro numero quidem qui accensus est decem: in figuris autem quod secundum eam soliditatis natura constat, post signum et elogium, secundum Musicos vero omnes armonias continet, quadralitatem pertinacitate, in dimidialitatem et per omnes in duplicitate, et bis per omnes in quadruplicatione haec inquit in incorporalibus. Corporalibus vero elementa mundi quatuor totidem anni momenta, debuit prius corporalia pandere, postmodum incorporalia. Hic enim ipse pro incorporalibus prosequendo coitum viri et mulieris quatuor habere vices, quod turpissimum est interpretare, ne forte quidam servi dei amatores esse eorum existiment. Videtur mihi Philo ritum Iudeorum sectavisse, linguam imprauisse. Si enim septimum composuisset, viginti et octo metas pacis invenisset. Denique post momenta lamentationis titulum pacis enixa est Bersabee. Quapropter inquit Moses, laudando quartum numerum sanctum et gloriosum protestatur. Utquid autem iuramentum dicitur, in opere ipso declarabo post modicum in familiari capitulo, totus liber translatus nihil tale continuit, sed coetus (*marg.* coactus) effugere conatur.

---

*) *In marg.:* Verba sunt interpretis, quisquis hic tandem fuerit.

Utquid in nocte dominus visitatur, et ait: „Ego sum deus patris tui; ne timeas, tecum enim sum“? (26, 24.)

3. Familiarissimum tempus animae speculatoriae, nox vagis erroribus meridianis, et vanis aspectibus liberata, ac per hoc nec metus pulsat, nec vacillat cogitatus absente timore, caret autem timore pacatissima mens, cum divinitati pervigilat perseveranter. Habet tamen lectio necessarium modum, ne quis procerum praesumat facile occasionibus, sed prioris acquirat meritis, digne enim dicendo: Ego sum deus patris tui, generis censuram declaravit. Tecum autem sum pro tua et ipsi vigilantia, cuius causa non indignatur universorum pater indignum visitare eum invisibilis animarum medicus.

Quare Dominus (marg. addit *Deus*) *visitatus ostendit semetipsum deum?* (ib.)

4. Dominus quidem regni et dominatoris nomen est. Deus autem appellatur pro beneficiis, quibus certius manifestatur, quoniam sapientiam non inter subiectos ut rex, sed inter amicos benefaciendo dinumerat. Poterat Philo pluribus invehere, nisi computo uteretur mathematico.

Quare dicendo „Benedixi te“ adiecit: „et multiplicabo semen tuum propter patrem tuum“? (ib.)

5. Spontaneae disciplinae titulus perfectus, ob nullam aliam causam divinam promeretur gratiam, nisi pro se ac pro suavitate. Iuvenior autem moribus et adhuc erudiens non propter se, sed pro meritis provectae doctrinae, cuius sapientia pro principali exemplo discentibus praeponitur, ad nanciscendam spem meliorum. Possunt enim hac aemulatione parentibus similare.

[*] *Quare aedificando illic altarium, non obtulit sacrificium, sed invocato nomine domini fixit tabernaculum suum?* (26, 25.)

6. Sacrificia prae omnibus bonis sine sanguine, et victima animalium pronorum participatio sapientiae alienarum esse credunt, qui puro pectore placere deo desiderant, cuius gratia sufficere credit invocationis autoris virtutem, qua princeps atque dominator est universitatis, nullius egens. Ita illic figere dicitur tabernaculum suum, suam nempe virtutem, in qua puritas illa animae inhabita commoratur (*marg.* inhabitare commemoratur), firmiter sciens, dominum universorum principem sine ulla esse penuria. O pura credulitas, quae factas pridem frugum centesimas excellit.

Quare post quartam putei fossuram a pueris factam exiit Abimelech ad eum, et Acho (marg. *Acoza*) *thalami praepositus, et Phicho princeps militiae?* (26, 26.)

7. Videntur mihi exploratores potius, quam pro foedere amicitiarum advenisse, in utroque parati ad praelium, si infirmum viderint: ad pacem, si potentiorem. Sensu tamen subtiliori intelligitur quartus, ut tamen in numeris insignis est, in quo constitutus studiosus per omnem felicitatem provehitur. Sequitur tamen etiam valde perfecto contraria virtus praestolanti et observanti ad incurrendum. Et est huius fortitudo tres animae partes: mentis acumen rationabile, et animositas, et desiderium. Pro acumine quidem (*marg.* ergo) rex, animositate princeps militiae, concupiscentia Phichol, qui libidinis videtur esse provisor. Ocholach quidem regna parcentur (*marg.* parenter) ex utraque manu stipatus, hinc atque hinc suo protectu prohibundus, obtinente enim iracundia ut princeps militiae operatur, eo amplius pandimus dictum ex nominum translatione, est Abimelech Alido (*marg.* Ocholach), Phichol iuracundia.

Quare dicentibus „Et nunc benedictus a domino" facit coenam, et manducaverunt et biberunt? (26, 29 s.)

8. Non pro laude sua hospitio rogat, nec novit blandire strenuus, aut procacem medelam sapiens affectatur, sed propositis iracundiis quibus exagitati praesidere terrena sortiti sunt, nunc confitetur unum universitatis deum, benedictum eum confitentur, sed continuatione sermonis etiam praeteritum aevum declarant, quoniam et nunc et a principio ipse est sine immutatione, vel diminutione benedictionis, quem nosipsi suspectum habuimus, nunc vero absit omnis invidia. Suscepta igitur eorum poenitentia, mensura participantur dulcedines pro existimatione, pro veritatis autem allegoriae, pro hospitio quid ipse facit convocando esse trans vos (*marg.* strenuos), qui non perdurant in delictis, utpote propitialis et clementissimae naturae, hoc modo eos suscipiendo pro cibis et potis disciplinae, atque sapientiae spectaculis saginant, quarum esuriem et sitim confessi, iam nunc fruniscuntur, ut qui destinati perrexerunt, cum salute venerunt. Quidam adversarii mores ad animam nocendam, sed ex contagio virtutis sine dispendio etiam profecerunt, unde cum salute liberatos, a plurimis vitiorum nexibus insinuat curatos, praecipue et uno medicamentorum remedio pietatis.

Quare pergentibus pueris Isaac, venientes qui quartum puteum foderunt, dixerunt non invenisse aquam? (26, 32.)

9. Quod et iuramentum vocat, et civitatem, puteum iuramenti, fallit. Post iuramenta autoris, quicquid agit iustus, hoc foedere firmari sperat secundum quadrinitatis virtutem. Unde etiam valde ait severissimam vocamus virtutem, spectatissimam ad capessendum intellectum: obscure autem sensualia occupantem pro incertis eorum momentis; cunctantur enim, et immutationem capiunt

variis conditionum nutibus. Nuntiat itaque divinus sermo post nativitatem quarti filii, stabilitatem non sterilitatem in creatione maxime incorporalis et intelligibilis substantiae: haec etenim ad quartum usque tenditur. Sensualis vero quinione incipit, quam non sine mercede nominavit. Naturaliter itaque quoniam finis incorporalium usque in quarto est, totius autem rei, et totius disciplinae terminus hominum incertus est, deo autem manifestus, ideo in quarto puteo non inveniunt aquam. Sicut enim puteum fodientes [*] aquam requirunt, ita etiam disciplinam sectantes finem explorant, quod est impossibile hominibus revelari. Et quidem superbi mentientes, solent affirmare se summos esse musicos, summos grammaticos, transisse vero et philosophiae grumos, et sapientiae et totius disciplinae et virtutis metas. Astutus vero, et non sui cultor vel sui laudator, confitetur ex aperto quantum deest a fine, et iuratus tali foedere conscientiam commendat, quod nihil perfecte homo nosse potest. Hic aliena loquitur qui tot capitulis se existimat tantum scire, finis enim scientiae deo tantum recondita est. Quem etiam testem animae vocat, quoniam pura conscientia confitetur suam ignorantiam. Sola enim novit anima, quoniam nihil novit firmiter. Iuramentum igitur nihil est aliud: testimonium dei fidele atque solidissimum. Si fidele est, certum est, nec placet illi incerta credulitas.

Quare Esau quadragenarius accepit uxorem Iudith filiam Beher Cetthei, et Barhatnath filiam Elom Heuaei? (26, 34.)

10. Nulla quaestio requiritur ex dicto, relatio autem intelligibilis naturaliter continet: primo quod aequiparatus annorum numerus nuptiis aptus est, et in hoc festinat pervenire. Quis enim non optabit usque ad verbum vel ad quantum videtur imitare potiora. Ut ita similitudinem rerum attingat, ita in hoc pravus et commentis eruditus

subornatur insignium rerum titulis, cum sit denotationis non extraneus. Primus gradus ambigitur per fallaciam deferendo, et utpote ignorando insipiens lucem et tenebras, nigrum et splendidum, bonum et malum, et alia huiuscemodi aequa ipse per numerum, possibilitate vero non solum disparia, verum etiam contraria. Et haec quidam digna zelo (*marg.* coelo illo) tartareo. Inde putans prima sua commenta dirigi, et altera superducit consilia, quorum reatum verborum suffragio caelat. Accepit ergo duas uxores, quas Chaldaei vocant Iudith et Basemath. Quarum una interpretatur laudatrix, secunda nominata. Vides qua festinat viri similitudo? Se laudari atque nominari. Ego non negabo Hebraica lingua et Syrorum loquela Basemath suavitatem interpretari. Nominata autem Sema dicitur, non Basemath. Hoc ergo pravus ambitur, non veritate, sed fictis alatus argumentis. Nigrae enim generationis est Cetheus qui excessus interpretatur, cuius merita sectando, nomine scilicet tantum et vanae gloriae, digno domicilio habetur bestiarum. Hevet enim serpens interpretantur, excelsus atque mentis Cetheus et bestiarum merita figurae sunt ferarum, quibus cari sunt famuli iracundiae et concupiscentiae, adeo aptissime interpretantur imas atque inferiores sortitus concupiscentiae, regiones. Alterius autem uxoris nominatae pater Elom arietis est impetus, pro auspitio furiae.

Quare has ipsas dixit contendere Isaac et Rebeccae? (26, 35.)

11. Non utique ex consensu, nec enim consonat pondus figurae et concupiscentiae autori mentis. Veruntamen consistere conantur litigia adversus bonorum perseverantiam, quae est Rebecca, et turbelas et contentiones opponant, scientes illorum regimen suam esse dissipationem.

[*] *Quid est, quod „Postquam senuerat Isaac, hebetes facti sunt oculi eius ad videndum"?* (27, 1.)

196. Qui litteralem historiam prosequuntur, dicunt, quod propter dispensationem aliquam propheta defecit visu, et postmodum restitutus est ac acutis oculis praeditus. Dispensatio autem fuit (aiunt) benedictio, ut eam non malus, sed benedictione dignus consequeretur. Probabilem mihi videntur isti rationem reddidisse, non tamen in hoc tantum stat pulchritudo textus, sed sententiam naturalem inquirere mos est apud eos, qui allegoria utuntur. Rite itaque scriptum est, non quod illico obfuscati sunt oculi, sed *post senium*—valde naturaliter; quia in senectute debilitatur visus, sicut et totum corpus. Nam postquam senuit, id est, quando mutabit et commutabitur, tunc demum incipiet anima deum induens per

---

Quid est „Postquam senuit Isaac, caligati sunt oculi eius"?

196. Ad videndum oratoriam partem examinantes asserunt pro quadam utilitate provectum oculos habuisse infirmos; postmodo enim sanatus aciem habuit luminum. Et contigit utiliter, ne benedictionis indignus accipiat, siquidem verisimili ratione disserunt. Non tamen hac usque scripturae decus definitur, sed altioribus titulis allegoriam cautius extendi. Congrue enim dictum est, non: Quia senuit, caligati sunt oculi eius; sed: Postquam senectuti moravit, eo plus senuit omne corpus. Post senectutem ergo, hoc est, cum decidendo mutaverit. Tunc enim dei feratur anima sensibili obscure cer-

sensus subobscure videre, ad intelligibilia tamen acutior visu comperitur. Hoc sane dixeris verum visum. Qui enim hoc captus est et dispositus ad prophetandum, non amplius proprio utitur consilio, sed divino, divinitus prolata resonans: atque sic propheta fit instrumentum et deus artifex, sonitus autem per plectrum verbum suum, reddens (s. pulsans) apte congruam harmoniam, qua publicantur legislationes.

[*] *Quare seniori filio dicit: „Sume instrumentum tuum, pharetram et arcum"?* (27, 3.)

197. Littera quum nota sit, allegoria utendum est tali. Sub aenigmate notat, quod pravus nihil pacificum cogitat, sed marte gaudet et paratus est apparatu bellico. Natura autem arrogans est et audax, atque simul ignavus et vecors; nam fere sub

---

nendo, intelligibilia vero acutissime intuetur, si tamen etiam hoc edicere proprium est. Detentus enim ad prophetandum, non suis utitur consiliis, sed divino spiritu subsona praesagit. Et propheta quidem pro organo, deus autem propheta, cuius organi plectrum verbum est eius, percutientis per valde aptissimam armoniam suam, per quam edicta nuntiantur superna.

Quare dixit maiori filio: „Accipe vas tuum, pharetram et arcum?

197. Dicto declarato allegoria talis est. Subsignat enim pravum nihil pacificum sentire, gaudere praelio et paratura belli, natura quidem audacem,

iisdem locis circumducuntur timor et arrogantia, fratres ac cognati. Quam ob rationem vix armis utitur in eos, qui in congressu se invicem petentes ulnis commixtis certant, ubi progressus roboris fortitudinisque apparent, sed a longe proiectione spatiosa. Etenim ars sagittaria ignavis proprium certamen est, qui perstare in loco minime ferunt, sed fugiendo a longe pugnant.

Quid est „Venare mihi venationem et fac mihi cibum sicut amo, et affer mihi ut comedam, ut benedicat te anima mea, priusquam moriar"? (27, 3 s.)

198. Littera, ut mihi videtur, huiusmodi proponit sensum: quippe quod*) [*] duo sunt filii: unus bonus, alter sub causa (s. crimine, culpa). Istum itaque, qui sub causa est, benedicere ait, non quod

*) Conf. fragmentum in Catena inedita supra Vol. VI, p. 269 s.

---

et plus timidum; uno enim loco versatur contumatia et timiditas ut sorores, cuius causa non utitur armis aptis constantiae virtuti, sed sagittis pro inertia timiditatis. Uno enim certamine devitantes longiter ulciscere machinantur.

Quid est „Cape mihi venationem et fac mihi epulas sicut amo, et affer mihi ut manducem, quatenus benedicat te anima mea antequam moriar"?

198. Oratoria pars, ut mihi videtur, huiusmodi intellectum suggerit. Duobus existentibus filiis, uno benivolo, altero noxio, noxium benedicere vult,

plus quam bonum praeferat hunc, sed quia scit illum per se solum posse recte rem perficere; istum vero ut a suis moribus detentum impeditumque, spem salutis habere in sola patris oratione: quam si non assequatur, prae omnibus miser erit. Ad mentem vero illud dicendum est: Admonet eum imprimis non animal brutum venari, sed feram ex habitudine factam, secundum quod agrestes affectus desiderat, utpote, sicut feram indomitam, quae non cicuratur, vindicta accepta occidat eam. Secundo, quod, quando eius compos fit aut erit, non ut sibi placitum faciat, sed sicut patri: cibi autem omnes viro bono optimi sunt per intelligibilia, atque tam verba, quam facta generosa. Si itaque, ait, sic erit, et venaberis hiantium solutorumque affectuum agrestium dispositionem et sicut cibum dulcifices mihi

---

non anteponendo alterius, sed qui novit illum etiam per semet benedictionis dignum: pravum vero suis moribus prohibendum pro una tantum spe salutis oracula patris habentem, quae nisi impetraverit, omnium foret infelicissimus. Altiori autem sensu dicetur: Primum illi det (*marg.* ille vadit) non animalia capere, sed venare pessima et ferocissima vitia, uti more immanissimi animalis, ulciscatur illas et perimat. Secundo, ut praevalere possit, non ut ei mos est, sed ut patrem libet. Omnis enim esca prudenti optime per intellectus et sermones stetit renuas (*marg.* et strenuas) operas. Si ergo coeperit pessimorum vitiorum voraginem, et pro esca sua suaviter mihi condas et offeras amabiliter mihi, demonstrando istam tuam operam, reficiar quidem ego

illam, teneram et placidam amabilemque factam, et afferens proponas tuis progressibus, oret pro te, non sapiens homo mihi similis, sed anima in me princeps praecipua.

[*] *Cur Rebecca his auditis dixit ad Iacob filium suum: „Ecce audivi patrem tuum dicentem ad Esau fratrem tuum"?* (27, 6.)

199. Bene et diligenter Iacob filium dixit *suum*, Esau autem *fratrem Iacob*, suum tamen filium nullatenus dixit. Quoniam ille moderatione probitateque morum ornatus erat, sicut exemplum perseverantiae (nominis Rebeccae) natus suus conscribatur; iste vero exemplar immodestiae et improbitatis, haud quaquam, pacis est enim moderatio. Et fratres censentur sicut impar et par, sic modestus et immode-

---

tuis meliorationibus atque successibus: optabit autem tibi bona non compositus ego homo, sed quod est in me augustissima sobrietas animae.

Utquid Rebecca his auditis ait ad Iacob filium suum: „Audivi patrem tuum loquentem ad Esau fratrem tuum"?

199. Bene atque observantissime hunc quidem *Iacob*, filium autem suum minime, constantissimi enim et ornatissimi mores perseverantiae, ne post merito vacatur; procax vero et iners nequaquam illum, itaque sors in pace foecundatur (*marg.* fundatur) et requie, huius vero non ita. Quamvis enim

stus. Quia autem fratres sunt, potest fieri et contrarietas inter ipsos.

Quid est „Nunc igitur, fili mi, audi me, et vadens ad gregem sume inde mihi duos haedos caprarum teneros et bonos, et faciam eos escas patri tuo, sicut amavit: atque comedens benedicat te, antequam moriatur"? (27, 8 - 10.)

200. Corporis magnitudo una cum sanitate viscerum patet etiam ex cibi confectione; duos enim haedos pingues exhibere ingens ac procerum corpus indicat una cum fortissima vi, quae omnem medicam virtutem superabat. Nam si senescens duorum haedorum superabat escas, quanto magis quum [*] iuvenis esset: non ob aviditatem edacitatis — abstinens enim erat religiosus, ita ut nullibi sic quisquam reperiretur —, sed ob miram constructionem

---

constantissimi et temerarii fratres sint, attamen possunt sibi esse contrarii.

Quid est „Nunc ergo, fili, audi me et perge ad oves et accipe mihi inde duos hoedos molles Aegyptios (marg. et optimos), et fac cito eos patri tuo escas ut amat, et manducabit et benedicat te ante mortem"?

200. Vastitas corporis et insita robustis certa est ex praeparatione epularum: duos nanque pingues hoedos sumere pelorii corporis est, cum nimietate fortitudinis, quae omnem palestricosibilitatem superat, et si in senectute duobus utitur hoedis pro cibo, quotiens putas in iuventute? Hoc non pro aviditate dictum — continens enim fuit, ut nemo alter —,

(corporis); oportebat enim eum, qui tot magnis virtutibus dotatus erat eratque patriarcha tantae gentis, ingentem et admirabilem magnitudinem corporis habere. Verum hoc excursim, per viam, ut aiunt, obiterque dictum sit. Certius tamen illud dicendum, quod non oppugnant inter se invicem parentum voluntates moresque, sicut consuevere nonnulli, sed sine disiunctione harmoniae coniunctorum res agitur; quia ad unum finem pervenire student, quamquam iuxta variantes cogitationes moti fuerint. Una enim vult eum, qui bonus est, attingere se condignum, alter vero ,,Non despicio te (inquit), qui es ex illa (s. ex me), sed haesitationis iustae misereor, ut quantum fieri potest, regam dirigamque". Littera haec prae se fert. Ad mentem vero anima virtute praedita habet dispositionem quamdam perseverantem,

---

sed pro mira quadam structura dum oportet sectatores virtutum, et tanti generis autores mirabile magnitudinis corpus habitare. Sed haec transitoria via dicitur. Illud vero praecipue dicendum est: Sententiae solertissimorum non dimicantur inter se, ut quidam putaverunt, horum enim armonia inseparabiliter sibi consonat, ad unum enim terminum festinat, uno consilio freti. Ideo desiderat mater sibi similem digna nanciscere, pater vero non vult dehonestari ex eomet natum egestatem pessimi moris per misericordiam emendando. Haec oratorie partis redditio. Eximio tamen sensu ita anima cultrix pietatis habet quendam perseverantiae affectum Hebraice dictum *Rebeccam*, habet palestricum suum quomodo natura *Iacob*, utpote ergo in concilio animae morum

eam, quae *Rebecca* vocatur; habet etiam religiosum quoddam id, cui nomen est *Iacob*. Dicit itaque tamquam in consessione morum spiritualium perseverantia ad religiosum: Perge ad gregem, familiares nimirum virtutes puras et pulchras, quae progressum adornant, et accipe mihi inde duo oracula sub nomenclatura haedorum, unum pietatis [*] desiderosum, alterum humanitatis, ut ego illa patri tuo amabili et prudenti grata monstrem, quibus vescens imitatorem te reddat constructi boni consilii (sui).

Cur respondit Iacob: „Ecce Esau frater meus vir pilosus est, ego vero vir laevis; ne forte attrectet me pater meus, et ero in conspectu eius tamquam illusor"? (27, 11 s.)

201. Coniectura suspicionis (litteralis) iusta est

---

suadet perseverantiam palestrico eundo ad pecora, hoc est, ad lenes et puras auras, quibus censura laudabilis sua capit augmenta: Accipe mihi inde electos quos appellet hoedos, unum pietatis amorem, alterum humanitatis. Secundum figuram hos ergo etiam patri tuo, qui est clementissimi pectoris, titulos libentissimos pronuntiabo, quibus refectus te sibi similem faciat destinatione benedictionis.

Utquid respondit Iacob: „Est Esau frater meus vir pilosus, ego vero lenis. Timeo ne forte palpaverit me pater, et inveniar in conspectu eius tanquam contemptor"?

201. Coniectura lectionis rationabilis simul ac

et probabilis; verum ad mentem rationem concipere magis naturale est. Quoniam si religiosa abstinentia operimentum induat tamquam in spectaculo incontinentiam ac lasciviam, atque ita illudere velit, contempta veritate, protector qui solet more boni medici tangere, disquirendo revelat veriores partes naturae, quibus contingit sanari vel aegrotare, atque sic deprehenditur venitque in notitiam. Verum omnia ad amussim veris nominibus certe notavit: nam *pilosus* intemperatus libidinosusque est, immundus, impuris et incultis nutritus herbis agri in campo agrestium ferarum; temperatus autem religiosus *laevis* est, frugalitatis socius. *Pater* vero *attrectans*, qui nullam animae partem sine tactu et indagatione relinquit, sed totum omnino tangens, notificat condignis diligenter: Non videtur, [*] inquit, ille contemnendus ut contemnens me*); nemo enim

*) Sic expono locum decurtatum habentemque ad verbum: *Non contemptum (s. contemnere) videatur, inquit, illum.* Auch.

---

verisimilis: quantum vero ad intellectum naturalissima. Nam etsi quasdam vestitus species continentia tanquam in spectalon temperantiae fallere videtur, contemnendo veritatis factorem (*marg.* fautorem), solitum vice optimi medici aptissime scrutare membra, quibus sanitas et imbecillitas declaratur omnis. Igitur directis vocabulis summae nuntiantur, sensus enim luxuriosus, incultus sordibus, agresti luco similis, ut habitaculum ferarum. Continens vero *lenis*, et tranquillus et parsimoniae socius. Pater vero non de palpatu, sed de scrutatu partium ani-

intellectu praeditus contemnet despicietque incedentem in sapientia, quia sapiens non afficit eum pudore.

Cur ei dicenti: „Inducam super me maledictionem et non benedictionem", mater dicit: „Super me (erit) illa maledictio, fili mi"? (27, 12 s.)

202. Aequum est*) et matrem mirari propter benevolentiae curam, quum promiserit in se acceptare maledictionem ei pertinentem; et filium propter utriusque genitoris reverentiam, quoniam huc illuc trahebatur, ne putaretur tamquam illudere patri et aliena desiderare, neque matrem negligere ac verba eius nihili facere videretur, cui (s. quae) supplex sese commendabat. Quare dicit nimis timide et con-

*) Cf. fragmentum supra Vol. VI. p. 270.

mae totam planam inveniendo, servantissime dignatur eum non uti contemptorem respuere: Nec enim, ait, possunt sobrii tali vitio maculari.

Utquid dicente eo: „Adducat super me maledictionem pro benedictione", mater ait: „Super me maledictio tua, fili"?

202. Dignum est hic maternum laudare favorem, confitentem excipere maledictum pro eo filio, qui utrisque tuetur parentibus pro honore. Agitur enim gemina pietate, ne videatur fallere patrem, usurpando privilegium alterius, neve matri minus inveniatur obtemperasse. Adeo verecunda pietate respondit, non quod maledictum aliquod prolaturus est, sed

digne: Non pater me conviciabitur, sed *ego maledictionem super me inducam;* nam etsi sileat quiescens pulchri amoris [*] in me aspectu, mea conscientia non minus deprehendatur ac vituperio subiaceat, quasi vero facinus maledictione dignum effecerim.

Quare sumens Rebecca stolam Esau pulchram, quae erat apud se domi, induit Iacob? (27, 15.)

203. Littera evidens est insignisque, ut per togam ipse putaretur, quasi adesset, qui aberat. Ad mentem vero improbus aliam habet togam vestesque multas, quibus se contegit, nam subdolus molitur

---

ait: *Ne quando superducat maledictum,* quamvis ille pro visceribus piis quiverit, ne forte conscientia mea pulsata, tale aliquid accipiat incusando memet, tanquam merita maledictio paretur.

Quare accepit Rebecca stolam Esau bonam, quae erat apud ipsam in domo, et vestivit Iacob?

203. Scriptura clara est, dum per stolam, qui videtur absens, tanquam assistens est. Vide intellectu vero subtili. Ita pravus alias stolas habet ac plurima vestimenta, quibus ut callidus signa iniuriarum occulta habet, tamen ut unam bonam stolam sensibilem et ostentatoriam censuram pro industria usque ad verbum, quam ex Musica disciplina imbutus placare festinat, non unam (*marg.* nomanam) naturam perfecte malus est, sed etiam contrarietatibus temperatus iustitiae et iniquitatis documentis infamiae et benevolentiae optimorum et malorum esse virorum (*marg.* virum), qui mediocrius delinquit,

multa iniusta. Habet etiam unam togam oppido pulchram: sensibile videlicet et superficiale ornamentum, ac illam, quae usque in verba disciplina est intelligentiae, quamque ex encyclicis studiis nonnulli possident. Nemo enim fuit umquam perfecte malus, sed ex contrariis mixtus est, iusto et iniusto, turpi et pulchro, atque universim ex bono et malo. Porro optime dixit Epicharmus (*al.* Epimarchus): Quicumque, ait, minus delinquit, optimus [*] est vir; nemo est enim innocens, nemo vituperii expers. Et Euripides: Qui incontinentes sunt et redundat in eis

---

dum nullus sine peccato Erupides (*marg.* Euripides) quoque neminem irreprehensibilem dixit, tamen quibusdam abundantur (*marg.* abundant) malitiarum fomenta turpia, iniqua, adeo pravis adversantur strenui, quibusdam tamen ita altrinsecus inest temperantia, ut nonnulli omnia pessima obtineant absque uno bono, *) nonnulli omnia necessaria sine ullo malo. Quos solet philosophia summos vocare secundum malitiam et virtutem. Videtur ergo de industria dixisse, et ex aperto: rurali vero stolam aptam non esse, ideo apud matrem fuit, nec dum illi donata, sed iusto reservata. Tu si unam habere speciem laudabilem quasi spectabilem aut pretextam, vel urbanam censuram caeteris omnibus vituperabilis constitutus. Fautrix vero mater animae perseverantia, decernens nequando imbrui depereat, simul et unifaria contingat ruina, apud se reservando et custodiendo stolam asseverantur, qua accepta or-

*) Quae dehinc sequuntur, desunt in Arm.

malum inimicitiae et iniustitiae, mali sunt; in quibus autem opposita praevalent, virtute praediti; in aliis vero ita, quasi aequalis sit commixtio: ita ut nulli sint, qui omnia mala habeant sine ullo bono.

Cur pelles haedorum super brachia et super collum imponit"? (27, 16.)

204. Littera manifesta est et visibilis, ut nempe ignoraretur, ne comprehenderet eum pater, atque sic praesens putaretur non ille, qui aderat, sed frater suus absens. Propterea imponuntur brachiis et nuditati colli haedorum pelliculae, quia pilosus ipse erat. Ad mentem vero, quia brachia humerique

---

nat palaestricum quem sollicite applicat ut patri. Et sicut est familiarissima res musicae cithara, gubernatori temonum retinaculum et medico collyrium non tempeloxii plenum*), qui cupiunt etiam naves aureas habere, et medicamentorum horrea plena, ita certa censura est, et elegans pulchritudo, quasi non quidem proprium praedium alterius, sed proprium artificis digne et prospere utentes.

Quare pelles super brachia et nuditatem colli posuit?

204. Dictum insinuat, qua possit latere, assistens patri ne videretur quis sit, sed absens frater: circundatur brachia, et alia proxima membra ovili

*) *In marg.*: In utroque exemplari ita legebatur; forte non tantopere locupletum erat legendum.

circa collum cunctis hominum membris robustiora sunt et ista laevigata. Nitidum et nudum se habet aequaliter ad veritatem virtute valens, ut caeteras virtutes, sic etiam fortitudinem sancte usurpans exercensque. Quod si contingat, ut istam quoque occultet et pilosam reddat, ob necessitatem temporis [*] dispensationem usurpans, perstat in sua similitudine, vix cedens primitivae suae propositioni, sed tantum ob involuntaria accidentia transmutabit tamquam in spectaculo formam alio modo propter utilitatem spectatorum. Id enim et medicorum mos est facere, quippe qui infirmorum demutant cibos, loca et rationem vivendi, quam habebant ante morbum. Medicus autem est circa res mundi sapiens, pro tempore agens res, quae in sapientia insipientes videntur, et castitate venereae, fortitudine formidabiles, et iustitia iniustae putantur: ita ut aliquando men-

---

pellicula. Fuit nam ille denso capillo. Subtili autem intellectu, brachia et terganea colla omnium sunt fortiora, lenia atque aperta ad veritatem habet strenuus vir, sicut alias virtutes, ita fortitudinem sectatur. Cum autem hanc obumbraverit densando, pro necessitate temporis, et utilitate utitur, permanens in eodem statu et praecedentia vota non excedens. Pro secundis autem casibus immutatur, formam in alteram pro usitate videntur. Hoc enim etiam medici solent observare, immutantes remedia laborantium, quam habuerunt ante languorem. Medicus autem circa vitam rerum pro statu temporum fit, sapienter gubernando insipientiae momenta, et viriliter timiditatem et iusse iniquitatem dicebat,

tiens non mentiatur, decipiat non fallens, et convicietur sine convicio.

Quid est „Dedit dapes et panem, quos fecerat, in manum Iacob"? (27, 17.)

205. Quoniam pro vita perfecta non solum oportet velle condigna studio et virtute, verum etiam agere. Decenter autem perseverantiae continentiaeque indoles, quippe quae naturae legis sit mater, in manum porrigit, symbolum frugalitatis panem et liberae solutaeque vitae fercula.

[*] *Quare interroganti patri: „Quis es, fili?" respondit: „Ego sum Esau primogenitus tuus; feci, sicut locutus es mecum".* (27, 18 s.)

206. Rursum fallax esse putetur nullo cum malo

---

etiam mendosa minus mentitur et fallat alienus fallaciae, et detrahebat non derogando.

Quid est „Dedit Isaac) et panes quos fecit in manibus Iacob"?*

205. Complenti vitam mavult perseverantiam non modo per ambitionem studii, sed etiam pro merito certatoris agere. Est enim naturalium conditionum mater, quae porrigit in manibus (*marg.* panibus) auspicia, parsimonia quidem panis, pro pura autem et abundantiori refectione caeteras epulas.

Quare interrogante patre: „Quis es tu, fili"? dixit: „Ego Esau primogenitus tuus, feci sicut locutus es mihi"?

206. Item fallax esse videtur a bonis emotus pra-

*) In marg.: *Esau*. Utrumque mendum.

reputandus; quoniam virtutis dispensationem, fallaciam illusionemque vocant calumniatores. Et quae dispensatio melior sit, quando quis bona et virtutes nolit adscribere iis, qui turpiter vivere velint? At dixerit et speculator, quum prehensus fuerit, quod Non sum hostis, sed amicus. Quod si id haud probetur neque locum habeat dictum, haec dicat verba: Ego ex me ipso veni ad vos, improbatis meis (sociis). Dicat et dux militiae, qui bellum facit, velle pacis negotium operari vel in tempore pacis aciem parare cogitans. Induat et rex habitum privati, si nequit alio modo utilitatem imperii subditorumque auspicari; et dominus (formam) servi, ne ignoret omnino res domi actas. Haec familiaria sunt et in ipsa littera (continentur). Ad mentem vero allegoriam usurpantes dicamus liceat: Uniuscuiusque nostri anima multiplices in se quasi homines praefert, secundum

---

vitate negotiationum; namque pro virtute acquisita solent calumniatores fallaciam nuncupare. Quid autem dispensabilius utilitati, quam optime studiosa turpissimi quoque et scrupulosae vitae homines, et optimi viri exquirunt. Dicit enim et magister militiae, pacem velle praelia parando, et pacis tempore arma renovando. Ita demum etiam rex amictu subornatur privati pro utilitate, si aliter non poterit evadere; expedit enim ut subiectis, ita et domesticorum conditionibus. Haec pro partibus orationis. Altius autem dicitur uniuscuiusque nostri anima plurimos habere infra se tanquam homines, pro varietate accedentium rerum, ut puta: In me est et

varia similium accidentia; ac si quis diceret, quod In me et Esau est, quercus inflexibilis et inclinari nescia, atque pilosus, alienae virtutis probabile exemplum et intemperatus in impetibus suis, qui brutis indomitisque impetibus incedit. In me et Iacob est, laevis ille, non [*] scabrosus. In me et senex et iuvenis, princepsque quique princeps non est, et mundus et deformis. Verum quando quis virtutem habet, in contraria virtuti et similia superficie tenus usque ad tactum solum impingens illudere videatur, minime vero secundum indolem cognatam, qua reperitur exemplum omnis creaturae ac mortalis. Quando vero malus sit, res insipientiae et iniustitiae palam profert; res autem sapientiae et iustitiae simulat infirmiter. Dicendo igitur patri Iacob: *Ego sum Esau*, verum dicit secundum naturae rationem, anima secundum eam formam se movente.

Esau ille ligneus, nequaquam flexibilis, pilosus item et obscurus ad captandas virtutum fruges, et procax, in montibus passim procedens. In me etiam Iacob lenis, nec temere audax. In me et veteranus et iuvenis, et privatus et magistratus, ne me et religiosus inquit et profanus. Si enim studiosus fuero, differentia virtutis ostentatorie et procaciter ego tantummodo quantum oculis placeres, sufficit sapientiae et iustitiae merita dissimulando. Dicendo itaque Iacob: *Ego sum Esau*, imploratione naturae non mentitur, dum anima secundum illius speciem mota est.

Quare dicit pater: „Quid hoc, quod cito invenisti, fili"? (27, 20.)

207. Habet littera tam congruam responsionem, quae reddi potest, quam allegoriam. Perpendens enim tempus sufficiens venatori in venatu breve comperit ac valde parvum cognoscit. Ad mentem vero miratus est sapiens, quod malorum quisquam sic repente progressum fecerit in laudabili studio, ita ut non solum invenire quaesitum potuerit velocitate, sed etiam acumine optimae rationis, is qui irrationalis magis et imperitus censebatur et vere quercus.

[*] *Cur respondit: „Quod dedit dominus in manus meas"?* (ib.)

208. Nobile est et hoc responsum condecensque

Quare dixit pater: „Quid est quod hoc tam cito invenisti, fili mi"?

207. Habet oratoria pars rationabilem redditionem, allegoria quoque tanto melius. Dementi enim sufficientes moras venationi compendiosiorem invenit et minus quam aestimavit. Altior autem sensus ita poscit. Miratur prudens, si tam cito pravus eruditus sit repentino studio melioratus, ut non tantum assumeret industriarum titulos, sed etiam per semetipsum invenire potuisset celeriter, tam subito ex inertia ingeniosus, qui pridem ligneus esse putabatur.

Quare respondit: „Quod tradidit dominus in pectu meo"?

208. O sobriosa responsio et apta religioso animi

consilium dei amantissimum. Magistro, ait, nullo utor mortali, sed dedit mihi in manus speculationem sapientiae intelligentiaeque pater; quamobrem non solum didici, sed etiam potui invenire. Nam qui deo utitur magistro, et proficit et prodesse sufficiens est: proficit discendo, et prodest inveniendo discipulos sub principio, postmodum etiam magistri et ducis honorem in ordine accipiens.

Quare dicit: „Appropinqua ad me, et contrectabo te, fili, si tu sis filius meus Esau, an non"? (27, 21.)

209. Non suadetur statim virtute praestanti, sed miratur, quod revera tam subito augmentum sumpserit pravus in virtutem. Primum, quia ignavus et deses qui erat, celer et celeriter edoctus fuerit.

---

magistro, asserenti, nulli mortalium auxiliosum esse. Tradidit enim mihi disciplinarum pignora spectatissima sapientiae genitor, cuius gratia non tantum doctus, sed etiam possibilis factus sum ad inveniendum. Qui enim deo utitur praedicatore et proficit et prodesse alteris idoneus est: proficit vero instructus, prodest inveniendo notos, ac minime dissonantes. Postmodum autem doctoris dignitatem assumit.

„Approxima mihi, et palpabo te, fili, si tu es filius meus Esau".

209. Et (*marg.* Ut) non incredulus primo casu studiosus miratur (*marg.* mirator sit), tam valde pravus incrementa habuit virtutis olim surdus et tardus, modo strenuus effectus. Secundo quod non solum

Secundo, quia non tantum quae didicit atque instructus est, memoriae commendavit, verum etiam quia ipse norma fuit plurimis, sicut et alii eruditione apprime capaces, mutatus in statum habilem, foecundum feracemque, dum paulo ante laborabat sterilitate. Tertio, quod [*] disciplinas, traditiones et doctrinas divini regiminis ratur esse eas, quae studium mereantur, atque iure et condigne adscribit illas principi duci deo. Quare stupefactus dicit: *Accede ad me,* quia cupio scire certius, utrum tu sis ille, an vero alius quispiam. Ideo *tangere* dicitur eum non manu potius, quam mente consilii, per se accipiens conferensque nunc dicta cum prioribus verbo et opere, quoniam cernit inter ea multam pugnationem.

Quare post palpationem dicit: „Vox quidem vox Iacob, manus autem manus Esau"? (27, 22.)

240. Vox interim inducitur, non quae ore et lin-

---

quae dicit meminit, sed ipse plurima acquisivit, utpote de sterilitate foetosus. Tertio quod titulos divinitus largitos refert et deum confitetur autorem, qua (*marg.* quapropter) pro miro pavore metus, ait: *Appropria mihi,* cupio enim nosse diligentius, si tu ille es et non alter. Unde etiam *palpando* eum dicitur, aut potius manu quam mentis intuitu examinando, quae modo dicta atque gesta sunt, et conferendo ea cum antecedentibus verbis atque operibus, invenit in eis non magnam dissonantiam.

Quare post palpatum dicitur: „Vox quidem vox Iacob, manus vero manus Esau"?

240. Voce nunc accipit non oris ac linguae pul-

gua sonitus aëris est, sed iam dicta, quae incerta indifferensque erat in propria significatione. Significatio est autem ostensio piae voluntatis, quae convenit indoli religiosae fertilitatis dignitatisque. Quamobrem iterato sumens bis usurpat dictum: *Vox*, inquiens, *vox Iacob*, *manus autem manus Esau*; obumbrando, quod non vocem qualemcumque, sed istam laudat, ut promisit, [*] inventionem bonorum esse secundum deum, quae diversa erat a more indisciplinato, familiaris autem religioso, qui studium laboris

---

santis aërem, sed pro casum dictam (*marg.* pro casu vindictam) et habentem differentiam pro suo iudicio (*marg.* indicio). Designatio enim pietatis est (et) spontanea figura, congrua exercitoris (*marg.* exercitoriis) moribus continentia, quibus benivolentia et sanctitas oriuntur, huius gratia recuperavit sermonem dicens: *Vox quidem vox Iacob*, *manus vero manus Esau*; subnitendo, quod non vocem quamlibet, sed eam laudat, quae professa est autoris esse emolumenta bonorum, quod erat alienum pravi, pravum vero continentiam studentis et exercitati pro libidine doloris eligentis hanc vitam utiliorem et preciosam credenti. *)*Manus* autem possunt esse indocti ad effecturam, multa enim inofficiose tentant agere, non ex integritate cordis; aliquoties enim et religata sibi pravi resistunt, et senectuti deferunt, et amicitiae iura conservant. Sed haec pro sua avaritia gerunt, ut captata opportunitate quosdam amplius decipiant. Ita falluntur minus sobrii modico testimonio seducti,

---

*) Quae abhinc sequuntur in hac paragr., desunt in Arm.

pretiosius voluptate existimat, non vero solum utilius.

Quid est „Non agnovit eum, quia pilosae erant manus eius, sicut (manus) Esau"? (27, 23.)

211. Paulo ante dictum magis ac magis consignans affirmat, monens, quod huiusmodi opera laude digna saepe exercent prosuntque tam probus quam improbus, sed non eodem consilio. Unus enim certe iudicat bonum esse, alter vero, malus scilicet, honestat et bonum apparere facit aliquid, quod avaritiae est proprium. Siquidem nemo umquam poterit invenire insipientem, ut dignum quicquam faciat, nisi moliatur aliquod strategema vel excogitet aliqua nova, sicut tragoedus asserit. Quapropter aenigmate utitur, addens, quod fere similia sunt, non tamen

---

et frivola mirantes. Cautus autem et gerendorum causas, et consilia rerum requirit, vituperabilia reprehendendo, doctus et responsis divinae scripturae quae permittit iustitiarum titulos iuste sectari quam iniuste.

Quid est „Non cognovit eum; erant enim manus eius quasi manus Esau fratris eius"?

211. Quod paulo ante dictum est, eo amplius consignat instruendo posse aliquoties similiter benefacere bonum et pravum, sed non ex uno ministerio. Ille enim perfecte bonum, iste desponsando sibi fraudis momenta; nihil enim probatur insipientia agere, sed votum nisi machinam fraudulentam quae nascitur a Mercurio, ut tragicus ait. Ideo adiecit,

eadem utriusque opera, ob insitas in utroque indoles voluntatis.

[*] *Cur „benedixit eum et dixit: Tu es filius meus Esau?“* (27, 23 s.)

212. Vocem simul proferre iubet oraculum divinum, ut indicet benedicere velle primum, antequam singulas benedictiones exprimat. Hoc autem evidentius constantiusque demonstrat, quod deus erat, qui benedicebat per prophetam loquentem. Quoniam unus neque quicquam dixit oretenus, alter vero virtute prophetica ab initio usque ad finem reddidit benedictiones articulata voce; quare et finem concludit divinae vocis oraculo, secundum illud, quo patefecit, nimirum benedixisse ei.

---

quod similes sunt operibus, non tamen eadem qualitate amborum; litigant enim utrorumque consilia.

Quare ait: „Benedixit eum, et dixit: Si tu es filius meus Esau?“

212. Tam resonat vox legis dei per eloquium sanctum, et ante particulares benedictiones quid sit benedictio, maxime cum ipsa re probatur deum fuisse secrete benedicentem ante verba dicentis. Illo enim necdum ori liniamenta distinguente praescia virtute culminis destinantur benedictiones, usque in finem paratissime pronuntiatae. Unde etiam terminum designat responso divino lex, prius declarando, quoniam benedixit eum.

Quare comedens et bibens atque odoratus vestimenta dicitur benedixisse? (27, 25. 27.)

213. Littera nulla indiget explicatione. Ad mentem vero habet theoriam necessariam. *Vestimentum* enim symbolice visibilis est probitas, qua apud multos habetur quispiam in bona probataque aestimatione. Est autem ista pars laudabilis, qua utuntur illi quoque, qui vix sunt perfecti secundum virtutem: multo magis itaque induitur hoc loco virtute praeditus, tum id desiderante (patre), tum participante cibum mysterii.

[*] *Cur sic incipit benedictiones: „Ecce odor filii mei tamquam odor agri pleni, quem benedixit dominus"?* (27, 27.)

214. Plenus est locus, in quo sunt cuncta semina

Quare cum manducasset, odoratus vestimenta dicitur benedixisse eum?

213. Dicta huiuscemodi nullam poscunt dubitationem. Pro mentis autem intuiti habet relationem necessariam. *Vestis* auspicatur censuram spectabilem, quae est apud paucos probabilis. Existimatio est etiam altera pars minus vituperabilis, quam sectantur etiam minus perfecti: ita demum merito strenuus utator (*marg.* ut autor) huius stolae prosequitur ad fructum meliorem.

Quare sic incipit benedicere: „Ecce, odor filii mei sicut odor agri pleni, quem benedixit deus"?

214. Plenus itaque ager serendorum arborumque

arboresque et flores et fructus. Benedictionem autem meretur, non qui in uno tempore est boni odoris, bonae spicae et boni fructus, sed perpetua gaudet fertilitate. Animae vero campus est plenus sapientia rorataque (s. roratusque) virtute; fructus autem singula opera et conformia eis verba, quorum unumquodque, ut ita dicam, privatum odorem prae se fert, secundum prudentiam, secundum sobrietatem et secundum iustitiam. Nam quasi fragratione donatur vita nostra singulis ex virtutibus, spiramina (suavia) spargens per dicta ad proximos, qui melioribus quam ex thuribus cunctisque materiis (thuris instar) fragrantibus, incorporeis nimirum odoribus tacti laetantur magnopere. Quod autem super omnia dictum est, sigillum affirmationis comperitur eius, qui supremus est; quoniam benedicere et benedici ab eo,

---

florentium frugiferis auspiciis, benedictionis quoque dignus, quod non tempore egestuosus (*marg.* segetis) a fecunditate sit, sed perenni fertilitate refertus. Est enim anima plena sapientiae et ager pastinatissimus disciplinarum capax, fruges autem facit laudabiles ipsis operibus veritatis, quarum singulae pro pio (*marg.* proprio) pollentes odore benedicuntur, pro vigilantia pudicitia. De singulis enim vitales oriuntur vapores suavitatis in dicendis gerendisque: suos etiam approximantes delectant; quod melius est totius libaminis et hostiarum, et odoramentorum iucundius: pulsantes enim mentes incorporaliter, exhortantur ampliare charitatem. Est enim pro integro titulo plenissime dictum, quod siquid benedicitur, acceptabile est autori domino universorum,

qui firmamentum habet universorum, veroque domino plenum reddit spiritualem agrum virtutum. Oportet enim ut quisque sibi persuadeat, quod ubi non adest deus, imperfectum est illud omnino et facile diripitur.

[*] *Quare dicit: „Det tibi dominus deus de rore caeli et de pinguedine terrae"?* (27, 28.)

215. Optimum recipit benedictionis ordinem, quem habuerat secundum hunc ipsum prophetam mundi creatio. Quia ordinem dedit primum caelo, secundum terrae, docere volens, quod virtute praeditum decet primo caelestia divinaque, secundo autem loco terrena atque corruptibilia acquirere, iisque morem gerere: nam illa capita sunt ac superiora, haec vero fundamenta et ima. Siquidem in ho-

---

ipsa veritate plenum agrum bonarum virtutum in corde operantis. Res autem minus perfectae sunt et fluxidolae, quae elongantur a scientia dei.

Utquid ait: „Dabit tibi deus de rore coeli et de pinguedine terrae"?

215. Summae benedictionum ordo processit. Hunc enim habuit statum etiam creatura (creator) mundi, eodem ipso profectu describente datas praerogativas coelo, secunda momenta terrenis instruendo; quod vigilantissimo coelestia pertinent, postmodum terrena et corruptibilia dignis. Illa quidem pro capite haberi ut superna, haec basis et ultima etiam in hominem compensatur mens pro caelo, ra-

mine mens similis est caelo, quoniam rationales sunt partes utriusque, una mundi, altera animae; sensus autem similis est terrae, quia ambo irrationales. Rite igitur orat, ut proficiens melior fiat, tum quoad rationalem, tum quoad irrationalem, *pinguem* sensum *roratumque* intellectum possidendo. Symbolice vero *ros* verbum est divinum, magnopere et condigne, tranquille et frequenter utilitatem ferens principi menti. *Pinguedo* autem libera est largitio officii choragi (s. regiminis) secundum singulos sensus redactos sub habena religionis et sobrietatis. Optime maiores quoque antiqui dixere, quod opulentia*), nobilitas, dilectio, honor et similia [*] externa ser-

*) Sic colligitur ex lectione cod. C; non aliter fert et Lat. Anonymus. Verum iuxta mss. AD elicitur talis sensus: *Optime „Exsistit supremus“, dixerunt antiqui: quoniam opulentia etc.* Auch.

---

tionabilis enim in utroque; sensus autem pro terra, quia minus rationales. Et secundum alterum *pinguescere* sensum et *rorificari* mentem. Nuntiatur autem pro *rore* sermo divinus cum mansuetudine. [Et asserunt ipsum coelum animal esse: inde credo Apollinaristas incarnationis animam negasse, indignam salvatoris existimasse*).] Merito ergo optavit magnificatori melioratum rationabilem, lenitate frequentius profuturus principantibus. *Pinguedo* vero copiosae sumministrationis sensualitatis secundum continentiam gubernantem. Dixere etiam antiqui, divitias, parenteles, amicitias et dignitates et alia huius modi extra corpus esse, sanitatem vero, for-

*) Uncis inclusa additamentum interpretis sunt.

viunt corpori, sanitas vero et virtus bonusque sensus animae, anima autem menti. Quoniam sensus huius sunt servi, mens autem dei: unde patet, quod omnia deo serviunt, initio ducto ab optimo in nobis ordine, quem mens sortita est.

Cur dicit: „Serviant tibi gentes"? (27, 29.)

246. Non est Lex inaequalitatis enarratrix, ita ut universis gentibus servitutem praenunciet, quum libertate quoque praeditos consueverit distinguere (s. eiicere, sc. a libertate). Sed novit non omnibus prodesse solutos liberosque esse; eo enim multi abutuntur, ad rebellionem ultro declinantes, conculcando et pessumdando iustum et utile. Quamobrem prodesse volens multitudini, dominum super eos constituit tamquam habenas tenentem, intellectum ut frae-

---

titudinem et sensibilitatem in anima esse. Animam ergo mens protegit, et sensus mente stipatur. Unde certum est deo omnia servire, cum praecipuo ordine inchoamus, quem ipsa mens sortita est.

Quare dixit: „Servient tibi gentes"?

246. Non sunt iniqua legis instituta, ut omnino gentibus servitutem pronuntient, cum etiam (*marg.* eo). minimos in libertatem vocare consuevit. Novit tamen non omnibus utilem esse securitatem, nec acurentur (*marg.* alterentur) iura per requiem divaricantibus gentibus adversus ea quae expedit. Cuius rei gratia prodesse vitiis studens, dominum eis instituit, utpote agnatorem, ut mentis ingenio procax

naret secum colligatum (corpus). Littera haec praefert. Ad allegoriam autem illud est dicendum. Multae gentes sunt in anima secundum utramque partem irrationalem, iram, [*] inquam, et concupiscentiam; quibus nihil magis prodest, quam sub dominio esse rationis, propriae eorum principis ac dominae.

Quid est „Adorent te principes"? (ib.)

217. Corroborat atque prolongat verbum subtili arte confectum. Primum rusticos subiecit ei, nunc autem et liberos. *Principes* ergo sunt praesides sermonum alienae sententiae, quorum cura est honestare comptaque reddere, quae circa corpus et extra sunt bona, atque irridere et subsannare disciplinam et sapientiam et sobrietatem religiosam, una cum caeteris rebus, quae animam sanam et salvam conservant.

---

infrenaretur caterva. Per allegoriam tamen illud oporteret prosequi, gentes plurimas esse in animae partibus singulis minus rationabilis iracundiae, concupiscentiae, quibus expedit amministrari a verbo (*marg.* acerbo), ipse enim naturaliter eorum princeps et dominator est.

Quare dixit: „Adorabunt te principes"?

217. Dilatavit ornatissime sermonem, prius privatos subiiciendo, postmodum principes. Sunt enim principes sectarum quarundum praesidentes, quibus sollicitudo est haec curare, quae corpori expediunt, et pro ludibrio accipiunt industriam, sapientiam, pudicitiam, continentiam, patientiam et horum similia.

Quid est „Esto dominus fratris tui"? (ib.)

218. Eo magis intendit (sermonem), accedens et ascendens paulatim (in scopum). Privatos dixit prius, postea principes, demum proximas gentes. An ergo qui humanitatis et familiaritatis est magister (Moses), maximum iniustitiarum in sacris litteris poterit excogitare ac divulgare, eo quod quae sit maior iniustitia, quam *fratrem a fratre* subiugari? Hoc tamen nec opinari neque dicere fas est. Illud igitur, quod [*] paulo anterius dixi, magis expedire insensato censet, non liberum esse, sed habere pro domina sapientiam, ut eum boni medici more curet, febrem depellat, et morbum, infirmitatem absurditatemque morum a misera et malo spiritu agitata eius vita expurget sanetque. Qui vero solent allegorice

---

Quid est „Esto dominus fratris tui"?

218. Copotissimum confirmat, et paulatim progrediendo augmentis declarat illic privatos, hic principes, nunc proximum generis fratrem obligando. Putasne magistrum humanitatis et mansuetudinis tam iniquissimum titulum divinis inseruisse scripturis? Quid enim huius iniuriae, vide quid loquitur sapiens huiusmodi peius, quam frater fratri subiectus sit. Hoc quidem nec suspicari, nec dicere fas est. Ut enim paulo ante dixeram, utilissimum enim non arbitratur insipienti libertatem destinare, quem iudicat (*marg.* iudicant vere) dominum studiosum et prudentem virum, qui eum tamquam medicus bonus, ut his arceat infirmitates curando reficiat. Caeteras etiam animae anxietates sanare quamvis so-

procedere, dixerint *fratres* esse partes animae, rationalem et irrationalem, et praestare rationalem irrationali, ut dominetur eius secundum legem iustioris naturae. Quantum enim is imperat, in bonae vitae parte est ille; sin autem indigne ferens renuat, sicut in ebrietate, anarchiae patiatur mala. Quid enim exspectandum erit, si non reget navem navarchus, et iunctos equos auriga, vel dux exercitum, vel domum oeconomus, vel urbem urbanus homo? Atqui nonne haec evitanda sunt, optandumque votis, ne accedant, quorum omnium pessima est animae anarchia?

Quid est „Qui maledicit te, maledictus est; et qui benedicit, benedictus (est)"? (ib.)

219. Legem sententiamque refert valde natura-

---

lent asseverare nonnulli, germanas esse partes animae rationabilitatis, et minus rationabilis, impetrare autem oportere et dominare rationabilitatem; per iustissimam legis naturam deteriora subiicere: melior enim statum obtinebit, quandiu principatur ille. Porro si indignatur, ut populi rebellantis callositas absente magisterio sentiat poenas seviores. Excipiet etiam gubernator clades non apte regendo carinam, et auriga male agitando, et dux exercitum incaute struendo, et dispensator et civilis seu magistratus male administrando, quorum omnium peior est anima sine rectore.

Quid est „Qui te maledixerit, maledictus erit; et qui te benedixerit, benedictionibus repleatur"?

219. Naturale arbitrium promit; maledicendo

lem. Qui enim maledicit probo [*] et sapienti, eo prius sibi ipsi maledicit; qui vero laudat, itidem et se ipsum cum illo laudat. Profecto namque qui odio habet bonos, ipse odiosus est; qui vero amat, illico amatur. Non enim dicit, quod attingat maledictionem maledicens, et benedictionem benedicens, sed quod unus per se est maledictus, alter autem itidem laudabilis.

Quid est „Quum egressus est Iacob a facie patris sui, venit Esau frater eius"? (27, 30.)

220. Dubium nullum prae se fert littera, ut valde manifesta per symbolum et congruitatem. Nam egresso foras uno oppositorum alterum ingreditur: exempli gratia, exeunte paupertate vel ignobilitate opes honoresque succedunt; et morbo infirmitate-

---

enim prudentem semet antecessu sauciat, et laudando seipsum conlaudat. Revera enim laus est benivolis, quod ab odiosis odiuntur; et qui diligunt iustum, semper diliguntur. Ita non dixit, quod meretur maledictum maledicendo, et benedicendo benedictionem, sed quod is semel maledictus est, ut est alter similiter laudabilis.

Quid est „Factum est cum exisset Iacob a facie patris, venit Esau frater eius"?

220. Parte oratoria sine ambiguitate constituta auspicia naturalissima, et aptissimi tituli dicentur. De contrariis enim, si alterum egreditur, supervenit aliud: ut puta exeunte penuria vel ignominia divitiae et gloria superveniunt, absente languore et infir-

que abeunte succedit sanitas et valetudo. Similiter abscedente sobrietate et ratione quae invadens subiugaverat*) cupiditates, illico ingreditur incontinentia, vitiorum seductrix et propugnatrix. Neque differtur aut prolongatur spatium interiectum, sed quantum duravit, quod ipse dixit *Quum egrediebatur foras* (s. ex ore), secundum aliquam temporis particulam. Quoniam contrario mutuoque ministerio assident bonum et malum, quasi vero ex loco cursus in hippodromo sibi invicem obviassent. [*] Neque enim exiguo horae spatio deserta remanet anima, ita ut omnino vacua reperiatur; quandoquidem necessitatis locus est anima, contrariis semper plenus et confertus habitatoribus.

Quid est „Fecit et ipse escas et attulit patri suo"? (27, 31.)

221. Viden' quod pro Iacob testatur oraculum do-

*) Ad verbum: *excervicante*, ut placuit Anonymo. Auch.

---

mitate adest sanitas et robustas. Hoc modo deficiente continentiae verbo, excervicante contumaces, vitiorum intemperantia decurrit, cum suo defensore et propugnatore. Neque tamen longius tenditur interstitium, sed ad quantum duxerit momentum, quantum exierit, tantum ad invicem sibi praestolatur arte quadam observatissima, ne punctum temporis cessant animae vacuitatem relinquere; necesse enim capacem contrarietatem plenam esse supervenientium habitaturum.

Quid est „Fecit ipse escas, et obtulit patri"?

221. Vides pro Iacob, testante eloquio, *fecisse*

minicum, dicens *epulas fecisse, sicut amabat pater;* huic autem minime, sed tacetur nomen complacentiae. Nisi forte iure meritoque? Nam etsi similia eademque aeque facere improbi cum probis molientur, non minus odium merentur, eo quod non ex mundis moribus operantur. Alias quis non novit, quod et sophistae eadem cum sapientibus opera faciunt, et fortassis fortiora quoque, quippe qui in sermone instructi sunt? Sed sermo eorum contrarius insulsusque et exsecrandus apparet, nullam prae se ferens gratiam florescentem, ob interpretes indisciplinatos more et vita. Grati vero dulcesque sermones tamquam ex dulci fonte emanant ex probitate.

[*] *Quare dicit: „Surgat pater meus et comedat de venatione filii sui"?* (ib.)

222. Dissimiles sunt vociferationes istius et an-

---

eum epulas sicut amat pater, huic autem non ita, licet siletur de nomine placentis. Equidem similia studiosis agere pravi machinantur, nihilominus odio digna sunt, dum non puro consilio obsecundant. Quis enim ignorat commentatores velle sapientium similes titulos prosequi, et amplius et fortius perorare, utpote verborum arte munitos? Sed illa omnia dissonantia curatissima tamen videntur, nullo subsistente decore; propterea etiam interpretatorum moribus sunt indisciplinati. Haec vero libentissima et suavissima de ipso fonte benivolentiae dulcedine mittunt.

Quare sic dicit: „Exurgat pater meus, et manducet ex venatione filii sui"?

222. Dissimilis huius sententia priori. Ille enim

terioris. Ille enim intrans proprio genuino nomine sinceriter evocavit, dicens: *Pater!* Hic autem infamiliariter ac inurbaniter, quasi vero de alieno ad alienum: *Surgat* (ait) *pater meus et comedat*. Itaque vel invitus verum protulit, coactus ex naturali necessitate, quod insipientis filii venatum sapiens ille proponit in cibum; utpote venatione captus fortassis cicuta reddatur, liber autem relictus agrestibus ferinisque cupiditatibus subiacens incurabilis comperiatur.

Cur Isaac interrogans: „Quis es tu?" non adiicit „fili", quod priori dixerat? (27, 32.)

223. Haec sunt grata condimenta, quibus sanctam divinamque condit nobis scripturam admirabile verbum, et reprehendit et pudore afficit insipientem; quoniam more alienatus est et nullam co-

---

ingrediendo recta voce *Patrem* nominavit. Immanis autem et ferox, quasi de altero ad alterum: *Surgat pater meus et manducet*. Invitus enim (*marg.* ergo) rem ipsam confitetur, a naturali necessitudine coactus, quoniam copiosam filii venationem, scilicet mansuetorum, alioquin gurgite ferocitatis detento, insanabilis languor proveniet.

Quare interrogando eum: „Iste (marg. *Isaac*) *quis est?" unum* (lege *non*) *adiecit „filii"* (lege *„fili"*), *quod dixerat priori?*

223. Hae sunt suavitates, quas divina scriptura condere dignatur: divino sermone temperatus; corripit enim et tacere monet insipientem alienantem se

gnationem ostendere potest, nihilque ex iis rebus, quae studio et virtute dignae sunt.

[*] *Quare dicente Esau: „Ego sum filius tuus primogenitus," resilit pater detrectatione magna valde**)*?* (27, 32 s.)

224. Nimiam cum commiseratione miseriam indicat eius, a quo recessionem perfectae renunciationis facit, eo quod sit contumax rebellis. Quoniam primum *filium* se ausus est ostentare, qui ut improbus neque in servili ordine putandus fuit. Secundo autem, quod etiam *primogenitum* filium, quum paulo anterius vendiderat miser pro exigua voluptate primogenitium. Nam haec duo (filium esse et primogenitum) decernere et sibi conciliare convenit, inquit

*) LXX: ἐξέστη ἔκστασιν. Arm. S. Scripturae versio: *miratus est admiratione.* Alii volunt verti ex Gr. *expavit pavore.* Melius erat simili voce dicere: *ecstasin passus est etc.* Auch.

---

a recta sententia, nullo liberalitatis indicio institutorum, nec aliquo digno sobrietatis titulo.

Quare dicente Esau: „Ego sum primogenitus filius tuus," esces sumentis (eccessu mentis) detentus est pater valde vehementer?

224. Incremento sermonis extenso lectio notum fecit, quod ultra modum compunctus est. Indignatur nanque, quod primo quidem *filium* se confiteri praesumpserat pravus, ne quidem famuli ordinem promerendo. Secundo, quod etiam *primogenitum* se dixit filium, primitiarum destructor pro frivola suavitate. Haec utraque sancire libet (*marg.* licebit)

(pater), priori soli (Iacob), ut utroque nomine se vocet, et filium et primogenitum, ille qui probitate (s. electione) distinctus fuit. Tibi vero non detur licentia ex superbia et arrogantia similia eademque dicendi, quoniam mendax es*) contra veritatem.

Quid est „Comedi de omnibus, antequam tu intrares"? (27, 33.)

225. Littera evidens est. Ad mentem vero et anima viri probi universis [*] bonis fruitur, priusquam intraverit in eam alienata a virtute cogitatio. Quando enim haec demum ingredietur, vinolenti instar histrionis**) bene moderatam ordinatamque conviventium consessionem confundens deturbat.

*) Sic codd. CD, ubi A: *falsa sunt.* Auch.

**) Codd. CD: *ebrii instar halucinatur, qui bene etc.* Auch.

---

prophetam secundum merita pignorum, quaeritantem; quatinus et filius et primogenitus probaretur. Alter vero ne permittitur similia postulare, pro petulantia et superbia sauciante veritatem.

Quare dixit: „Manducavi ex omnibus, antequam tu venires"?

225. Post insinuationem lectionis hoc amplius intelligitur: Anima prudentis omnium fruitur bonorum, antequam superveniat extranea cogitatio non amica virtutis; illa enim insolentius commeante vice vinolenti praeconis placidum scholae convivium conturbat.

Quid est „Benedixi eum, et erit benedictus"? (ib.)

226. *Qui iam opus peragit, futuri prae se fert perfectionem,* vere proprie dictum est de nunc factis. Unus enim indoctus est et indisciplinatus, ad omnia iusta bonaque piger et tardus; alter autem, omnem disciplinam habens in se, studiosus est et celer, pro pudore sibi ducens progressum alicuius plus quam se. Quare adhuc confirmat ei benedictionem aegre ferens apparentiam indocti. Ita sane consuevit res se habere. Quoniam dum adhuc vix irrepserit aliquid saevitiae vel malarum rerum vel verborum, ante omnia benedictionem usurpat animus, per regiam viam pergens; postquam vero aliquid mali intermittetur, dimovetur corruitque totus animus, et affectus eius infensus contra malum intumens indi-

---

Quid est „Benedixit eum, et erit benedictus"?

226. Sic proverbium cuiusdam legimus dicentis: Qui antecessu egerit, venturi praemia portando habet (*marg.* abit). Hic proprie dicitur de his, qui modo consistunt. Inertissimus enim ille per omnia iusta et optima procrastinando, et tardus et hebes revelatur; sed industriarum sectator tarditatem pro dispendio ponit, cuius gratia confirmat benedictiones eius adversus praesumptionem inertis, spernendo difficultatem. Et revera hoc modo habetur effectus. Quousque enim non irrepserit aspectus (*marg.* affectus) alicuius abominandi, aut verbum molestissimum, procedentibus benedictionibus paratur spaciosissima via ad proficiscendum, eo tamen molestante quatitur anima pro odio malignitatis, lacessi-

gnatur: quasi vero prae invidia contrarium se obiiciat [*] benevolentiae suae ex illa comprobatione fortiori, quae et deinceps in illo statu permanet.

Quare, quando audivit Esau, exclamavit voce magna et amara valde, et dixit: „Benedic et me, pater"? (27, 34.)

227. Littera id praefert: Non tantum quod*) consecutus non sit benedictionem, aegre fert conturbaturque, quantum quod frater eius dignus est effectus. Quandoquidem invidiosus erat, maiori curae esse sibi putat damnum eius, quam utilitatem propriam: id enim indicat, quum alta voce acerbeque exclamat et dicit rursum: *Benedic etiam me.* Ad mentem vero, indoctus huc illuc vagabundus est et

*) Cf. supra Vol. VI. p. 270.

---

tur etiam zelo, plus exhortante iustitia ad benedicendum pro infirmiori (*marg.* firmiori) arbitrio, ut etiam in futuro ibidem ordo perseveret.

Quare, cum audisset Esau, exclamavit voce magna et amara valde, et dixit: „Benedic etiam me, pater"?

227. Lectio talis est: Pro necdum impetrata benedictione aspernatur pro dignis fratri meritis; utpote enim fascinator curatissimam iudicat plus suam utilitatem pro alterius detrimento. Adeo magna et amara exclamatio innotuit, eo dicente: *Benedic utique etiam me, pater.* Dicetur et altero sensu versutia indocti ex utroque dolosa, et sibimet adversa in negociis, sententiis, verbis. Vides quid in uno bene-

dolosus sibique contrarius et rixosus in operatione*), cogitatione et verbo. Viden' itaque, quod simul benedictionem optat, simul autem invidet; atque simul ei, cui invidit, confirmare orationem voto factam? Nam qui dicit: Benedic etiam me, concedit, quod et illi iure evenit benedictio [*] secundum votum: quod tamen verbo fassus, opere non patitur mos proprius magis quam homo.

Cur respondit hoc tenore: „Veniens frater tuus cum dolo accepit benedictionem tuam"? (27, 35.)

228. Atqui si *fraudulenter* accepit**), dixerit forte quisquam., non laudabilis erat. Quomodo ergo asserit, dicens: *Erit benedictus?* Caeterum videtur designare per dictum, quod non omnis fraudulentus

*) Codd.: *scriptionibus* s. *libris*; sed suspicor simili vocabulo Arm. legendum esse *operibus*. Postquam sic iudicassem, inveni etiam apud Anonymum Lat.: *in negotiis*. Auch.

**) Cf. supra Vol. VI. p. 270 s.

---

dictiones appetivit, in idipsum invidiose motus, attamen in viso confirmat vota, asserens: Benedic etiam me pater, tamquam et illi iusta optando; quae tamen ore tantummodo confitetur, rem autem ipsam sine compromisso subscripsit, suis moribus satisfaciens.

Quare dixit: „Respondit sic: Veniens frater tuus cum dolo, accepit benedictionem tuam"?

228. Quod si *cum dolo* tulisset, nempe nonnullus dicat, non esse laudabile. Quid ergo adiecit: *Benedictus erit?* Videtur enim subsignare, quia non omnis

(visus) reus est. Quod autem ita se res habeat, ecce cum latrones excubitor et inimicos pugnantes duces militiae sine fraude nequeant prehendere et vincere, insidias parantes rem perficiunt oppido magnam, eam inquam, quae insidiosa actio appellatur. Similem habet rationem et luctatorum congressus, siquidem et istis illusio vel fraus putatur honorifica, et qui per dolum vincunt adversarios, praemium coronamque merentur. Non ergo sicut fallacia vituperio digna est habenda talis fraus, sed pro laude: aequaliter valet et [*] ratio sapientis, qui arte, non autem sicut iners operatur.

Quid est, quod dicit Esau: „Iuste vocatum est nomen eius Iacob; supplantavit enim me ecce altera hac vice. Primogenita mea accepit, et nunc accepit benedictionem meam (s. benedictiones meas)"? (27, 36.)

229. Utrumque putans vere dicere ementitur,

---

dolus accipitur pro crimine; nec enim sine dolo latrones a vigiliis capiuntur, et adversarios magister militiae non sine dolo capit, et praeventoriae huius sunt rationes et exusti cum (*marg.* pugilum) certamina, quibus enim fallacia videtur fortitudinis preciosior; qui enim ita devicerit aemulos, brachiis et adoreis largius nominantur (*marg.* munerantur). Hactenus non est reatus vel doli incusatio, sed laus eius, qui artificiosus est; in hoc enim studiosus omnia perficit.

Quid est quod dixit Esau: „Iuste vocatum est nomen eius Iacob; supplantavit enim me iam altera vice (marg. *nunc bis*). *Et primitias abstulit, et nunc accepit benedictionem meam"?*

229. Utraque existimando vera dicere mentitur.

quum nec unum neque alterum surripuerit, sed utrumque retinuit, tam primogenita, quam benedictionem. Quoniam propria haec hereditas est religiosi disciplinatique et iam progressum facientis, quam stultorum quisquam usurpat, eo quod bonus videatur puteturque apud multos: quamque non minus, ac si aliena res sit, aut ultro respuit aut invitus iactat. Hoc itaque mendacio caret. Quod autem addit, ab immendacitate mendacii arguitur, quum ita dixerit: *Et nunc surripuit benedictionem meam.* Cui iure respondebit quisquam: Non tuam benedictionem, o (insipiens) homo*), accepit, sed sibi convenientem: nam tibi benedictio initium duxit de terra, illi vero de caelo; tu in servos adscriptus es, ille in dominos; tibi spes gladium et bellum, illi vero pax

*) Ad verbum: *o iste* s. *talis*, quod est Hellenismus: *ὦ οὗτος*. Auch.

Nihil enim tulit, sed recepit et primitias et benedictionem. Propriae enim sortes sunt certatoris iam et successibus meliorato, quae quamvis aliquis insipientium usurpaverit ad demonstrandam quibusdam fictam benevolentiam, nihilominus ut alienam, aut ultro spernit, aut invitus soluit. Et haec quidem nam mendose, illud sane quod insipiens adiecit, ex aperto mentitur, ita asseverando: *Et nunc accepit benedictionem meam.* Cui iuste ego respondebo: Non tuam accepit benedictionem, sed sibi congruam. Tibi autem benedictio a terris oritur, illius de coelo; cui etiam tu pro famulo dicatus es, ille pro domino; et tua spes cultrum ad (ac) praelium, illi vero pax quidem amica, spes vero pacis merito funditur. Cur

est amabilis, spes autem [*] pacificus ipse. Quum ergo intersint tot et tanta differentia et distinctiones, quomodo ausus es dicere, quod tuam benedictionem sumpserit is, qui nullam illiusmodi tui partem accepit?

Quare interrogatus: „Tantane non est reservata mihi benedictio?“ pater respondit: „Si dominum tuum illum constitui et omnes fratres eius famulos feci, areis arboribusque firmavi eum, tibi ergo qui in iram me movisti, quid faciam, fili?“ (27, 36 s.)

230. Virtute (s. in intellectu) ait: Nec unum ex votis orationis, quae conveniebat (tibi), nunc colligere et acquirere ut bonum proprium, reservavi tibi: quoniam ex ipsa natura bonus est princeps, dominus et dives, insipiens autem pauper, servus, inops. Verum convenit inquirere, quosnam fratres dicit Iacob fuisse, quum unicus sit et gemellus. Sed vide-

---

ergo in tanta differentia ausus es dicere eum accepisse benedictionem tuam, cuius nulla portio tibi competit?

Quare sic interrogante: „Non dereliquisti mihi benedictionem, pater?“ respondit: „Si dominum illum feci tibi, et frumento et vino confirmavi eum, tibi quid faciam, fili“?

230. In ipsa substantia ait nullum votorum titulum, quem dignum est carpere vere bonum pater nisi (*marg.* misi) enim tibi ad principatum aptus esse dominus ditissimus: insipiens vero pauper, servus inops et subiectus est. Dignum est autem considerare, quos fratres dixit Iacob. Unus est enim, qui

tur in allegoriam nos revocare, et fere manifeste vocat: non enim de hominibus est interim sermo eius, sed de symbolis animarum, quae secundum singulas partes irrationales conflantur, secundum nimirum visum [*] et auditum, gustum, odoratum et tactum, adde affectus inclinationesque et cupiditates, timoremque et tristitiam; nam haec omnia affines sunt animae et fratres. Caeterum quando *filium* eum dicit, non sicut de filio testatur ei prognationem (*consortium filiationis*)*), sed sicut puero ruditatem.

Quare dicit: „Numquid una benedictio tibi est, pater? Benedic etiam me"? (27, 38.)

231. Novit quoque perquam ineruditus, quod di-

*) s. *comprolitatem*, si ita dici queat in Latino, ut dicitur in Arm. ut Gr. *συγγονεία*. Auch.

---

et geminus; sed allegorice, invitando non solum exclamat, quod non de hominibus nunc tractat, sed moribus animae, qui per partes animae statuti sunt: per visum et auditum et gustum, odoratum et tactum, cum umbilicum libidines et concupiscentiae opprimunt, cum anxietate et timore propinqua sunt. Haec animae vitia et germina. Cum autem dicat eum *fili*, quod est in Graeco dictum nate, non ut filio testimonium parentelae perhibeat, sed tanquam parvuli insipientiam arguendo.

Quare dicendo: „Num benedictio una est tibi, pater? Benedic etiam me"?

231. Novit etiam maximus inertiarum cultor,

vinae gratiae abundantissimi sunt fontes, et mens et cogitatio hominis sapientis fontis instar emanant bona. Atque eam ob causam magis condemnatur, quippe qui, postquam vidit laudabile, gaudet, eligit et conciliat sibi vituperabile. Quoniam caeco periclitanti compingentique casu in aliquid venia adest; acutum tamen visu conviciabitur quis iure, vix declinantem vel caventem vias lubricas, immo ut magis proprie dicam, minime tritas. Porro alias dicendum erit tam unam esse benedictionem, quam multiplicem: unam in genere, multiplicem vero in specie, secundum illorum diversitatem, qui eam consequuntur.

[*] *Quid est „Compuncto autem Isaac exclamavit Esau voce magna et flevit"?* (ib.)

232. Non, ut putant quidam, ob senectutem poe-

---

quoniam dei gratiarum copiosi sunt fontes, imo quod mens prudentis abundantiam habet bonorum. Quae causa amplius efficitur conditionalis, quoniam videndo laudabilia, amabilia, vituperabilia, caeco enim offendenti datur venia, tanti autem acuminis virum reprehendat quivis merito pro lapsis. Proprie tamen interpretatur (*marg.* interfatur), quod et una est benedictio, et plures: una secundum genus, plures secundum species pro differentia interponendorum.

Quid est „Compuncto Isaac exclamavit voce Esau et ploravit"?

232. Non, ut quidam opinantur, senectute compun-

nituit eum — vixit enim posthac amplius quam annos quinquaginta —, sed propterea, ut ineruditus resipiscens bonum aggrederetur consilium et in usum utilem verteret contraria*). Quod autem is apparentiam quamdam prae se ferebat sapientis, fidem facit evidentem illud, quod exposcebat benedictionem, non sane ab exiguo quolibet homine, sed a viro deum amantissimo; atque scire, quod benedictionum abundans est copia, ipso dicente: *Num una est tibi benedictio, pater?* Videns itaque sollers sapiens, quod ex cunctis istis indoctus ille nihil fere concipit

*) s. fortasse melius ita: *propterea, quod ineruditus habens intellectionem bonorum, usurpabat contraria.* Auch.

---

ctum — supervixit enim annis L —, sed stimulo quidem pulsatus, quod tam inertissimus novit optimarum rerum merita, utitur autem illis in adversis. Quod autem praestigiati sumit meliorum, probatam fidem explorat, exposcendo optibilia, non a quolibet, sed a vero amabili deo. Scit bene nunc adventibilem esse thesaurum, dicendo: *Num benedictio una est tibi, pater?* Intuendo ergo strenuus indutum (*marg.* inductum) haec omnia prosequentem, et in nullo prudentiarum conspirantem, sauciatur non leviter pro spontanea eius imprudentia. [Ego me confiteor legisse in Hebraeo compunctionem et taciturnitatem iisdem literis declaratam: et aliud incredibile in psalmoza LXIIII. Non habet: tibi dicet hymnus, sed tibi silet hymnus deus in Sion. Et aliud mirum non est dictum soli stare, sed tacere iisdem aspici-

post tot eventus, cruciatur animo ob eius voluntariam ineruditionem.

Cur postquam eiulatu magno fleverat Esau, coepit pater benedicere"? (27, 39.)

233. Fortasse quis dixerit, lacrymis visis in misericordiam actum eum fuisse. Verum qui hoc dicit, peccat; [*] quia constans sapiens misericordiam exercet erga omnes, orat autem pro dignis: digni autem reperiuntur miseri, non vero qui sibi ipsis nocent. Movit itaque orantem non misericordia, sed spes poenitentiae ad meliora. Videns enim eum flentem et lacrymantem, opinatus est, sicut decebat, suspirare, gemere, flere et plangere super vitam suam

---

bus, quibus etiam hymnus tacet. Vide, quantam allegoriam compunctio requirit.] *)

Quare exclamante et post fletum Esau pater incipit benedicere?

233. Nempe aliquis dicat lachrymas intuentem anima passum pio dolore patrem pro filio. Qui hoc suspicatur, offendit; prudens enim misericordia utitur, sed dignis eam superfundit. Digni sunt miseri vel infelices, non superbi vel facinorosi. Novit ergo obtuentem non misericordia, sed aestimatio poenitentiae ad meliora venturum, et videndo flentem, aestimavit ingemiscere, suspirantem pro suavitate infelicissima, felicitate: simile huius patitur

*) Uncis inclusa sunt additamentum interpretis.

miseram et indecentem conversationem. Huic similiter et in Aegypto cruciante animum suum, ille qui *naturae videns nomine Israel* supplex erat et suspirans gemensque magna voce, non magis voce exclamante quam cogitatione, assecutus est salutem dei, qui angustias rerum appellationem et preces vocat, pro necessario beneficio remissionem ac libertatem concedens invocantibus.

Cur sic incipit benedicere: „Ecce de pinguedine terrae erit habitatio tua et de rore caeli desuper"? (ib.)

234. Viden' quod maius existimanti terrenum quam caeleste, talis modus intervenit? Verum propitiatori benefico omnis gratia reddatur, quippe qui non permiserit animo penitus desertum esse ab optima divinaque forma, [*] quum descenderit in terrestre corpus, et vitiis flammisque comburi cupidita-

---

deprimentia Aegypti anima, et Israel mentis intuitu stibrium, qui cum ingemuisset et exclamasset non regibili voce, sed intelligibili, meruit salutem a Deo, qui opportunas obsecrationes tacitis exclamationibus praevenit, pro beneficiis peccantium largiendo.

Quare ita incipit benedicere: „A pinguedine terrae erit inhabitatio tua, et de rore coeli desursum"?

234. Vides, quia superiora terrena coelestium arbitrando modus iste probatur? Propitio autem et beneficiorum datori omnis gratia non admittentis mentem sub uno desertum fieri, a meliori et beatiori specie privatum, immo in terreno corpore deductum in Acheronte et Pyriphlegethonte concupiscentiarum;

tum, quia haec faciunt verum tartarum, sed concessit ei tamquam alis elevari aliquando et caelum aspicere atque de visione (s. theoria) illa degustare. Siquidem sunt aliqui, qui ex gula, venere et petulantia semper illuvionem ac submersionem patiuntur, cupiditatibus dediti, et nolunt erigere se ipsos miserrimi et cacodaemones.

Quid est „In gladio tuo vives"? (27, 40.)

235. Nimis naturaliter monuit insipientis vitam bellum esse sine pace, iusti vero altam pacem. Is enim gaudet iustitia et tranquillitate et rectitudine, ille autem conturbatione et avaritia, aemulatione dignum putans iniuriam facere et passim laedere, pacem et iram (confundens)*) sibi invicem infensas.

*) Arm. haec tantum habet: *pacem autem et calorem*, sine ullo verbo. Auch.

---

hi sunt enim tartarei domini. Sed dedi illi fiduciam evolare aliquando, et in caelo respicientem iam deitudinis degustare scintillas. Sunt enim qui ex impuni luxuria diluvium passi, vitiis immerguntur, nequaquam se exinde erigentes.

Quid est „Super gladium vives"?

235. Quam natus aliter declaravit, insipientis fortunam praelium esse impraedicabile. Iusti vero per altissima gaudente enim segregatione et constantia; ille turbas et rapinas explorat, quemlibet pati iniuriam et facere. Haec mortuis congrua sunt, illa

Haec autem mortuis conveniunt, illa vero vivis. Ego vero ter, non semel miserum*) dixerim eum, qui cum sensu sustinet mortem.

[*] *Quid est „Fratri tuo servies"?* (ib.)

236. Magnum est hoc bonum insipienti, ne derelinquatur liber: nam elatio cervicis grave est damnum huiusmodi homini, servitus autem utilior, maxime quum bonum attingat dominum. Sic etiam navis salvatur, quando iussum impleant obaudiantque navarcho nautae; et domus, obsequentibus famulis dominum; et civitates, dum habitatores cedant principibus, et iuvenes senioribus, et imperiti peritis intelligentiaque praeditis.

*) *miserum* deerat in codd. Auch.

---

viventibus a deo: Non semel, sed ter miserrimum pronuntiabo eum, qui eum minima (*marg.* nimia) sensibilitate mortem sustineat.

Quid est „Fratri tuo servies"?

236. Ob (*marg.* Hoc) iam proximo bono prosecutis contumaci dignum, ne laxamentum capiat; sine iugo enim degere perniciosum est, dum servituti, conditio utilissima, studiosum dominum sortita. Et carina salvatur obedientibus gubernatori ministris; et domus erigitur melius famulis vigilantibus pro imperio domini; et urbs erit beatior, si plebs subiecta sit administranti, et iuvenes veteranis debitum deferentes honorem. Felices (*marg.* Vides malim) et indocti, sapientibus obsecundantes.

Quid est „Et erit, quum dissolvas et deiicias iugum illius de collo tuo"? (ib.)

237. Haec, ait, bona, quam tu putas malam esse, servitus, non frustra per accidens obvenit*) tibi, sed quando elationem inanemque fastum abiicias, superbia mutata et quando desolvas iugum vitiorum a te. Quoniam usquedum his iugatus es, eo quod nimia elatione superbis, vix dignum**) te faciat servitute sua sapiens: non ut liber fias. Ubi enim erit tibi, sine eo si ambules, ut attingas libertatem? Sed potius multos [*] pro uno dominos dominasque acquiras in te reconditos, qui animam tuam immediate ac sine recessu deperdant.

---

*) Codd. BC: *adventus;* melius D: *advenit.* Auch.
**) Ms. B: *indignum;* C: idem, sed verbo minus usitato usus; at D: *non dignum.* Auch.

Quid est „Erit ergo cum deposueris, et exolvas iugum tuum de collo tuo"?

237. Hoc inquit bonum, quod tu suspicaris esse malum servitium, non quolibet casu advocavit tibi, sed cum petulantiam et tumorem vanae gloriae deposueris et cum dissolvas iugum vitiorum de temetipso. Quousque enim sic occuparis valde de extollendo, indignum te suae servitutis probabit prudens: non ut relaxatum in libertatem, sed ut plurimos pro uno dominos habeas, infra te penetrante, qui tuam animam incessanter exposcant.

Quid est „Dixit in mente sua: Appropinquent dies luctus patris mei, et interficiam Iacob fratrem meum"? (27, 41.)

238. Non in superficie sunt odia vindictae, sed intus ex corde, ut ait poeta, apparent. Quoniam non voce dicendo, sed sine voce in mente monstravit evidenter consilium offensi animi subdoli et profundi. Talis est improbus, maléficus, dirus, iracundus, unaque blandus et insidiosus. Adhaec etiam perfecte indoctus est, suppositiones atque res, quae fieri non possunt, sibi proponens. Nam quomodo umquam fieri poterit, ut vitium perturbatae animae adsit nationi vitiis carenti ex dono naturae, et occidere fratrem virtute praeditum? Ubi videlicet supplantare et oppugnare, non vero supplantari et oppugnari quis per disciplinam, exercitium et stu-

---

Quid est „Dixit in corde: Appropinquent dies luctus patris mei, ut occidam Iacob fratrem meum"?

238. Non in propatulo saevit infestus, sed de corde, ut ait poeta. Quod enim non voce promittitur (*marg.* promitur), sed sine voce et in corde, consilii est externi et profundi. Talis est pravitas malignantium iracundia suppressa, scrupulosa, insidiosa, paraturas sibi inpossibiles reservando; nullo enim genere praevalebit laedere congeries vitiorum impassibilitatis titulum, cui permittitur a natura decipientis animam, et dissipare et perimere. Didicit enim ex indüstria huiusmodi frater plantare et superare; non utique superari, dum etiam (*marg.* est) vita verissima ante oculos eius preciosa, ut illi a

dium instructus est. Huic enim vita vera proposita est sicut bravium (βραβεῖον); sicut ex adverso improbo mors, quae per sensum est, accepto morbo incurabili.

[*] *Quare, quum audivit mater insurgentem eum*), dicit: „Surgens transfer te ipsum ad Laban fratrem meum in Charan"?* (27, 42 s.)

239. Littera manifestae significationis est, quoniam ostendit curam sollicitae matris per transmigrationem molientis praeservationem. Ad mentem vero *Laban* explicatur albedo, lucis sensibilis indicium, et *Charran* foramina, quibus aenigmatice sensuum denotat oculos, aures, nares. Dicit ergo ad suos

*) Sensus est: *comminationem eius.* Auch.

---

diverso mors, quam excipiat consensualitate minimam (*marg.* nimiam), pro pessimo contagio et insanabili cruciatu.

Quare cum audisset mater minas, ait: „Surgens fuge ad Laban fratrem meum in Charran"?

239. Dictum palam designat praesagium matris transmigrationem nuntiantis pro cautela dilecti. Mentis autem subtilitas hoc postulat. *Laban* interpretatur candidus pro auspitio certi luminis; *Charran* foramina, per quae meatum sensualitatis designat oculis atque naribus. Suadet ergo secrete anima sobria susceptis suis: Si obstinatissime verissimam vitam sectando atrocissimum et infestissimum vicinum patimini, enormissimam excipietis cladem.

consessores consiliariosque consilium animi: Quod si lucidam fidelemque patientiae et constantiae vitam acquirere studetis, in quantum assidetis apud invidiosum, omni libertate invadente eo, vix superiores eritis periculis. Sin autem valedicentes concordiae abscedatis, nolite nec illico tamquam incorporei effecti contemnere corporea, neque brutorum more cogitare cibos necessarios, sed simul per mediam revertamini viam, nec cruciantes fame penuriaque carnem neque adhibentes ei quicquid lautum est ex diversis deliciis, sed simplici victu diligenter vitam ducite. Quid enim [*] aliud simplicius sit albo colore, qui vocatur Chaldaice Laban? Quoniam summa errant errareque faciunt in contraria eos, qui

---

Sin vero vitatis eius colloquiis, valere dixeritis, penitus separati tanquam incorporales, ne victum quidem quotidianum habebitis. Sed potius mediam arripite viam, nec unquam laedentes esurie corpus, neve rursus sumministrantes illi suavitatum varia gustamina, sed simpliciter fruentes tutiores eritis. Quid enim simplicius candidi coloris, quod Chaldaei vocant Laban? Ultra modum ergo meliora concidere possunt ad peiora, mediae vero habent intervallum ad paraturam custodiae, ne quid subito abominandum proveniat. [Ante Christi adventum iustus illic morabatur, ubi signa coeli cognoscantur per nocturam mundi sapientiam, quae est inter vesperum et matutinum. Hunc statum primus transiit Abraham. Iam pervide vocabula Chaldaeorum non est delirationis aut excessus nomen hoc, sed culpa denique acta in peccatores dicuntur Hebraice se-

non sunt constantius firmati; mediocritates autem prae se ferunt abscessum praeservationis, ne quicquam ex improviso irremediabile patiantur.

Quid est „Mittens revocabo te inde, ne forte orba filiis fiam ex ambobus vobis die una"? (27, 45.)

240. Quum littera pateat, allegoria utentes dicamus, quod transmigrationem perpetuam vix expedire religioso putat, sed ad praesens tempus utilem fore. Vult enim eum abscedere a connata gemellaque malitia, non in locum simpliciorem et illucidum, sed in situm sensuum illuminatum, utpote instruat se in cunctis exercitationibus; et postquam fuerit pugil fortis perfectusque, eo redeat, ubi non

---

cundum sydera, licet Laban candor pro luminari indicio Harran, foramina pro magnitudine stellarum. Ait tamen Abraham transitor, quem omnes fideles imitare possunt, et si nox occupaverit, non decipiuntur ad maternae ecclesiae viscera revocati.] *)

Quid aestimando accipiam te inde, ne quando orbitabor?

240. At nobis lectione certa existente, per allegoriam disseramus mediam hanc larem assidue habitare certatorem, mater inutile arbitratur, sed ad tempus ei prodesse, quem vult semotum esse cognatae vel geminae (*marg.* genuinae) malitiae utpote in lucidiori quadam mentis regione exhibernantem, inde palestricon perfectum redeuntem iam minime

*) Uncis inclusa sunt additamentum interpretis Lat.

amplius facile defraudetur ac laedatur. Quoniam adhuc iam semiiuvenis erat, socio nativitatis emortuo quoad vitam virtutis, iure metuit, ne alter quoque unitus cum simplicibus sensibus per illos paulatim progrederetur ad superflua sensusque [*] supervacanea peragentes. Quod si loci amore captus fuerit, nequit redire, atque ita graviora sibi faceret mala orbatio a filiis solidae sapientiae ordinis.

Cur dicit Rebecca ad Isaac: „Taedet me vitae meae propter filias Chet"? (27, 46.)

241. Littera patens est, quia visa est vix contenta esse de prioris*) mulieribus, quae ex illa erant regione, et ut prius dictum fuit, invidiosae erant cum nuru sua. Caeterum magis naturalem theoriam con-

*) Ita cod. A cum Lat. Anonymo, ubi CD volunt legi: *primis*. Auch.

---

decipiendum, utpote semipuerum, altero tamen per inopiam sobrietatis pro mortuo imputato, veretur merito paternae quibusdam casibus paulatim cedat simplicitas morum, superfluis et curiosis occupata, aut pro amatore regionis redire nequiverit, intolerabile malum iniiciendo animae, hoc est, stabilitatem (*marg*. sterilitatem) insignium titulorum sapientiae.

Quare dixit Rebecca Isaac: „Fastidiata sum vitae meae propter filias filiorum Chet"?

241. Manifestissimum est dictum. Aspernatur enim pro uxoribus prioris interraneis: et est amplius allegoricus. Ita *Chet* excessus sive dolorationis

templari expedit per allegoriam. *Chet* est nomen declarans abscessum (ἀποστασίαν) et insipientiam; filiae autem cogitationum abscessus sunt insolentes impetus, quos odio habet animus virtutum studiosus, maximo puta odio, quoniam contraria boni ordinis morisque praeferunt.

Quid est „Si sumet Iacob uxorem de filiabus Chethensium, ad quid est mihi vivere"? (ib.)

242. In timore ac dubio est indoles philosophi, ne forte penitus ignoret, quum in corruptionem deveniat illa quoque, quae salvari potest, pars, terrenis prius [*] quam caelestibus vivens. Quod si acceperit, inquit, uxorem is, qui putatur religiosi moris esse, ex filiabus huius terrae (hominum) immundorum vel sensuum, qui facile volunt inquinari, earumque quae secundum sensum sunt cupiditates, prae-

---

nomen est. Filiae autem huius intentabiles sunt incursiones, quas clementissima anima pro odio habet, et destruit, dignus vitii, quae deferendo quaeque ordinem cunctaque censuram.

Quid est „Isaac cepit sibi Iacob uxorem ex hac terra? Ut (marg. *Aut) quid mihi viveretur"?*

242. Clementissimi pectoris decus, ne quando ille delitescat per contagium eius partis, quod salvari praecipue possit, terreno matrimonio ante coelestia copulato. Si enim acceperit, inquit, uxorem, qui iam studiosus est moribus inquinatissimis, et secundum has easdem libidines praevaricando coelestia, quae semper casta sunt concilia, utquid mihi

termissa cogitatione caelesti semperque virgine, ad quid erit mihi vivere huiusmodi videndo demutationem et captivitatem in similitudinem civitatis, tota anima destructa? Quoniam ecce et alter ex natura frater eius, moribus tamen inimicus, a principio virtutem odio habens, per impervia perrexit, derelicta via, quae per rectum condecensque conducebat; atque a familiaritate eius, qui secundum disciplinam incedit, abalienatus, ferocitatem insolentiae laetabunde sibi adscivit, ita ut omnino agrestem redderet animum per iram, cupiditatem, iniustitiam, fraudibusque omnia astute tentantibus.

Quare dicit ei pater suus: „Surge, transfer te in Mesopotamiam in domum Bathuel patris matris tuae, et sume tibi uxorem de filiabus Laban fratris tuae"? (28, 1 s.)

243. Littera facilis intellectu est, in terram alie-

---

vivere cernenti tam pernitiosam transmigrationem vel excidium utpote civitatis, hoc est, animae obsidium. Naturalis namque frater ultroneus inimicus, a principio detentus odio clementiae, perversas arripuit vias, directo itinere vitato et mansuetudinis alienatus, ferocitatis extitit familiarissimus, inertiam vegetando, et totam mentem furiis desideriorum iniquis venatus (*marg.* venenatus), se religavit astutiis.

Quare inquit pater illius: „Surgens fuge in Mesopotamiam in domum Bathuel patris matris meae, et accipe tibi uxorem a filiabus Laban fratris matris tuae"?

243. Pars orationis in utroque permittere patrem

nam iter facere, patrem filio mandatum dare, desponsare uxorem, [*] quae eiusdem cognationis sit. Ad mentem vero symbolica ratio reddenda ita se habet. In concilio congregato, ubi consilium actum est, anima dicit meliori parti: Vides improbum super te accusationis vocem imposuisse; cur ergo tardas, et non resilis motu? Quoniam vero adhuc infirmioribus vacas laboribus belli, nondum constanti virtute operans, ut queas opponere te ac superare per studium virtutis, vade, fuga capta. Nam si tu procul transmigres ab huiusmodi fera, melius feliciusque vitam traduces, et eius ardor atque indignatio malae indolis exitialesque irritae cessabunt. Vade ergo et proficiscere in Mesopotamiam: ad verbum in terram, ubi degunt Chaldaei et Babylonii, re autem vera in medium terminum habitationis virtutis et mali-

---

filio dicit mandantem ad copulandam uxorem proprii generis. Intellectus auspicialis est relationis, concilium bonarum cogitationum suarum convocando animas vadat meliori parti: Videns infestum adversarium, noli cunctare, sed exurgens dum adhuc firmis doloribus uteris nec dum certamine prolatam fortitudinem demonstrantes, nec ad retribuentem praevalentes festinanter recede. Si enim longius larem constitueris huius bestiae, tibi melius erit. Hi quoque (*marg.* quotque) furorae et concupiscentiae instinctu malitiarum evanescunt, eris ergo in Mesopotamia, verbi gratia in regione Chaldaeorum et Babylonis. Quod est autem integrum verum os malitiae atque virtutis, quae sunt meliorationis latera via duntaxat diligens (*marg.* dirigens) aut beatitudine, licet ipsa regio Mesopotamiae inter duo flumina con-

tiae, qui est progressus probitasque, tamquam via conducens ad perfectionem egregiam. Regio itaque Mesopotamia nuncupata inter duo flumina sita est, Tigrin Euphratemque. Locus autem in anima mediocris progressus et probitatis, inter malitiam, ut dixi, et virtutem: ex quibus malitia ut *ferina* Tigri adaequatur, virtus autem, per quam possidetur gaudium, *laetitia**) synonyme cum fluvio Euphrate nominatur. *Bathuel* autem audit filia dei, secunda in cognatione post masculinum [*] natum honorata vis, cuius est in anima locus, quam domum nominavit verbum generosum, unde iubet accipere sibi uxorem sapientiam intelligentiae amatricem. Uxoris autem nomen erat *continentia***) ex filiabus lucidae

*) Arridet Gr. nomini *εὐφροσύνη* simili nomenclatura *Εὐφράτης*. Auch.

**) s. *sobrietas*, ad verbum *religio*, iuxta vero Latinum Anonymum *possessio*, ad Liam vel Rhachel pertinens. Auch.

---

stat, *Tigridis* et *Euphratae*. Talis etiam in anima grumus est malitiae atque virtutis, quarum ferox Tigridi pertinet, alter lenior Euphrates, hoc est iucunditatis, successus. *Bathuel* vero interpretatur filia dei, secundo quodam gradu pro maribus sustitutus, sicut in haereditatibus: prerogativus titulus et subcisivus, cui est anima locus ille, quem domum sermo divinus vocat utilissime, ex hac autem (*marg.* enim) permittit ducere uxorem, amatricem disciplinae, nomen autem uxoris possessio pro filiis generis praeclari, quod iam diximus Laban, Graece enim *διειδής*. Sunt autem plurimi personis deferentes, quas aut cito laudant, aut cito vituperant. Nobis autem, qui per allegoricum examen ista requiri-

gentis, quae Chaldaice vocatur *Laban* et Latine *albedo.* Sunt qui faciem rerum aspicientes vel vituperant eam vel laudant. Nobis tamen, qui allegoricam quaerimus naturam, sed extra visionem, convenit nomina ipsa disquirere neque decipi similitudine nominum: quorum distinctio in hoc consistit, quod aliquid perfectum est et splendori luminique similis creatura, aliquid autem sensibilis quaedam qualitas superficialiter colore tincta, sicut illa quae pinguntur ab improbis ad illusionem visionis.

[*] *Quid est „Audivit Iacob patrem (suum) et matrem (suam), et ivit in Mesopotamiam"?* (28, 7.)

244. Tum ad litteram laus confertur itineri filii, qui obedivit ambobus parentibus; quoniam non-

---

mus, quia semota sunt a visibilibus, expedit vigilantissime nomina scrutare, nec alicuius nuncupationis similitudine falli, quorum distinctio et discretio differentiam rerum declarat. Sic et modo candor, quem aiunt esse Laban, perfecta translatione lucidus vel splendens: sin vero secundum visibilia transtuleris, nomen candoris, hoc est, albescentis coloris indicium, ut solent pictores ex candore colorum faciem exprimere interno minio. [Ita etiam Isaac, qui dicitur risus, perfecta translatione serenus atque lucidus intelligitur.] *)

Quid est „Audivit Iacob patrem et matrem, et perrexit in Mesopotamiam"?

244. Laudetur etiam oratoria pars, quae continet filium esse (*marg.* isse) obedientem utrisque parenti-

*) Uncis inclusa desunt in Arm.

nulli uni soli complacent, imperfectam ac mancam ostendentes virtutem, nonnulli vero nec uni quidem, quibus legislator increpans minatus est mortem. Unde patet, quod vitam et immortalitatem praenunciavit eis, qui sanam plenamque et perfectam utrique parenti praestant pietatem. Tum etiam ad mentem symbolice itidem laude celebratur religiosus, quum indoles animae suae honorat principem rationem, patris virtutem habentem et intelligentiam disciplinae, quae dignitatem praefert matris, quae nutrit et curat diligenter.

Quid est „Videns Esau, quod malae videbantur filiae Chananaeorum coram Isaac patri suo, ivit et sumpsit Majeleth filiam Ismael filii Abraham, sororem Nabeoth, supra eas uxores suas in uxorem"? (28, 8 s.)

245. Hic quoque cernitur tam anterioris, quam

---

bus, quidam autem (*marg.* enim) semiplenam et mancam exhibent devotionem malis, nec ipsam quibus legislator interminatur mortem. Inde merito certum est, vitam et immortalitatem praedicari, qui recto corde et integra mente utrorumque parentum pietatem suscipiunt. Pro intellectu tamen altius speculantes, aestimamus hunc titulum esse laudabilem cum studiosi sobrietas moribus synceri pastori (*marg.* pectoris) ornatur, et verbo praedicantis defert pro paterna virtute, et disciplinarum dignitati, fauens pro materna quoque clementia, quae nutrit et diligit.

Quid est „Videns Esau filias Chanaan, quod malignae in conspectu Isaac patris, perrexit ad Ismahelech, accepit Melchol sororem Nabeoth super uxores suas uxorem"?

245. Perpendere statim monemur differentiam

praesentis quaesita [*] distinctio (in ambobus fratribus). Nam ille utrique parenti complacebat et hominibus, tamquam exemplar (s. exemplaribus) magistrorum. Iste vero nemini placet; sed volens blandiri sese occultando, ut videretur honorare, matrem neque memorat, nisi patrem solum. Nec hanc tamen miser integram perficit simulationem, sed certe sciens, quod displicent patri habitatores regionis, eas quas habebat, non dimittit, sed accipit super illas, adiectis peccatis supra peccata, vix solutis primis. Quare propheta ignominia ipsum notans, scribit sequentia, quod non dimisit, sed super eas uxores duxit sibi uxorem: quod non inaniter dictum credas de praesumptione aggressa, sed sicut reprehensionem intimae amicitiae erga mulieres a sapientia alienatas, quas ut malas iudicavit pater,

---

prioris et huius, de quo nunc sermo est. Ille autem (*marg.* enim) utrisque placebat parentibus hominibus, ut censura discipuli magistris. Hi autem neutri obsecundat, simulato autem favore deferendo, matris quidem nec meminit unquam, patrem vero hucusque; nec ita demum infelicissimus salvat fictum obsequium, sed palam eum cum cognovisset, quod aspernatur interraneas pater, primas quidem non repulit, alteram autem superducit, augendo peccatum non obsoluto priori. Unde profecto notas adversus eum promendo, dixit eum non remisisse, sed superduxisse prioribus uxorem, non transitorie, sed pro testimonio favoris, quem habuit ad extraneas sapientiae et pudicitiae foeminas, quas pater malignas iudicat. Nullius accipiendo personam,

qui nec munera neque personas accipiebat. Sed quid, o infelix, dicamus ei, tertiam adaptare voluisti! Quae enim corrigere potuerit eas, quae apud illum sunt*)? Nullatenus, sed potius in contrarium: tam accepta, quam data (pro exemplo) vita**) est praeter vitam. Vocatur autem Hebraice *Majeleth,* quae explicatur ex principio. Hoc autem in virtute est voluptas, uti a principio [*] a primaque creatione connutrita omni cum animali credita. Dicitur autem cupiditas etiam causa multorum malorum, tum iis qui habent†), tum illis qui tangunt eam. Cuiusque pater *Ismael,* qui sonat auditus, eo quod vix particeps sit visus; quia obcaecata est mens dediti cupiditati, ita ut nequeat videre visione digna,

*) s. *Quis ... id quod apud illum est?* Auch.

**) Vix polliceor certum me huius loci obscurissimi sensum exposuisse. Fortassis melius diceretur: *conversatio* aut *exemplum* aut *modus vivendi* pro *vita.* Auch.

†) *iis qui habent* datur in ms. D; in aliis minime. Auch.

---

qualem tibi dicam, o infelicissime, etiam tertiam illam desponsationem, de qua possit etiam priores emendare, absit, sed ut rursus acciperet et praemuneraret eam, quae vitam sine vita conficiunt, merito vocatur apud Hebraeos *Mahelet,* quae interpretatur ab initio, potentia utique libidinis, quae ab origine mundi vel primae generationis coaetanea, omni animali pro subcisiva innumerabilium malorum tam pessimam, tam noxiam preparavit etiam approximantibus perniciem. *Ismahel* pater est auris, contagio visionis; caeca est enim mens concupiscentiis dedita, nec potest intueri tam digna ad conside-

mundum et eam quae in mundo est, entium naturam; quorum mirificum est spectaculum atque optatissimum.*)

---

*) Desiderantur in codicibus Armeniis, quos nos attigimus, reliqua Philonis scripta usque ad finem libri Geneseos, quae nimirum respiciebant ad residuam Iacobi et Iosephi historiam; ut patet etiam ex locis apud alios scriptores citatis, quorum vestigia notantur apud *Fabricium*, Bibl. Gr. Tom. III. pag. 110. Auch.

---

randum spectacula, mundum videlicet, et ea quae in mundo sunt, ut ipsius sensi naturam; horum enim investigatio spectabilis est atque amantissima.*)

(*In calce editionis:* Basileae per Henricum Petrum. A. D. MDXXXVIII.)

---

*) *In marg.*: „Variabant hic exemplaria, secuti tamen sumus Laurissanum ut vetustius.“ — Addit Aucherus: „Hic finis fragmenti Latini apud Anonymum, qui sequentia a se addidit: „„Interpres: Secundum consequentiam testimoniorum divinae Scripturae non exposuit Philo titulos allegoriae, sed ea captare voluit capitula, quae videntur intutui mentis suae succurrisse.““ [Ex quibus colligi licet, exemplar Quaestionum et Solutionum in Genesin Philonearum ab interprete etiam Lat. usurpatum hoc loco finitum fuisse.]



QUAESTIONES ET SOLUTIONES

IN EXODUM.

SERMO I.

[II, 444.]

„*Mensis hic vobis principium mensium: primus est in mensibus anni*". (12, 2.)

1. A vernali aequinoctio circulationem mensium ratur convenienter calculandam fore. *Primus* autem et *principium* secundum homonymiam dictum est, eorum a se invicem designatorum. Quoniam *primum* dicitur tum in ordine, tum in virtute; similiter et *principium* videtur illud, quod in vernali aequinoctio tempus tam ordine, quam virtute progrediens, quemadmodum in animali caput. Hoc enim nomen etiam peritissimi astronomiae indunt praelaudato tempori. Nam caput Zodiaci vocant Arietem, in quo visus Sol generat vernale aequinoctium. Insuper et anni [*] temporum nascentium exordium esse huic contigit. Quando*) ergo satorum fructus perficiantur ab arboribus, tunc principium generationis accipiunt, ut prolongentur dei gratiae perpetuo aliis post alia se invicem excipientibus et adhaerente fine initiis initioque finibus. Verum in prima productione omnium, in qua et mundum

*) Cf. supra Vol. VI. p. 245 s.

condidit, stabilit omnia simul plena propriis fructibus connaturalis consilii. Siquidem oportebat ita fieri, patre (universorum) nullam penitus suspicionem relinquente nec redundandi nec deficiendi, maxime ut homo, cui commendaturus erat principium consuetudinum, inveniret statim omnia perfecta perfecteque generantia.

Quod autem vernale aequinoctium supponat ut principium circulationis mensium, patet ex retentis temporibus iuxta singularum gentium ordinem ac traditionem. Certius id verificet quisquam et ex spicis primitivis, quas iubet secunda festi die afferri in usum ministrorum: messis autem tempus est ver.

At dubitet quis, quid sit, quod quum duplex sit aequinoctium, vernale et autumnale, quae natura constituit iusta regula aequalitatis dierum, non ex autumnali, sed ex vernali coeperit dinumerare tempora? Ratio erit ea, quod vernali tempore pullulat, florescit et producit fructum suum omnis locus fertilis terrae, montanus et campestris; in autumno vero quicquid frugis est terrae, una simul collectis fructibus, defrondentur arescuntque plantae: principium ergo necesse [*] est adscribere meliori parti magis desiderabili. Mihi tamen videtur, quod iam vernali aequinoctio tamquam reginae serviens factum est autumnale. Hoc enim colit terram, quiete ei data, et arbores levitate donat, quum defatigata fuisset earum natura, luctatoris instar generose certans, qui velut pugil cum adversario optime congressus foret, sinit ut lassus renovetur rursum ex principio. Quod si ita res se habet, nemo peccabit, quum dixerit, sicut mundo caelum, ita et in temporibus ver autumno prius principaliusque esse.

Menses autem et annos non omnes similiter habent, sed alias alii: quidam secundum solem, quidam vero secundum lunam. Atque ideo sacrorum festorum cultores de principiis anni contraria asserunt, principia contraria constituentes circulationi temporum principiis periodi convenientia. Quare adiecit, quod *vobis mensis iste principium* (erit), indicans distinctum certumque temporum numerum, ne in Aegyptiorum abirent mores, mixtim in regione eorum habitantes consuetudine seducti: idem volens tempus principium esse mundi ad generationem, et huius gentis pro mensibus annisque. Tempus autem mundi conditi, si quis opportuno examinis consilio utens inquirere velit veritatem, vernum tempus est; hoc enim tempore omnia universim florescunt ac germinantur, et suos terra perfectos generat fructus: nihil autem imperfectum erat, ut dixi, in prima procreatione universorum. Nam opera data constitutum erat, ut gens ista optime conversaretur in mundo, sortita propriam partem meliorem pro honore pietatis, magnam hanc urbem, mundum inquam, et urbanitatem, qua dispensatione bene [*] conversatur. Quare et tempus ratum habuit idem esse debere ad memoriam mundi nascentis et cognationis cum isto, ut omnis temporis principium itidem ver sit. Simul enim ac factus fuerat mundus, id fiebat; et gens naturam imitans universamque caeli dispensationem tempus quoque similiter et convenienter cum mensibus annisque aptavit, eandem praeferente verno tempore rationem, quae fuerat et in mundo condendo. Etenim ad hominis (Mosis) vocem, quo umquam oportebat mutare habitationes suas de Aegypto, quum manifestis verbis persuasi sunt, transmigra-

tionis tempus mensem primum scripsit. Idem tamen et septimus est (mensis) iuxta solarem periodum, quoniam et in autumnalis aequinoctii comparatione septimus mensis scribitur transmigrationis tempus, et primus est secundum solares numeros*).

Quare ex decima (die mensis) iubet servari quartae decimae (diei) ovem sacrificandam? (12, 3. 6.)

2. Primum, ut qui oblaturus erat sacrificium, non obiter illico sine praeparatione facta sacrificasset, sed cura diligentiaque tamquam ad gratiam reddendam paratus salvatori et benefactori universorum deo. Secundo sub [*] aenigmate per illam praeparatam hostiam vult illud prius edocere, quod qui oblaturus est hostiam, praeparet animam et corpus: istud per munditiam abstinentiamque ab immunditiis, illam autem per vocationem divinae initiationi tranquille, ut sit dissolutio cupiditatum, etsi non omnino, conturbantium; non enim licet, secundum tritum verbum, illotis pedibus ingredi pavimentum templi dei. Tertio multis diebus vult experiri gentem, qualisnam sit in fide; quoniam dubio actos manifeste sciebat non praeparatos esse in oblationem, sed potius negligenter se gerentes ad convenientem condignamque diligentiam habendam. Quarto debellationem Aegyptiorum palam inducit: quia, etsi non omnino in angustiam redacti fuissent et horrore consternati ex malis, quae passi sunt, il-

*) i. e. *primus* dictus Israelitis mensis Martii, quo vernum occurrit aequinoctium, *septimus* est mensis inchoans a Septembri transacto, quo autumnale erat aequinoctium: sicut et Septembris nomen denotat mensem solarem a Ianuario inceptum. Auch.

lud quoque futurum eis malum, quod post certos quinque dies, debuissent perpeti, quum hostes sui praeparabant sese ad victoriae hostias offerendas. Littera haec habet. Ad mentem vero id erat conveniens, ut numerus et natura simul omnium colligeretur. Quando ergo animae appareant lucidae, visus earum incipiunt festum celebrare, vitam tristitia et timore carentem sperantes sortiri certo in decimo plenum et perfectum cernentes ornamentum rationis perpensionisque: id est affectus earum quinam est, nisi festivus?

[*] *Quid est, quod secundum domos familiarum iubet sumi ovem?* (12, 3.)

3. Primum, quia familiae sunt magnae quaedam cognationes plurimis constantes hominibus; at exiguae, quae secundum domum ex eodem sanguine in paucum numerum hominum coactae. Istas ergo exiguas in familiaritatem magnarum reducens eiusdem mensae participes dignatur esse, in unum convenientes habere communionem salis, oblationis et mactationis, quod amorem conciliat et firmius coaptat. Quia pacis et concordiae effectrix est lex: maxime vero quia itineri se parabant, ubi utiles sunt socii tabernaculi, aequum duxit initio ex sacrificio ducto id agere. Secundo secundum domos singulas sacrificium fieri iubet comitum coadiutorumque, quoniam et in omni domo adversariorum futura erat mors primogenitorum: ut nempe unum super alterum videns quispiam beneficium et ius (divinum) tam gratias referat, quam timeat. Siquidem inopinatae res contigerunt exiguo tempore, apud quosdam sacrificia immolari, apud aliquos autem primogenitos occidi;

quibusdam festum laetitiamque esse, aliis autem luctum ac moestitiam; illis hymnos cantusque deo condignos, his gemitus planctusque continuos. Littera huiuscemodi est. Ad mentem vero ovis illa progressiva, sicut ipsum nomen declarat [*] (Phasec), secundum progressum dicta, designat profectionem secundum animam mutationemque in meliora. Vult autem non secundum unam partem, sed secundum omnes suas partes, naturam inquam, proficere ac crescere in virtute, secundum sensus, verba et principem eorum, mentem: ut naturalis horum cognatio, fortiorem recipiens familiaritatem, solidius sibi conciliet copiam prudentiae et iustitiae.

Quid autem sit Phasec*), *quod explicatur* transitus. (12, 11.)

4. Mactant igitur *transitum*, mutantes habitationem iuxta mandatum verbi (divini) super tria beneficia, quae sunt principium et medium et proxima consecutio libertatis: principium, quia acerbos et importabiles experti dominos, qui omnia mala induxerant eis, vincere potuere duplici modo, tam virtutem, quam multiplicationem adaugentes; et medium, quia inimicos viderunt subiacentes divinae vindictae calamitosae, ita ut bellum contra eos commiserint non gentes, sed mundi partes et elementa quatuor usurpaverint vim suam una cum atrocitate ferarum. Littera haec prodit. Ad mentem vero, non

*) Vox ipsa Hebraica, quam et Theodotion servavit, ubi in Gr. communiter fertur *πάσχα, Pascha*. Arm. interpres Philonis sic dixit: *relatum in linguam Armenam interpretatur* Anis. Graecam autem vocem a Philone usurpatam *διαβατήριον, transitus*, adnotat Theodoretus Quaest. XXIV. in Exodum, dicens: *Τὸ δὲ πάσχα ὁ μὲν Φίλων ἑρμήνευσε διαβατήρια*. Auch.

soli homines *transitum* mactant, quum loca mutant, verum etiam animae familiarius, quando coeperint, iuventutis studio et cruda insipientia relictis ad meliorem senilemque ordinem transferri. [*] Mutentur itaque animi nostri ex ignorantia insaniaque ad disciplinam et prudentiam, atque ex intemperantia in patientiam et mentem sanam, et ex timore in fortitudinem, et ex aviditate iniustitiaque in iustitiam et aequitatem. Est et alter istius transitus, quum animae immolat emigrationem de corpore, et menti discessum de sensibus, cogitationi autem, ut non a se capiatur, sed potius ultro cogitet (superiora) propter desiderium aemulationemque spirituum propheticorum.

Quare, si pauci fuerint in domo, iubet vicinos assumere secundum numerum animarum? (12, 4.)

5. Litteram vides, quantum humanitatis amorem communicationemque ostendat, praecipiente verbo divino, non solum servare, sed etiam vicinis et proximis studiose favere per participationem in aequalitate et similitudine. Siquidem propter unum magis pretiosum — et quid sacrificio pretiosius? — etiam in rebus minimis honorem et communicationem videtur hoc decernere. Littera his continetur. Ad mentem vero animarum aliquae sunt, quae plenam habent cognationem, ad probitatem concordiae convenientes, cogitationibus cum sermonibus, sermonibus autem cum operis consentientibus. Aliquae vero sunt, quae his indigeant, partibus perpetuo*) a probitate deficientibus; [*] partes autem istae amore effluunt, humaniter recipientes vicinos et proxi-

*) s. *indigeant partibus aeternitatis s. aeternis.* Auch.

mos. Quoniam vicinus quodammodo atque prope est secundum virtutem honestae voluntati conatus theoriae, quae encyclica dicta est: qua nutritus et instructus quisquam solido exercitio defectui, accepta etiam communi mentis disciplina, supplet. Erit autem et studium encyclicorum haud puerile, sed rationale, aestimatione dignum et spirituale; quoniam secundum *numerum animarum* id conciliat mentem.

Cur unicuique sibi sufficientes iubet simul connumerare in hostiam? (ib.)

6. Primum quidem excessus defectusque aequitatis sive paritatis generavit inaequitatem atque imparitatem. Ut autem et ego fabulosum quicquam usurpem de his nominibus, mater istius iniustitia est, sicut itidem paritas sive aequalitas iustitia est. Inter autem excessum et defectum medium tenet *sufficiens,* in quo divinus liber hoc constituit, ut Nihil sit nimis. Secundo, proprius labor eius in agro colendo mensura est moderata necessariorum utiliumque ad corporalem vitam. Sorores autem isti contigere frugalitas, facilitas et inexcessiva virtus, et omne quicquid superbiam sibi sumit evertendam.

[*] *Cur „perfectum, masculum, anniculum" iubet accipi ovem?* (12, 5.)

7. *Perfectum* secundum duplicem conditionem*) et partium corporis sensitivis et caeteris quoque instrumentis; nam imperfectum non licet ad aram divinam afferre. Et *masculum,* imprimis, quia mas femina perfectior est; quapropter etiam a physicis

*) Ad verbum *aetatem s. staturam.* Auch.

dicitur non aliud esse femina, nisi masculum imperfectum. Secundo, quoniam masculos occidi iussum erat a rege regionis, contra id aequum duxit et oblationem ad gratiam reddendam ex masculinis bestiis fieri. Tertio autem propter regis crudelitatem per illud edictum publicatum de natis apud Hebraeos, ut feminae alerentur, mares autem occiderentur. Siquidem conveniebat, ut irrito edicto per humanissimum beneficium divinae potentiae, de masculis subito vivifactis per masculorum oblationem gratias agere. *Anniculum* autem, quoniam masculi anno integro perfecti comperiuntur. Etenim postquam asseruerat perfectum tamquam principale, superaddit ea, quibus erit perfectus. Huiusmodi sunt masculum esse et anniculum: mas enim, ut dixi, femina perfectior est; anniculus autem sufficiens tempus indicat perfectionis huiusmodi animalium. Littera haec praefert. Verum ad mentem, progressus ad pietatem condignamque sanctitatem perfectos esse oportere et masculinos et anniculos. Quid autem id sit, monendum est. Quidam progredientes in virtute, antequam finem consequantur, retrogressi sunt fugitivi; quoniam animae supernatam virtutis vim destruxit antiquus [*] error, qui ad tempus cessans iterum magna vi molitus est.

Quare ovis electa (s. agnus sine macula)? (ib.)

8. Symbolice, ut dixi, progressum perfectum significat simulque masculum. Progressus autem veraciter nihil est aliud, nisi derelictio feminei generis, commutando in masculum; nam femineum genus materiale est, vitiosum, corporeum et sensibile, mas autem activus, rationalis, incorporeus, menti et

cogitationi familiarior. Verum non frustra adiecit et *anniculum: annus* enim (Graecis ἐνιαυτός, Armenis *dari*) perfectus ex eo est nominatus, quia omnia in se comprehensa portat. Quoniam vero in duobus quatuor temporum frondibus carent et arescunt plantae, in autumno et hieme, in duobus vero e contra florescunt et fructus ferunt, in verno et aestivo videlicet statu, horum similia et proficientium animae sustinent. Nam reiectis vitae rationibus (causis) fere omnia arida comperiuntur, demutata nempe cupiditatibus aliisque cunctis affectibus; post eam vero mutationem novum germen pullulat prudentiae et sanae mentis; aliquando autem gignit producitque perfectos sapientiae fructus. Quod autem oves atque haedos iubet praeparari, ideo fortasse, quia haec animalia magis Aegyptus in divinitatem retulerat: ut demonstret protector ruinam adversariorum, quanam [*] virtute destructi sint, qui neque patriis diis auxilio esse valuerunt. Postmodum vero masculi in quotidianas hostias secernuntur, et hirci in remissionem peccatorum. Haec autem signa sunt animae bonae perfectionem (s. finem) desiderantis: necesse enim erat prius evellere peccata, deinde vero ablutis eis candido more perficere atque exercere quotidianas virtutes*).

Cur praecipit usque ad quartam decimam (mensis diem) conservare sacrificium? (12, 6.)

9. Secundum Sabbatum (s. duplex hebdomas, quo dies XIV conficiuntur) habet in sua natura honorem, quia ipso luna exornatur. Quoniam quarta

*) *s. perficere quotidiana officia virtute usurpata.* Auch.

decima (die) vigens in collectione sensibili (s. in sensu populi) pleni est luminis; atque iterum per decimam quartam a plenitudine luminis in collectionem reducta deminuitur eo magis quam anterius sabbatum crescit, et quantum se habebat et secundum ad primum (s. unitatem). Quare etiam praefestiva (s. progressiva) est decima quarta, tamquam via quaedam ad festivas conducens laetitias, per quas cogitare apud nos est (s. consistit).

Et „immolabit", ait, „(illud) omnis multitudo". (ib.)

10. Quoniam alio tempore ex populis electi quotidiani sacerdotes ordinatique ad immolationem, opera data, mactant sacrificia, in praesenti vero [*] paschate nominato universus populus sacerdotio honoratus est; omnes enim per se peragunt sacrificium. Quare? Quia nunc primum huiusmodi hostiae initium factum est, nondum Levitis consecratis in sacerdotium, eo quod necdum templum conditum alicubi erat vel ara. Secundo autem, omnia ad libertatem reducens ipse solus salvator, aeque dignos eos effecit, ut sicut libertatis, sic quoque sacerdotii participes fierent, testimonio dato pro aequali pietate omnium eiusdem generis; sicut et Aegyptios omnes, ut mihi videtur, vereor tamquam aeque impios, indignos, immundosque arbitrabatur obnoxios esse castigationi. Non enim eadem sustinuissent, nisi eorundem rei fuissent delictorum coram patre et in tribunali iustitiae eius. Illud ergo tempus in utraque gente populatissima, Aegyptiaca et Hebraica, praetulit aequalitatem, in una impietatis, in altera pietatis aequalitatem. Tertio quoniam templum nondum erat aedificatum, singulorum bonorum cohabi-

tationem velut templum et aram domi apparere fecit: ut in primo sacrificio nationis nemo ullo modo excedat alterum. Quarto iustum et aequum censuit, antequam elegisset particulares sacerdotes, integrae nationi concedere sacerdotium: ut non per partem totum, sed pars per totum honorificaretur prae omnibus popularibus. Et primum ipso principio factum sacrificium dicti Paschatos permisit, ut natio manu propria perficeret immolaretque [*] sicut principium bonorum, certam eam reddens, quod nihil pulchrius sit, quam cultum divinum unanimiter ab universis peragi: ut etiam et templi verritoribus et sacerdotibus eisque qui pontificatu funguntur, indicium prototypum sit natio pro rebus sancte peragendis. Quinto, quia tam domum vult unamquamque, tam patremfamilias ita condigne operari, ut nihil omnino immunditiae prae se ferant, tamquam sacerdos purgatus ab omni peccato, in cunctis dictis, factis et cogitatis. Ecclesiam vero (s. congregationem) nunc dicens multitudinem, apposite usurpavit nomenclaturam, ad certiorem apparentiam vigilantiae in rebus suppositis, sicut et nunc et in praesens. Quoniam conveniente secundum unanimam concordiam universa multitudine in gratiarum actionem pro transmigratione, non amplius multitudinem aut gentem aut populum appellavit, sed *ecclesiam*. Contigit ergo eis non tantum congregari ac convenire corpore, verum etiam mente, tamquam una indole unoque animo sacrificaturi.

Cur ad vesperam Transitus (s. Phasec) mactatur? (ib.)

11. Fortasse quia nocte beneficia erant facienda, nec in tenebris solet sacrificium offerri, neque ante

horam nonam praeparare (s. praeparari) licuit eis, qui nocte beneficium assecuturi erant. Itaque tempus mediocre ad *vesperam* vergens non casu, sed consulto [*] mensuravit propheta. Hic litterae sensus est. Ad mentem vero illud dicendum: Dei amantium animarum infallibile sacrificium est vanam ac visibilem gloriam derelinquere et in invisibilem studere transferri. *Vespertinum* autem tempus nec fulgentem habet splendorem, ut convenit fieri meridie, neque obscuratum; quia adhuc vicinus quum sit dies nocti, secundum quantitatem obfuscatum est. Talis habetur ex natura proficientium status; nec enim mutati sunt prorsus in virtutem, neque permanent sine obstaculo (s. discrimine) in mortalis vitae rebus.

Quare iussum dat de sanguine apponi super limina et super postes singularum domorum? (12, 7.)

12. Hoc ipsum est, quod paulo antea dixi, quia ara templumque eo tempore omnis domus facta fuerat contemplativis (Israelitis); unde iure divini sacrificii ex sanguine offerendo super postes singulorum dignos eos efficit, simul contemptis et inimicis ne cum metu immolent, sed quasi ostentantes confidenter per magnitudinem copiamque dei gratiae. Littera haec declarat. Ad mentem vero, tripartita quum sit anima nostra, superliminari simile comperitur cor et domui cupiditas et utrique posti verbum (sive oratio et ratio). Unaquaeque ergo ex partibus istis transmigrationem factura ad iustitiam, pietatem condignamque sanctitatem atque in alias virtutes

migrare [*] necesse habet, ut participet sanguinem cognatum virtuti*).

Quare mandat nocte carnem Phasec edere? (12, 8.)

13. Ad litteram, beneficio nocte facto, rectum fuit secundum ordinem etiam mactationes pro gratiarum actione factas eodem tempore consumi ab edentibus. Ad mentem vero, invisibiliter atque sine ostentatione oportebat facere animarum munditiam eos, qui veraciter poenitentiam vellent agere, nihil ulterius dicendo, nisi solum, quod non in nocte et tenebris se stare putent, eo quod nulla videatur imaginaria visio simulacri idolorum instar; quum non parva sequatur religiosos humilitas ac gloria, quandoquidem stellas non invisibiles reddunt tenebrae, sed clarius apparent nocte.

Assatam offerre carnem iubet Transitus (Paschalis scilicet) hostiae. (ib.)

14. Primum propter accelerationem, quoniam egressus migrationis properare faciebat. Secundo ob simplicitatem; assata enim simplicius et incomptius paratur. Tertio non concedit [*] commorari in vita voluptate saturata per multum temporis, quoniam coctum varietatis condimentique indicium est.

*Azymum cum amarula**) ait una cum dicto sacrificio offerre.* (ib.)

15. *Azymus* multae accelerationis festinationis-

---

*) s. *ut consanguineus participet virtutem.* Auch.

**) Lat. Vulg. *lactuca agresti,* aliis Graeca voce *picride,* aliis *amarigine,* nonnullis *amaritudine.* Auch.

que (signum) est; *amarula* vero acerbae vitae afflictionibus plenae, quam sustinuerunt in servitute. Haec ad litteram. Ad mentem vero illud notandum, quod fermentatum pustulis exsurgit, ubi infermentatum desidet. Quorum utrumque symbolum est animarum status: unum superbi elati ob fastum, alterum modesti et demissi atque praeeligentis media prius quam summitates ad aemulationem aequitatis. Amarula vero declaratio est spiritualis emigrationis, qua quis a cupiditatibus in apathiam et ex improbitate in virtutem transmigrat. Qui enim ex natura genuinaque fidelitate poenitentiam agunt, de prima vitae conversatione acerbitantur, et aegre ferentes vitam misere transactam flent, gemunt et suspirant, eo quod magis necessariam temporis partem tradiderint fallaci dominae cupiditati: qua seducti vigentem iuventutis aetatem male traduxerunt, in qua oporteret iucunde proficere in sapientiae speculationibus ad felicem immortalis vitae statum. Cum amarulis ergo comedamus azymum, qui poenitentiam desideramus, hoc est: prius manducemus amaritudinem ob transactum tempus aegreque tolerandam vitam; et postea contraria superiactabundae superbiae per meditationem humilitatis, cuius quidem nomen est pudor. Quoniam memoria priscorum peccatorum facit [*] timere et in se recolligens mentem non paucam utilitatem fert.

Quid est „Non comedatis crudum"? (12, 9.)

16. Quis autem hominum *cruda* vescitur carne? Belluae sunt, quae ut cadaverivorae sunt, sic et crudis vescuntur; homo autem domesticum animal ex natura est, maxime qui cunctis secundum divinam

legem ornatus est moribus. Id ergo totum sub allegoria videtur exponere, quum dicat, quod qui transmigrant de malitia in virtutem, ne ex cruda poenitentia comedant, sed calefacientes eam, ferventibus scilicet verbis ardentibusque praeparatam. Multi enim ad contraria subito emigrant insano impetu, ex largitudine in parcitatem, et ex agresti, compta delicataque vita in rigiditatem, sicut et ex ambitione evolant in vilitatem: quos nemo laudabit. Quoniam cruda et inconstans est, ut aliquis diceret, summa commutatio eorum: quare non in virtutem, sed in oppositas malitias translati sunt sine animadversione. Quicumque vero per rationem scientiae mutati componuntur, tamquam ab igne coacti, firmam immobilemque acquisitam praeferunt utilitatem.

[*] *Quid est, quod caput cum pedibus et intestinis in Pascha offerendum erat?* (ib.)

17. Littera, ut puto, huiusmodi est: quoniam totam hostiam iudicat consumi debere, omnes commemorat partes, declarans, quod nihil plane relinqui liceat. Ad mentem vero *caput* primum est et superius principaliusque. *Interna* autem externis contraria supponit; quoniam dicit, quod debet is, qui purgatur, totam omnino animam purgare, una cum internis cupiditatibus, et verba ad extra producta, sicut et opera per instrumenta ministrantia atque per caput quasi principem (intellectum).

Quae autem residua sint in Pascha usque ad mane, iubet concremari. (12, 10.)

18. Primum solem oriri super hostiam paschatis haud aequum duxit, quoniam vel ipsa nocte, ut

dixi, beneficium quoque perpetratur. Cur autem nocte, iam dictum est, ubi declarata sunt opera laudesque operum. Et hostia hic (noctis) ordinata est, ut compararetur ad consumendum omnia membra hostiae: quoniam plurima necessariorum ob subitaneum egressum solet contemni, maxime quod illis festinantibus magna cum celeritate facere egressum, indignis immundisque manibus Aegyptiorum nefas erat reliquias tangere. Quamobrem ne ullo modo inquinarentur cavens, tradi iussit ininquinabili regi, videlicet igni.

[*] *Comedere autem iubet, habentes „zonas et calceamenta et baculos“.* (12, 11.)

19. Cuncta dicta prae se ferunt modum, quo iter facerent properantes. Non in moribus est eorum, qui longam viam facturi sunt, *calceamentis* indui, *zona* accingi, et *baculum* ad usum accipere; quoniam calceamenta pedum sunt custodes, accingere autem se tibiis motum expedientem praestat, baculus autem ad nitendum fulciendumque iuvat atque ad pellenda venenosa serpentia caeterasque feras. Ad litteram itaque haec satis sint. Ad mentem vero dicendum: Quia *zona* constrictionem indicat collectionemque cupiditatum et caeterarum affectionum, quae quasi solutae occupant totam animam; unde non frustra adiecit zona accingi debere lumbum, quia is locus ut praesepium habetur bestiae multiplicapitis in nobis cupiditatis. *Baculi* autem regiam, monitivam fulcitivamque formam videntur designare: regni enim signum virga est et instrumentum disciplinae pro iis, qui sine increpatione nequeunt in modestiam verti; atque constantis animae exemplar est, derelictis re-

bus in utramque partem nutantibus. *Calceamenta* vero subindicant tegumentum et custodiam pergendi non per invia, sed per tritam viam ducentem ad virtutem. Quare et facto dictum opponitur: quoniam calceamenta, ait, habenda sunt in pedibus, quod fieri nequit — differunt enim a calceamentis pedes induentium —, sed ut putatur, etiam his aliisque plurimis mentem revocat ad contemplandas naturales ideas. Quia inanimata sunt calceamenta, animati autem pedes, sicut et singulae partes corporis. Sit itaque, ait, non inanimatum tegmen eius, qui anima praeditus est, sed ex adverso, inanimato animatus, ne melior a peiore, sed peior a meliore [*] capiatur. Siquidem dominam corpori animam creator fecit, corpus autem animae famulum.

„*Et in omnibus*" *ait* „*diis Aegyptiorum faciam vindictam ego dominus*". (12, 12.)

20. De cunctis inconstantibus improbisque (haec accipienda): quoniam usque ad certum momentum valet superbia idolorum ficto nomine divinitatis praeditorum; sicut secundum ea, quae per oracula responsum edentia assequuntur aliquam cognitionem verbis persuasivis ac similibus, caeterisque, quorum fons est casus vel convenientia, cuncta sane ad tempus, quae sanctum lumen veritatis nunquam viderunt, quo solo conditor universorum quoque in constantia servans res a se creatas, quique solus est dominus, comprehendi solet. Cuius quidem comprehensio statim dissolvit inconstantem improbamque opinionem humanam atque vim, qua tamquam procellis agitati sunt, ob impotentiam eis innatam. Sicut itaque verba sunt simulacrorum, ita et secun-

dum omnes res vita conversatioque insipientis. Cuius enim opinio de optimo, nempe deo, falsa est et aberrans, istius vita quoque tota aberrat fallitur que: namque quorum intellectio vera est de deo sine errore, istorum secundum caeteras quoque res singulas veracitas honoratur.

[*] *Quid est „Educam virtutem vestram (h. e. exercitum vestrum) de Aegypto"? Cur* v o s *non dixit?* (12, 17.)

21. *Virtus* est speculativae gentis (Israel) pietas (sive cultus divinus). Quousque ergo habentes istam virtutem habitant in civitatibus et villis, bene se gerunt civitates illae et villae. Nam si non cognatis, alienis saltem virtutibus exornatae comperiuntur. Mutatis (s. Migrantibus) illis mutatur status communis felicitatis. Quoniam viri boni columnae sunt populorum, cunctis pro fulcro exsistentes, tamquam domus magnarum urbium et urbanitatis. Hoc littera (praefert). Ad mentem vero illud (adest): Quemadmodum, si sanitas de corpore exeat, morbus illico perveniens obtinet: sic etiam, si virtus animae mutetur,pietas, satellitem domesticum, impotentiam videlicet et impietatem,necesse est exspectare; quia neque semen sinere manere probitatis, sed etiamsi exigua sit scintilla residua, istam quoque abiicere, magnam et summam omnium poenam inducit.

Quid est „Nemo autem exeat ostium domus suae usque ad mane"? (12, 22.)

22. Ad litteram illud quidem dicendum est: Beneficia vult deus sine ullo humano cooperatore per suam solum manum peragere; illos vero, qui

omnem maledictionem merent, punire volens, aut quibus iniqua quaedam per vim inferenda sint, id mediantibus aliis prosequi. Ad mentem vero *mane* signum est sensibilis lucis, quoniam mens [*] usque ad illud tempus habitat in corpore tantum, derelicta turba sensuum et aliquando se praebens ad usum sensuum, per omnia solet vagari. Haec ergo vagatio illi aberrationem imperviam facit, *ostiis*, sensibus videlicet apertis pro fluxione sensibilium, in qua desursum velut ab altitudine quadam intellectualium incorporearumque idearum se praecipitat. Quicumque vero ostium animae non excedit timore optimo superveniente, ille videt solo visu digna, quae oriuntur super cogitationes sensu exutas. Quare adiicit (Exod. 12, 23): *Transcendet dominus ostium vestrum,* id est, inquam, tam sensus, quam sensibilia omnia. Siquidem quantum liberi sunt et in se collecti sensus, mentis sunt; quando vero descendant in corpus, peioris ideae admissionem faciunt, imitantes quodammodo brutorum animalium naturam.

Dicit, quod „Non sinet disperdentem ingredi in domos vestras ad percutiendum". (12, 23.)

23. Connectit legislationi universae voluntatem fidelem et condignam, nulli malo causam ponere penitus divinitatem. Quoniam, qui dicit, quod *Non sinet percussorem,* declarat, quod et corruptio ac percussio fit per alios quosdam tamquam satellites, non autem per eundem primum regem. Haec tibi ad litteram. Verum ad mentem illud dicendum est: In cunctas animas in ipsa nativitate advenientes ingrediuntur duae simul virtutes: salutifera et damnifica. Si prima superans obtineat, debilis redditur

contraria ad aliquid sibi providendum; sin autem secunda obtineat, [*] nihil vel exiguum omnino lucrum a salutifera acquiritur. Per istas virtutes et mundus universus factus est. Vocant autem eas aliis etiam nominibus salutiferam, potentem et beneficam; contrariam vero immensam et damnificam (s. corruptivam). Unde sol et luna caeterarumque stellarum situs convenientes et ordinatae virtutes atque universum caelum ab utroque exsistunt. Acquiritur autem melior eorum pars, quando subigit immensam illam naturam ac damnificam salutifera ista et benefica. Quapropter et illi, qui huiusmodi sortiti sunt naturam, simul quique postmodum sortiuntur, immortales redduntur. Verum genus temperatum*) est ex ambobus, a quibus et caelum universusque mundus hoc sumpsere temperamentum. Quando vero redundet mixtio mali, hinc vivitur afflictionibus, damnis, vilitate (s. contemptu), rixa, bellis, infirmitate corporis, simul autem et caeteris adversitatibus humanarum rerum, sicut in mundo universo, sic et in homine. Haec itaque mixtura communis est improbo et sapienti, sed non simili (s. eodem) modo: quoniam insipientis anima plus habet de immensa illa damnifica, quam de potente salutifera, nam misere cohabitatrix (s. congenita) fuit cum terrestribus; at modestus, plus admittens de potente et salutifera, contra possidet in se fortunam quoque ac felicitatem, circumlatus una cum caelo iuxta cognationem ad illud. Optime itaque dicit: *Non sinet percussorem ingredi domum vestram ad laedendum;* quod reapse agitur. Virtus enim quae per-

---

*) *Gens Israel*, ait Gloss. Auch.

ditionis est causa, quum inhibetur ingredi animam, per divina beneficia coërcetur, ne laedat; nam haec salutifera sunt. A quibus vero divinae gratiae discesserunt, [*] deserti viduitatisque statum sufferunt. Dicitur et aliquid huiusmodi: Venientes mixtim in talem animam enixe ingrediuntur imaginationes secundum varios mores involuntarios, nunc nudae inermesque, nunc autem armatae et quasi mortem minitantes, inducunt super cogitationem percussionem oppido magnam. *Percussio* autem est admissio imaginationis; perfectum tamen bonum est, nullum ex his supervenientibus pati.



QUAESTIONES ET SOLUTIONES
IN EXODUM.
SERMO II.

[*] *Quid est „Quia manus instrumentum iniecisti super illud, et inquinatum est**)*"?* (Exod. 20, 25.)

1. Qui in naturam manum mittere praesumunt operaque naturae manumissione sua mutantes efformant, impollutum polluunt: perfecta enim plenaque sunt naturae propria, nec decisione, nec additione, neque quoquam egentes.

*) Cf. supra Vol. VI. p. 271.

Quare monens „Advenam non vexabis" inducit dicens: „Advenae enim fuistis in terra Aegyptiorum")?* (22, 20.)

2. Manifeste declarat, advenam utique esse non qui circumciderit [*] praeputium, sed cupiditates et voluptates caeterasque affectiones animi. Quoniam in Aegypto Hebraeorum gens non erat circumcisa, sed afflicta omni afflictione ab incolis regionis, in peregrina vagatione patienti animo cum iis degens, non ex necessitate, sed ultro. Quia salvator deus, confugientibus illis ad se, ex inopinata ac inexplebili spe misit beneficam virtutem et salvavit suppliciter rogantes. Quare adiicit, quod *vos conscii estis animi advenae* (Exod. 23, 9). Caeterum quae advenae mens, nisi abalienatio a voluntate serviendi multis diis, familiaritasque ad unum deum atque in honorem patris universorum? Secundo advenas aliqui nuncupant *alienos:* alieni vero et qui ad veritatem per se concurrerunt, non eodem modo, qui in Aegypto peregrinatione degerunt: nam isti peregrini mundo sunt, illi vero legi et consuetudini; nomen tamen commune utrorumque *advenarum* adscribitur.

*Quare omnem viduam et pupillum inhibet vexare**)?* (22, 21.)

3. Neminem ne ex alienis quidem, nec masculum neque feminam, sinit iniuria afficere. Meliorem tamen [*] peculiaremque curam praestat *viduis* et *pupillis:* quoniam necessariis adiutoribus curatoribusque destituti sunt, viduae viris, et pupilli parentibus. Vult ergo, ut naturali aequitate usurpata, ege-

---

*) Cf. supra Vol. VI. p. 271 s.

**) Cf. supra Vol. VI. p. 272.

stati ab iis, qui in abundantia sunt, satisfieri. Littera haec est. Ad mentem vero, in rebus animae quicumque amorem colunt proprium, intellectum tamquam virum patremque honorant: tamquam virum, quia fortasse sensuum quoque in eis seminat virtutes, quibus sensibile comprehenditur; tamquam vero patrem, quia parens disciplinarum et artium putatur esse. Qui vero ab amore proprio se solventes ad deum confugiunt, assecuti sunt eius veluti patris desuper visitationes procurationesque, et velut viri seminationem bonorum consiliorum et verborum et operum. Porro in solitis apud homines rebus contraria quaedam occurrunt: siquidem mas attingens feminam, virginem demonstrat mulierem, animae vero quum deo induuntur (vel initiantur), ex mulieribus virgines exsistunt, muliebribus sepositis corruptionibus, quae in sensibus et cupiditatibus sunt. Qui vero infallibilem, inviolabilem virginemque, veracem scilicet sapientiam dei, sequuntur, contraria eiiciunt (vitia). Iure itaque huiusmodi mentes viduae fiunt et orbantur ex mortalibus, habentque acquisitum sibi tam virum, naturae rectam legem, quocum vivunt, tam patrem eundem, qui, quae oportet facere, praecipit tamquam filiis una cum superna providentia.

Quid est „Ne forte vexatione vexaveritis viduam et pupillum“? (ib.)

4. *Vexare* (vel cruciandi nomen) dicitur vere, dicitur et improprie de aliis: [*] vere circa opera malitiae, quod animis proprium est; improprie vero super alios, quibus in possessionibus et corporibus damna feruntur. Posterius istud, quia nihil ma-

gnum est malum, vix memoravit. Malitiae vero detrimentum noscens, ex ipsis radicibus fundamentoque totam vitam evertere solere, praemonet dicens, nemini fieri doctores insipientiae vel libidinis vel iniustitiae vel alicuius similis et maledictae voluntatis, sed potius huiusmodi rerum sedes destruere, consilii vero sapientiae, iustitiae caeterarumque virtutum scholas unanimiter construere ad meliores reddendos iuvenes, ut illorum indoles antequam indurati obstinatique fuerint, possint facile accipere bonorum figuras efformatas.

Cur dicit: „Deos ne blasphemes“? (22, 27.)

5. Hucusque ergo calumnientur divinam legem, quasi vero aliorum consuetudinem destruat? Ecce enim non solum affirmationem praestat heterodoxis pro admissione et honore eorum, quos a principio existimarunt deos esse, verum etiam discipulos suos coërcet, non permittens libera lingua eis detrahere, melius ratus bonae famae laudem. Secundo, qui ad patrios propriosque deos insaniunt, falso fictos pro infallibili veritate reputantes propter consuetudinem, a qua etiam acutae mentes obcaecantur, eos versus qui non laeto animo admittunt eorum opinionem, implacabilem hostilitatem colunt. Hoc autem est principium et origo bellorum: [*] nobis autem ut pulcherrimam possessionem nunciavit lex fontem pacis. Tertio, qui maledicit, in similibus necesse habet accusationem recipere contrariam. Itaque quibus insit mentibus cura dignitatis, coërceant se ipsos de detractione aliorum deorum, utpote veri entis virtus a cunctis oribus laude celebretur: sic enim putemur non audire, sed dicere, nostra sane voce ab

aliis usurpata; quoniam nihil differt per se ipsum dicere aut alium invitare, ut dicat omnino.

Cur, postquam dixerit, deos non blasphemare, illico adiicit, dicens: „Neque principes"? (ib.)

6. Sicut enim poëtae dicunt: Proximi sobole et vicini generatione eiusdemque seminis cum diis sunt principes, quoniam duces constituti, ut ipsi dicunt, bonum ac malum facere ob liberam potestatem possunt. Secundo cura gerenda omnium aliorum hominum, ne subeant inexorabilem poenam; quoniam maledictionem audientes principes a dicentibus, non per iudicium vindictam capiunt, sed absolutam usurpant vim ad damnificandum omnino. Tertio, non pro omni principe videtur legem ferre, sed de eo, qui praeest universo populo, atque ducem gentis secundum Iudaeos, virtute praeditum hominem praepositum, innuit multis rebus. Siquidem a viro bono blasphemia aliena est, [*] laudatio autem magis familiaris: nihil enim est adeo inducens ad curam habendam, sicut bonae famae laus.

Quid est „Non apparebis in conspectu meo vacuis manibus"? (23, 15.)

7. Littera vult accedentes ad aram dei plenis id manibus facere, afferendo primitias ex omni victu, in quibus nulla sit macula. Ad mentem vero non est prohibitio. Nam etsi dixerit: *Non apparebis,* sed non prohibens quovis modo dixit. Fieri enim nequit, eum qui in conspectum dei venit, vacuum esse, sed potius plenum cunctis bonis. Sicut enim qui accedit ad lucem, subito illuminatur, ita etiam cui apparet deus, impletur tota sua anima: spiritu-

ale vero lumen aliis nominibus intelligentia et sapientia appellatur.

Quare pecudum nata praecipit septem diebus relinqui sub matribus suis? (22, 29.)

8. Ne unum et idem sit tempus generationis corruptionisque, sed teneat ordinem generatio per aliquod tempus. Secundo, quia superabundat miseratio amoris in visceribus matrum in ipso primo partu. Quare et gravatae effluunt mammae lacte irrigantes cupiditatis immensos cibos: tempore enim, sicut et omne aliud, diminuitur etiam amor; nimiam vero intensionem praefert in ipso principio generationis. Crudum itaque et insipiens censuit ex matre abscindi illico natum, tamquam adhuc cum ea naturaliter unitum.

[*] *Quid est „Non suscipies auditionem mendacem"?* (23, 1.)

9. Inaniter nihil *), nec auribus neque aliis sensibus, suscipiendum est: quoniam errorem illusionis permagna sequuntur detrimenta. Quamobrem etiam nonnulli legislatorum statuere, non testari per auditum (s. ex fama), quasi vero verum per oculos fidele comperitur, mendacium autem per auditus.

*Cur dicit: „Pauperis non misereberis in iudicio**)"?* (23, 3.)

10. Paupertas per se misericordiam desiderat ad erectionem egestatis: in iudicium vero veniens iudice utitur paritatis lege; quoniam divina quaedam

*) Cf. supra Vol. VI. p. 272.
**) Cf. supra Vol. VI. p. 272.

est iustitia, dona minime accipiens. Unde quibusdam optime dictum est: *Iudicia dei sunt.*

Quare occurrenti asinis inimici errantibus iubet reducere eos et reddere? (23, 4.)

11. Familiaritatis augmentum (commendat) atque simul monet non nocere inimico, sed potius prodesse. Secundo continentiam et cautionem aviditatis: siquidem qui neque inimico nocere patitur, cui alii damnum ferre volet pro sua utilitate? Tertio aufert e medio rixas pugnasque, patronus exsistens pacis, cuius possessiones multipliciter depingens ostendit. Redditionem itaque asinorum principium putat oblationis pacis et reconciliationis. Quoniam qui reddit, [*] operam amoris perficiens, quodammodo ex animo familiaris demonstratur; qui vero recipit, si non plane ingratus fuerit, deponit saevitiam vindictae capiendae.

Quare si viderit quis inimici sui asinum sub onere prolapsum, iubet non praetermittere (occasionem) eum sublevandi cum eo? (23, 5.)

12. Intensio additamenti anteriorum est, unde et plura quidem dicta est adaptare super hoc, ex iis nimirum, quae de reddente sunt dicta. Caeterum quasi ex appendice dicendum erit, quod humanitatis familiaritatisque nimiam abundantiam hic ostendit, eo quod non tantum hortetur inimicis quoque prodesse. verum etiam gravitatem oneris animalium brutorum sublevare, maxime iam cadentium ob depressionem ingentis ponderis. Quis enim quemquam ex hominibus, quorum una est cognatio naturae, praetermittet, edoctus a divina lege ac solitus nec iumenta et-

iam praeterire? Littera haec monet. Ad mentem vero asinus symbolice corpus est nostrum, errabundus omnino ac vagabundus; qui pro lucro faciendo ad cognatam voluptatem perficiendam onerat se multo mero et multiplici cibo delicato varietateque eduliorum et potuum immensa abundantia. Verum necesse est ei, qui amore sapientiae captus sit, gravitatem etiam sublevare per necessarias virtutes frugalitatis et [*] commoditatis, atque errantem in constantiam erroris nesciam reducere, assuefaciens eum etiam, ut studium avaritiae laeto animo emittat, atque ita naturae opulentiam imitetur, quae feracissima est (s. superiora tendit) et sibi sufficiens.

Quid est „Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, ut servet te in via, ut inducat te in terram, quam paravi tibi. Attende tibi et exaudi (eum), non sis incredulus (ei), non enim verebitur te; nomen enim meum est super eum"? (23, 20 s.)

13. *Angelus* est spiritus intellectualis, imo totus intellectus, omnino incorporeus, factus minister dei, ad usum quendam et in servitium, quorum eget mortalis nostra gens, ordinatus. Quoniam non poterat corruptibilis natura nostra per se recipere a deo porrecta dona beneficiaque. Quandoquidem non sufficiens erat portare copiam datorum bonorum, ex necessitate tamquam arbiter ac mediator constitutum est Verbum, quod vocatur *angelus*. Hunc constituit ante faciem, ibi nimirum, ubi oculorum sensuumque locus est, ut videns ac sensum accipiens virtutis ducem non invitus, sed ultro sequeretur. Porro allegorice adaptatur singulis praedictis secundum viae observationem ingressus in praeparatam

terram: cavere scilicet, obaudire, non inobedire, non evitare, et nomen suum super eum ponere. Id autem ante omnia observandum erit. Quicumque sine cautela viam faciunt, aberrant ab ipsa recta propriaque semita, saepe saepius per impervia, [*] dura et anfracta deviantes. Huic aequale est pariter, quando et anima patiatur aliquid iuvenile, etsi pium: quum enim expers sit disciplinae, fertur torrentis instar sine impedimento, eo quo vix expedit. Secunda res erat introitus in terram: ea est ingressus in philosophiam, quae est tamquam terra bona ac fertilis ad productionem fructuum, quos ferunt divinae plantae, virtutes. Qui ergo vult his frui fructibus, debet monitum admittere cautionis faciendae. Cautio autem est praesidentia consiliarii mentis et promptitudo ad auscultationem. Quoniam quemadmodum amator, sepositis cunctis aliis rebus, festinat ad rem desideratam, sic etiam esuriens sitiensque ad intelligentiam disciplinae atque ad discendum quae nescit, caeteris omissis curis, properat ad auscultationem, et nocte ac die ostia custodit domuum sapientum. Attendere itaque in his est; audire vero in ordine habetur et simul ad modum naturae dictum. Etenim qui audit extremitate aurium, potest quidem subobscure facere perceptionem dictorum: qui vero certo audit, manifestius intra eum ingrediuntur sermones, auditus vias omnes perlustrantes, ita ut intellectum ipsum formet cerae instar profunda impressione, ne facile insipidum videatur et foras resiliat. Quod proxime sequitur non debere inobedire (s. dissentire). Nonnulli enim admittunt quidem intus verborum apparentiam, nec tamen revera recipientes dissentiunt, rixosa et contradictoria utentes indole.

Tales ergo reprehendit, monere volens, ut sibi concilient bonorum enarrationes legitimas [*] ac constantes. Quotquot autem dei verbum enarratur, omnino bonum est et pulchrum pretiosumque. Qui vero non assentitur, dicit ei, quod non veretur te; nimis naturaliter utique. Firmato namque argumento in anima, quum sentiat eam ad peiora declinare, conviciatur et accusat, atque rugiens minis pudefacit: quia eo, qui intus est, iudice proprio omnis insipiens reprehenditur, et per omnes qui extra degunt consessores in variis civitatibus convincitur; quum non evitet, sed admoneat non solum timide, verum etiam una cum prudentia et confidentia. Evidentior autem fides adest, quia super angelum nomen divinum est vocatum; idque principalius, quo caelum et terra universusque mundus regitur. Qui vero tanta gaudet virtute, necesse est, ut sit sapientia potentissimus (s. liberrimus).

Quid est „Non immolabis in fermento sanguinem victimae“)?* (23, 18.)

14. Alias quoque similiter huic statuit, iubens, in aram, super quam sacrificia offeruntur, fermentum non adhiberi, subindicans per utrumque symbolum necessarium: contemnere voluptates, [*] quoniam fermentum dulcificum cibi est, non cibus; alterum etiam, quod non oportet fastu efferri praeter (s. propter) communem opinionem. Siquidem foeda et odiosa est utraque, voluptas cupiditatis et superbia (velut) opinio stultitiae, unius eiusdemque matris, illusionis, partus. Sanguis autem victimae

*) Cf. supra Vol. VI. p. 272.

oblatae indicium est animae deo consecratae: at miscere immixta nefas.

Quid est „Non dormiet adeps solemnitatis meae usque ad mane"? (ib.)

15. Littera iussum dat adipem eo die consumi, materia facta divino igni. Ad mentem vero adipis natura pinguedinem praestat visceribus caeterisque, quae circumdans coërcet sua pinguedine in perpetuitatem, ne arescens celeriter dissolvatur, quia qui humiditatem pinguedinis habet, tamquam vitali cibo alitur humiditate. Vult itaque per symbolum declarare, quod omnis anima, quam pietas pinguefacit, sua mystica divinaque pietate insomnis est et vigilans ad visionem visu dignorum. Transitus autem iste (Pascha) animae solemnitas est et festorum maximum, tempus verae laetitiae, quam non merum (vinum), sed sobria sapientia facit. Horum enim primum ebrietatis et petulantiae causa est, alterum vero sobrietatis et recte peragendi omnia. Quod si etiam superveniet, id quod transactum est, et aliquod semen mortale, improsperitatis erramentum, id est mentis somnus, non longius durabit*).

[*] *Quid est „Quod si audiendo audieris vocem meam et feceris omnia, quaecumque dico tibi, inimicus ero inimicis tuis, et adversabor (iis), qui adversantur tibi"?* (23, 22.)

16. Quia nonnulli audientes non audiunt, imo non audisse se fingunt, designavit apposite: *Si audiendo audiretis vocem dei***), quo paulo ante dictum

*) Sensus ambiguus erat, quem feliciter assecutum me fuisse dubito. Auch.

**) Cf. supra Vol. VI. p. 273.

angelum existimandum est denotare; qui enim ab isto dicitur propheta, angelus est veraciter. Necesse est ergo ei qui *audiendo audit*, id est constanter recipit dicta, opera quoque ea perficere; nam sermonis fides opera est. Qui vero dictis consentiens in operam ducit ordinatum per enunciationem, protectorem necessario sibi acquirit magistrum, ut putatur, adiuvante amico (vel adiuvantem alumno), re tamen vera propria voluntate legis, quam adversarii et inimici optarunt destruere.

Quid est, quod „Destruendo destrues et conterendo conteres statuas eorum"? (23, 24.)

17. *Statuae**) sunt symbolice gratae leges, quae statutae fulcitaeque constanter videntur. Acceptarum autem legum, statuae instar erectarum, sunt quaedam, quae probandae sunt quasque aequum est stare et firmum habere situm stationis; sunt item, quae improbandae sunt, quas sane destrui expedit. Huiusmodi sunt, quaecumque insipientia contra [*] prudentiam statuit, et quaecumque incontinentia adversus sobrietatem, et quaecumque iniustitia pro iustitia, et quaecumque iniustitia pro iustitia, et simul quicquid malitiae contra virtutem est. Verum illud „*Destruendo destrues et conterendo conteres*" huiusmodi inducit sententiam: Quoniam est aliquid, quod destruunt ad rursum erigendum, confringuntque ut iterum coaptent, is tamen vult semel destructum confractumque non amplius reparationem consequi, sed semper in corruptione iacere, quicquid contrarium est bono optimoque.

---

*) Cf. supra Vol. VI. p. 273.

Cur dicit: „Benedicam panem tuum et aquam, et avertam infirmitates a te!"? (23, 25.)

18. Cibum et sanitatem subsignat: cibum per *panem et aquam*, sanitatem vero per *aversionem infirmitatum*. Secundo religiosam abstinentiam enunciat perceptione necessariorum ciborum, haec tantum dicens, quod cibus sit incomptus, panis superfluis carens, et potus aqua scaturiens: his positis sanitas erit. Tertio tam vitae, quam bonae vitae memoriam facit: siquidem ad vivendum necessaria sunt panis et aqua, ad bene vero vivendum apathia et integritas morum. Quarto videtur Scriptura causam sanitatis declarare frugalitatem victus: quoniam vini compotationes et comessationes dapum, quae per aviditatem et gulam aguntur, ob abusum expletionis efficiunt morbum causasque magnarum infirmitatum. Quinto doctrinam nobis dignissimam rite docet, admonens, quod nec panis neque aqua per se nutriunt, sed aliquando etiam damnum ferunt magis quam utilitatem, nisi divinum verbum istis quoque concedat perutilem virtutem. Quamobrem et [*] dixit: *Benedicam pani tuo et aquae tuae;* eo quod non sunt sufficientes per se solum nutrire sine divina conciliatione cum anima.

Quare dicit: „Non erit in te semine carens et sterilis"? (23, 26.)

19. Infoecunditate ac sterilitate in maledictionis ordine positis non erit, inquit, apud eos, qui iusta legitimaque operantur: quoniam in praemium conservantibus divinam scripturam legis praestat principalem legem immortalis naturae, quae in semine

et generatione filiorum posita fuit ad generis perpetuitatem. Littera talis est. Ad mentem autem infoecunditate ac sterilitate animarum peius quicquam nemo inveniet: ea est ineruditio et indisciplinatus in sterilitatem vertens consiliarium intellectum; bona vero foecunditas et prolum multiplicitas per doctrinam atque intelligentiam est. Itaque multis gaudent prolibus multum scientiae possidentes, et bonis praediti sunt filiis, qui bonae optimaeque intelligentiae periti sunt; filiis autem carentes sunt, quorum pigrae tardaeque sunt naturae, simul etiam indisciplinatae.

Quid est „Numerum dierum tuorum implebo"? (ib.)

20. Optimum utique non mensibus neque secundum numeros supputare vitam ministrorum (vel cultorum dei), sed diebus, qui sunt plane aequi honoris [*] cum ipso aeterno supputati ac connumerati: alias qui nec ratione neque numero dignus factus fuerit, omnino caret laude. Verum bene se habet additamentum hoc loco *implebo*, propter vacuitatem prudentiae virtutisque animae distantis, quae proficere cupit. Vult enim musici instrumenti more concinnari per omnes voces eum, qui secundum illum philosophatur, nulla ex parte oppositum dissonantemque ad unam eandemque consonantiam ac concentum voluntatis ad verba, verborum ad opera, et operum ad utrumque eorum.

Quare dicit: „Timorem mittam, qui te antecedat"? (23, 27.)

21. Littera manifesta est, quia horror inimicorum valida est vis ac terror, quo maxime adversariorum

vis apprehensa convincitur. Ad mentem vero duae sunt rationes, quibus divinitatem homines honorant: amore et timore. Amare autem est tardius, in senioribus locum habens; timere vero fit prius. Non ergo inaniter dictum est *praecurrere timorem*, quum amor posterior sit et sero acquiratur. Ne forte timere quoque sit iure digneque. Sicut enim insipientia minor prudentia est natu, sic et timor amore; quoniam timor nascitur in contempto, amor vero in homine virtute ornato.

Quid est „Terrificabo stupore omnes ethnicos (vel gentes), ad quos ingredieris"? (ib.)

22. *Terrificatorem esse* ad litteram par est cum hoc: *Terrore afficiam timoris,* [*] quod dixit prius mittere super adversarios ad dissolutionem virtutis eorum; nam timor debilitatis causa est. Secundo virtutem amplam videtur nationi testificari, quod non suos tantum, sed etiam inimicos convertat: inimicos autem dico non solum bello operam dantes, verum etiam heterodoxos. Ad mentem vero id dicendum: Quando tamquam in terram in animam ingredietur prudentia acutae videntisque naturae, omnes quaecumque in ea sunt ethnicae leges insaniunt ac ferociunt atque a condignis cogitandis abscedunt, nequientes habitare et stare cum bonis mali.

Quid est „Dabo inimicos tuos fugitivos"? (ib.)

23. Refert evidentius ac firmius praedicta; nam qui supervenerat, initium facit fugae. Littera haec est. Ad mentem vero leges gratas enunciat, ignotas pueris, ipse conscius: quoniam omnis insipiens

domo caret atque habitatione, sicut fugitivus expulsus ex urbe virtutis, quam patriam animarum constantium honestorumque existimare licet.

Cur dicit: „Mittam crabronem) ante te, et eiiciam inimicos tuos"?* (23, 28.)

24. *Crabrones* invisibili modo vix praevisi supervolant et aculeis pungentes retrocedunt: pungunt autem principales praestantioresque partes, vultum, oculum et caput; strepitus quoque in aëre factus ingenti modo pungit [*] aures. Itaque vel ab ipso principio auxilium ferendum minime decidendum (s. decisurum) esse constat**), quod nimirum vile exiguumque (animal) plurimum potest cruciare inimicos, maxime quum deus iussum dederit, ex quo etiam imbecilliores nervum prae se ferunt et sicut exercitus concurrunt insuperabili virtute. Et allegorice notum est, quod crabronem oportet indicium†) existimare inexspectatae subitaneaeque virtutis divinitus missae, quae de excelsis magna vi inducens caedem, furit in percutiendo, atque hoc facto nihil contrarium patiantur ullo modo.

Quare rationem infert, non omnes omnino uno tempore inimicos, sed paulatim eiiciendi, ne terra in desertum redacta multae bestiae venientes congregarentur? (23, 29.)

25. Littera nulla eget enarratione longa, quando-

---

*) Armen. hoc loco *equi vespam*, s. *possidentem* s. *suggilantem equos;* at in Gen. l. l. *vespa.*

**) Cod. B: *auxilium abscidendum est,* quod ad inimicos refertur; cod. C: *auxilium non est abscidendum*, puta Israelitis. Sic legit etiam Glossar., sed paulo aliter exponit: *Auxilium dei non oportet reiicere, etsi exiguum quiddam sit* etc. Auch.

†) Cf. supra Vol. VI. p. 273.

quidem fugiunt bestiae tamquam proprium dominum hominem: quare quum populo repletae sint civitates, minime adveniunt; quod si vero diminutae sint, una cum habitatoribus ambulabunt. Ad mentem autem: Si nondum progressum habens in doctrina operam naves, ut cunctis peccatis abscissis simul in anima intellectionem disciplinae ex adverso habitare facias, haud prudenter egeris; non enim sustinebit ablationem uno momento factam, neque immensam influxionem doctrinae portabit, sed secundum utramque, tum [*] abscissionem, tum additionem, afflictus doloreque affectus animus resiliet. Qui vero tranquille ac moderate eiicit paulatim ineruditionem, addita disciplina honestae utilitatis ex confesso causa exsistet. Quoniam nec medicus*) peritissimus aegroto una die omnem simul sanitatem tribuere studet, satis conscius, quod detrimentum potius facit, quam utilitatem; sed mensuratis temporibus distribuit salutem, atque alia in hora aliam inferens medicinam mite sanitatem operatur. Qui vero importunus, arrogans et contumax est ad una vice abscidendum ac simul superaddendum, auget potius morbum, quam diminuit.

*Cur „offendiculum" appellat alienorum**) deorum servitutem?* (23, 33.)

26. Sicut qui scandalizantur sanis pedibus, eo ipso quod non possunt longius procedere, fine itineris destituuntur, iam prius desistentes: sic et animus ad pietatem conductus facere eam viam im-

*) Cf. supra Vol. VI. p. 232.

**) Ad verbum *heterodoxorum*. Auch.

pedietur, prius impingens invia impietatis, quoniam haec sunt obstacula et scandali causae. Quare claudicans mens desistit ex naturae via. Via autem illa est, quae ad patrem fertur sicut ad finem.

[*] *Quid est „Et Moysi dixit: Ascende tu et Aaron*) et Nabad et Abiud"?* (24, 1.)

27. En vides deo decentem congregatorum numerum ad ascensionem, quaternionem videlicet, quae est essentia denarii: septuagesimi vero (mysterium cernis), quod decies septem vel septies decem multiplicatum generat**). Sciendum tamen est, quod per litteram praesens locus allegoriam subit. Siquidem Moses purissimus est intellectus deique amantissimus; Aaron autem verbum eius, quod est interpres infallibilis veritatis; et Nabad voluntaria visio, sonat enim voluntarium; et Abiud divinitus veritas, nam ad hoc refertur nomenclatura. Vide ergo animam quamdam adornatam cunctis ad virtutem directis ornatibus in complacentiam dei: intellectus dignus, verbum verum, voluntarius in pietatem; istorumque septum conservans ac moenia: divinitus auxilium. Caeterum cum duce militiae quaterno numero ordinetur virtus unitatis comprehensae: etenim unius intellectus prophetici in te acquisiti tria sunt ornamenta; septuaginta vero seniorum virtutes senio honoratae, non multorum anno-

*) Arm. semper habet *Aharon*, sicut *Nabad* pro *Nadab*. Auch.

**) Quae sit relatio inter memoratos numeros, non clare patet; sed si conferas cum sequentibus, elicitur talis sensus numericus: Moyses 1 cum tribus sociis facit 4, qui redacti in denarium fiunt $4 \times 10 = 40$, et $3 \times 10 = 30$, summa 70; sicut et $7 \times 10 = 70$, sive $10 \times 7 = 70$. Aucher.

rum prolixitate, sed perfectorum numerorum ascensione, quae honore sunt dignae atque praerogativa.

Quare dicit: „Adorabunt a longe dominum"? (ib.)

28. Quemadmodum qui prope ignem sunt, comburuntur, qui vero procul stant a longe mensurato intervallo, [*] securitatem habent: sic res habetur in animis. Quaecumque enim anima nimium prope accedit, desiderans dei visionem, non intelligit, quod consumitur. Quae vero procul stat a longe, non amplius radiorum splendor eam comburit, sed moderate calefacientes refocillant vitalitate. Hoc autem dicitur secundum dissolutionem et avulsionem perfecti propheticique intellectus, cui licet et in caliginem intrare et in atrio regiae habitare patris. Quare etiam animalia quaedam sunt, quae ambulant degentes in igne (a quo caetera corrumpuntur), πυριγενῆ (ignigena) dicta.

Cur dixerit, quod „Moyses solus accedet ad deum, et illi non appropinquabunt: populus autem non adscendet cum eis"? (24, 1.)

29. Proh optimam deumque decentem ordinationem! propheticum solum intellectum appropinquare ad deum; secundos autem sursum ascendere, pergentes viam in caelum ducentem; tertios vero populares mores conturbatos nec sursum ascendere neque cum iis ascendere, videre tamen, qui visionem merent, felicem in sursum viam. Illud autem *solus accedat* nimis naturaliter dictum est: quoniam intellectus propheticus, quum divinis initiatus fuerit ac deifer, unitati similis est, nemini penitus mixtus eo-

rum, qui communionem prae se ferunt cum dualitate. Qui vero in unitatis naturam inhaeserit, in deum dicitur appropinquasse cognativa quadam familiaritate; derelictis enim mortalibus universis generibus, transmutatur [*] in divinum, ita ut fiat deo cognatus vereque divinus.

Quare „Mane surgens Moses aedificat altare sub monte, et duodecim lapides in duodecim tribus Israel"? (24, 4.)

30. Aut ipsum altare ex duodecim lapidibus solis aedificatum fuit, ut universae gentis omnes tribus quodammodo fierent ara dei sacra; aut praeter altare seorsum duodecim lapides erecti fuerant: ut quippe etsi desisterent nonnulli de quotidiano officio, ibidem esse putarentur, absentiam aliquorum supplente constanti erectione duodecim lapidum, quos contigit monumentum fieri tribuum, quas semper vult assistentes patri ministros esse.

Quare adolescentes, non vero seniores mittit? (24, 5.)

31. Quoniam senes numerum gentis septuaginta*) prae se ferentes obtulerunt ad radices montis, officio adhibito in ascensione prophetae, inconveniens erat istos iterum in aliud opus vocare iamiam vocatos antea in visionem; aut coaetaneis eorum iubere sacrificium offerre, pro vili haberetur eis, qui non cum illis offerrent. Secundo quia seniles aetates primitiae quaedam fuere, incruentam perficientes immolationem, quae magis est familiaris senibus aetate provectis. Qui vero ex adulta iuventute missi sunt adolescentes ad sacrificium offerendum, quia

*) sive 72, quod constituit 6×12 aut 12×6.

multus eis inerat [*] sanguis ob vigentem iuventutem, sanguine omnem hostiam immolandam expediebat in gratiarum actionem offerre deo, et patri, usurpata iuventute ad cupiditates in pietatem ducentes, non vero in ferociam effraenarum cupiditatum. Littera haec continet. Ad mentem vero sapientissimi deique amantissimi anima tum seniles rationes prae se fert, tum iuveniles, omnes sane sanctas: seniles tamen in speculatione versantur naturae, et eorum quae in ea sunt; iuveniles autem in virili occupatione operum convenientium: ita ut fere in columnis sculpta laude celebretur vita optimorum in ea repertorum*), tam speculativa, quam practica.

Quare qui missi sunt adolescentes, holocausta offerunt et victimas immolant vitulos? (24, 5.)

32. *Vituli* iure offeruntur tenelli per iuvenes tenellos, ut oblata sacrificia concordiam etiam aetatis**) servarent cum offerentibus. Non autem agni neque haedi (offeruntur), quia hae bestiae vitulo debiliores sunt; sacrificium vero ex fortioribus videtur (velle) facere. Quare et quae immolat iuventus, primum prae se fert vigorem, offerens in sacrificia holocaustum et salutare; non vero tertium illud propter peccatum, quasi vero nullum admittat delictum locus ille propter evidenter apparentem revelationem patris, quae illico ipsi opponebat sese (s. cui illic illud peccatum non poterat sese opponere)†). [*] Quandoquidem sole orto invisibiles redduntur tenebrae et

---

*) s. *vita optima reperta in sua proprietate*. Auch.

**) Sic cod. C; at cod. B: *communitatis, aequalitatis*. Auch.

†) Prior lectio est assertiva in Mss. BC, posterior negativa habetur apud Glossarium, qui etiam sic prosequitur: *peccatum, quod contrarium est deo, non erat ibi*. Auch.

omnia lumine adimplentur. Deo ergo apparente vel apparituro nonne ecce prius deperdenda est omnis peccati species atque essentia? Duplex igitur genus sacrificiorum hic melius perficiatur: holocaustum videlicet in honorem patris dona vix accipientis, quod nemini alii praestatur, sed ei, qui honoratur; et salutare, quod iam fit propter nos, qui beneficia probavimus probamusque et exspectamus; reddimus enim sacrificia sanitatis ac salutis universorumque bonorum deo, qui illa dat mortali genti.

Cur sumens Moses dimidium sanguinis in crateras infundebat, dimidium autem circa altare fundebat? (24, 6.)

33. Distribuit sanguinem legitimo ordine, volens, ut aliquid sit in sanctam oblationem dei, aliquid autem velut unctio sancta, olei loco, ad sanctificationem perfectamque purgationem: quod si verum oporteat dicere, in spiritum verti ad receptionem spiritus sancti. *Crateres* vero indicia sunt mixtae et sibi invicem compactae naturae, quae nostra est; divina enim simplex est et mera. Omnia vero, quaecumque per generationem acquirunt exsistentiam ex contrariis, necesse habent, unum bonae, alterum malae ideae receptaculum esse. Qui ergo melioris status est, partem dei sortitus est per simpliciorem lucidioremque essentiam; qui vero deterioris, mortalis est gentis: incipiendum tamen est ab incorporeis et intellectualibus, quae mensurae sunt atque argumenta [*] sensibilium. Principium itaque universorum constituunt numeri*), secundum quos aliqui sunt impares, factoris causarum ratio-

*) s. ad verbum: *Principium omnium constituunt numerum.* Auch.

nem habentes, quidam vero pares, materiae. Porro necesse est imparem *) ideam deo opponere propter cognationem cum actione, parem vero mortali genti ob familiaritatem ad patiendum. Eadem est ratio in paritate et imparitate, in similitudine et dissimilitudine, in identitate et diversitate, in unitate et separatione. Itaque ratio paritatis similitudinisque, identitatis et unitatis optime in ordine quodam secundum deum constituta est; impar autem et dissimile, diversum et separatum in ordine mali, cuius maiorem partem sortitus est mortalis. Caeterum non solummodo super incorporeos intellectualesque, verum etiam super sensibiles naturas videre pariter est. Iam enim in mundo caelum ipsum, et quodcumque in caelo est universum, divinam et meliorem essentiam partemque consecutum, appropinquat ad deum eique consecratum est. Quicquid autem post lunam est, tamquam materialem crassioremque portionem assecutum, mortali distributum est genti. Imo in nobis quoque ipsis anima constituta est ex rationali et irrationali. Rationalis ergo quia melior est, consecrata est optimae naturae, irrationalis autem ut peior minori, quod accepimus nos ineruditi, indisciplinati et procaces. Verumtamen mortalis etiam corporis, aliquis dixerit boni consilii contemplator, principatu decoratum caput consecratum fuisse sancto creatori patrique, a pectore autem usque ad pedes materiali essentiae. Hoc ergo in crateras annumerat symbolice, quoniam commixtum et compactum [*] est; non mixtum vero ac merum consecrat sacrificans deo.

---

*) *περισσός*, *amplior*, Hellenismo dicitur ut ***impar***, quasi superans parem semper unitate superaddita. Auch.

Quid est „Accipiens librum testamenti legit in aures universi populi"? (24, 7.)

34. De divino testamento certius accuratiusque iam dictum est, ita ut vix oporteat nunc temporis replicare. Verum de lectione in aures notitia quaedam exponenda est. Fit ergo illa sine separatione et interruptione, non exterius aëre pulsato crepituque in aures perveniente, sed dicentis vox immediate in eas sonans, sicut vox quaedam simplex ac clara expansa, ne tertio quodam interiecto fiat perceptio minor, sed magis firmiter sonus edatur simplici tantum modo, in unum convenientibus auditoribus et verbo sine intermedia ulla separatione. Littera huiusmodi habetur. Ad mentem vero, quia fieri non poterat, ut vox unius cuiusdam in tantae multitudinis aures perveniret, aut ipse ad singulorum accedens aures loqueretur, necesse est rem sic aestimare, quoniam magister et auditor ibidem fiunt: quorum unus seorsum loquitur cum discipulo, nihil tegendo neque ex rebus inenarrabilibus, alter autem percipit, praestans se dignum divina traditione legis voluntariae observantemque rerum, quas non licebat in multos, utcumque contingeret, referre.

Cur illum, qui in cratere erat, sanguinem sumptum respergebat circa populum? (24, 8.)

35. Significans eundem esse sanguinem eandemque cognationem, ostendere vult quodammodo eos animatos fuisse una eademque idea ac natura: nam [*] sanguinem multoties ponit pro anima. Quod si corpore seiuncti sint quoque a se invicem, saltem per consilia mentis unitae participent divinas tum

victimas, tum immolationes, ex alienatione conducti in communitatem et concordiam inclyti sanguinis.

Quare superaddens dicit: „Ecce sanguis testamenti eorum, quae praecepit dominus ad vos de omnibus verbis his"? (ib.)

36. Quoniam sanguis indicium cognationis familiaris est. Duplex autem est consanguinitatis species: una hominum, quae originem habet a maioribus; altera animarum, cuius principium est sapientia. Eam itaque, quae convenit maioribus ac generationi, nihil memoravit — communis enim est etiam brutis animalibus —, sed alteram, ex qua tamquam ex radice pullulavit sapientia. Sapientia autem fons est verborum voluntariaeque legis, quam publicans magister studioso eruditionis édocuit magis necessarias, concordiam et communitatem: quas non possunt cultores multorum deorum acquirere, quia honoratae huic distinctioni disiunctiores opiniones oppositas faciunt et rixae contentionisque causae exsistunt. Uni vero adhaesio harmonica consonantia est omnium, qui ministri sunt operis.

Quid est „Viderunt locum, ubi stabat deus Israël, et sub pedibus eius sicut opus lateris sapphiri, et sicut visio firmamenti caeli puritate? (24, 10.)

37. Haec omnia Theologo decentia ac condigna (sunt) in primis; [*] quia nemo glorietur invisibilem videre deum, indulgens superbiae. Locus autem idem solus sanctus et divinus (est), in quo dicitur apparuisse, non ipso abeunte aut situm mutante, sed mittente virtutes indicantes suam essentiam, ita ut, si liceat, oporteat dicere locum istum rationalitatis.

Non enim motus umquam suspicionem dedit, sed perpetuo standi; quoniam firma permanet et immutabilis natura patris, lucidior ac simplicior unitate, quae unica est forma similitudinis. Unam autem unitatis invariabilem immutabilemque naturam dei propter substantiam indicavit; universum vero caelum sub pedibus entis esse, quia et color sapphiro potius similis erat. Later autem omnium simul stellarum est laterculus, ordine numerorum, rationum et collationum concinnatus, haec est constans incorporeae speciei similitudo et forma. Siquidem intelligibilis caeli sensibile hoc typus est purus et lucidus omnino, illius, quam iampridem dixi divinam essentiam ac portionem meruisse. Quare dicitur: *quasi species firmamenti puritate;* quoniam incorporeae species lucidiores sunt et puriores, eo quod essentiae mixtione carentis et simplicioris participationem sortitae fuerint. Sensibile igitur caelum, firmamentum vocatum, dicit distinctum a specie intelligibili ob puritatem.

[*] *Quare dicit: „De electis videntibus nemo recessit (s. discrepavit)* *)*"?* (24, 11.)

38. Littera expositionem habet **) manifestam, quod omnes integri servati fuerint. Ad mentem autem *electa gens* secundum animam immortalis est, quo (in quam) pervenit sapientia et omnis virtus, et

*) Sic cod. B; id probat et Georgius in supplemento Glossarii; verum cod. C una cum text. Arm. Genes. l. l. *nemo consumptus est.* Id notat et Gr. *οὐ διεφώνησεν*, proprie sonans: *non discrepavit voce*, ut accipit Philo. Pro autem *Israel*, qui vulgo exponitur *videns deum*, a Philone substituitur *videns*, tam hic, quam infra §. 47. Sicut etiam apud Eusebium Praep. Evang. XI, 14. citatur ipse Philo dicens: *ὁ ὁρῶν Ἰσραήλ.* Auch.

**) Cf. supra Vol. VI. p. 274.

prae omnibus regina virtutum, pietas. Mors vero animae est dissonantia ad probitatem atque defectus harmoniae. Quare rite dictum est: *Nemo recessit* (s. *nihil discrepavit*), tamquam in perfecta chorea omnimodae musicae, una cum cunctorum symphonia, ita ut harmonico concentu canendi ars perficiatur in modulatione ac peritis digitis, non adeo voce, quam mente id ostendere operam dantes.

Quid est „Apparuerunt deo in eo loco, et manducaverunt et biberunt"? (ib.)

39. Faciem attingentes patris nusquam plane in mortali loco perstant — hoc enim totum est mancum et foedum —, sed mittentes reducunt*) transmigrationem ad sanctum divinumque locum, qui alio nomine vocatur Verbum. In quo exsistentes per dispensatorem, principalem vident, sancte constanterque invisentes deum acutis intellectus oculis. [*] Talis autem apparentia cibus est animae, et vera participatio vitae causa est immortalitatis. Quare etiam dicitur: *Comederunt ac biberunt;* siquidem valde omnino esurientes et sitientes, manifeste apparentem deum videre non fuerunt prohibiti, sed sicut famelici, abundantem invenientes cibum, magnum desiderium implevere.

Quid est „Ascende ad me in montem et esto ibi"? (24, 12.)

40. Animam sanctam deificari notatur per istam ascensionem, non in aërem vel aethera vel in supre-

*) Sic cod. C, ubi lectio cod. B incerta videtur accedere ad Glossarium habentem: *perveniunt.* Aucher.

mum omnium caelum, sed super omnes caelos. Post autem mundum non est locus, sed deus. Constantiam vero transmigrationis decernit per dictionem *Esto ibi*, loco carentem demonstrans immutabilemque divini loci habitationem. Quoniam in quibus fuit vitium cito sese satiandi contemplatione, modicum sursum volantes dei initiatione, statim retrocesserunt, non tantum volantes, quantum deorsum tracti, nempe in Tartari profunditatem. Qui vero non redeunt a sancta divinaque civitate, in quam transmigrarunt, principali duce usi sunt deo in habitationem constantem.

Cur in tabulis lapideis mandata scribuntur? (ib.)

41. Tabellae et libri manufacturae sunt, et quae in istis sunt scripta, faciliter corrumpuntur; quoniam in tabellis cera est facile defricabilis et in chartis character nunc spargitur, nunc subobscure cernitur. At *lapides* tum naturae sunt opera, exiguo labore in tabellam [*] redacti, tum in lapidibus perpolitis formae characteresque in iis exarati perpetui sunt ac constantes propter soliditatem materiae. Secundo fieri non poterat, ut divina praecepta in abditis quibusdam locis laterent, evitando occursum eorum, qui studerent videre atque discere illa, sed palam exponi atque circumferri manifeste. Quae vero foras publice celebranda essent, oportebat habere materiam duram contra solis aestum pluviarumque adventum: ita ut postmodum in arca collocatae sint tabulae lapideae. Tertio *lapideae* sunt *tabulae*, lapidea constantiam indicante, tabula vero inconstantiam; nam tabula tam facile scribitur, quam deletur. Quod est symbolum observantiae et dissolutionis le-

gis: scriptum observantiae, deletum vero dissolutionis; siquidem transgressis praeceptis veraciter dicatur numquam legem fuisse.

Si deus legem scribat? (ib.)

42. Quoniam legislator secundum supremam rationem deus est, necesse est optimam legem, quae et infallibilis lex vocatur, ab eo statui et scribi characteribus, non manuum — nec enim humanae est formae —, sed secundum eius iussum ac nutum. Siquidem si olim deo dicente caelum et terra universusque mundus creabatur, universaque rerum essentia a verbo divino efficaci formam recepit, nunc dicente ipse deo, ut lex exaretur, nonne statim obsequi debet liber? Secundo magna est mundus [*] iste civitas, ac legitima: necesse est autem istam politicae meliori lege uti, atque aequum est et conveniens, ut sit ei legislator ac legisdator. Et quum hominem genti contemplativae legem daret, daret quoque ipsi mundo. Praesentem ergo legem imponit illi genti, delineans etiam legem mundi; quia gens electa mundi est forma et lex sua legibus mundanis.

*Quare solus Moses accersitus, non solus ascendit, sed cum Iesu**)? (24, 13.)

43. Virtute utrumque unum est; etenim nemo est, qui eundem solum dixerit sibi invicem unanimes ac concordes, verum etiam secundum aliam speciem. Quoniam interpretatur *Iesus* salus; salutem

---

*) *Iesus* vel *Hisus*. Sic passim pro *Iosue* habet Arm. interpres Philonis: in Bibliis autem sacris semper habetur *Iesus* s. *Hesus*. Salvator vero noster Arm. ubique dicitur *Hisus*. Auch.

autem consequi a deo cui alii familiare sit, nisi inspiratae animae et inflatae ipsi prophetiae*)? Siquidem et vivente (Mose) praepositus erat (Iosue) prinpicibus, et defuncti successor exstitit. Iure ergo ascendit ad fidem faciendam duabus rebus quam necessariis: uni, theoricae gentis electioni; et alteri, ne lex humanae mentis inventio putaretur, sed dei mandatum divinumque verbum. Fortassis tamen sub silentio intelligendum in dictis, quod etiam Iesus**) sursum accersitus fuerat manifeste; at ascensionem eius non ita [*] prius notari aequum fuit†), propter praerogativam, qua dignus est effectus propheta.

Quare Aaronem et Hor relinquit infra cum senioribus iudicibus? (24, 14.)

44. Sicut navi classicae, quum non erit ibi navarchus, opus habetur subinde navarchorum ad procurationem adornationemque universae classis; itidem in exercitu, si non adsit dux, secundi principes choragi et praefecti ordini praesentes suppeditant necessaria utiliaque; atque gentibus subditis sub obedientia magnus rex concedit plurimum, ob qualemcumque legitimam causam dispertitis civitatibus praeficiens rectores, quos solent praefectos vocare: hoc tenore optime iureque sollicitudine habita in aethera caelestemque viam iturus propheta per diligentiam sui loco reliquit inspectores ac praepositos,

---

*) s. *nisi ei, cui spiraverit spiritus flaveritque in eum prophetia?* Auch.

**) s. *eo ipso quod Iesus dicebatur.* Auch.

†) Obscuritas erat in his dictis, quae nescio an rite elucidaverim. Auch.

atque victoriae signum adhibens dubio animo haerentibus conciliat legitime iustum. Littera talis est. Ad mentem vero duo fratres sunt in anima: intellectus et verbum. Meliorem itaque, alio nomine mens vocatus, *Moses* sortitus est partem, deum videlicet; minorem vero, verbum scilicet appellatus, *Aaron*, hominum portionem. Verbum autem vilioris atque improbi obscurius est; quamvis enim magnifice consecutus fuerit (verbum), obnubilatum est. Domini vero (verbum) lucidissimum est, etsi in ore sit atque lingua instrumentis haud nimis coaptatis. Ideo sane etiam *Hor*, [*] qui lux audit, adiungens ordinat cum sapiente, per symbolum monens, quod luciforme est sapientis verbum, non ipsis verbis, sed in rebus expositis demonstrans pulchritudinem.

Quid est „Et descendit gloria dei super montem Sina"? (24, 16.)

45. Evidenter pudore afficit*) eos, qui sive impie sive stulte existimant localem ac mutabilem motum inesse divinitati. Ecce enim manifeste non substantiam dei, quae secundum essentiam solam intelligitur, descendentem ait, sed gloriam suam. Duplex autem est gloriae notitia: una, quatenus essentiam ostendit virtutum, nam et regis dicitur gloria virtus exercitus; altera, quatenus opinionem causat solam putandi videre gloriam divinam, faciens in occurrentium mente apparitionem adventus dei, quasi vero, qui non ibi fuerit, ecce iam venerit ad firmam fidem legis tradendae. Mons autem familia-

*) Cf. supra Vol. VI. p. 274.

ris est nimis ad recipiendam apparitionem dei, sicut declarat nomen ipsum *Sina*, quod in aliam linguam conversum sonat inaccessum. Itaque inascensibilis atque inaccessibilis utique est divinus locus, ita ut neque purissimi intellectus tanta [*] celsitudo ad eum ascendere queat, sed solummodo appropinquare satagere.

Cur operitur mons nube sex dies, septimo autem Moses sursum vocatur? (ib.)

46. Parem numerum, sex videlicet, impertiit tam mundi creationi, quam theoricae gentis electioni, volens ostendere imprimis, quod ipse et mundum fecit et gentem virtute electam. Secundo vero, quia vult gentem ita ordinatam adornatamque, sicut universum mundum: ut quippe iuxta haec et pariter prae se ferat ordinem convenientiae secundum rectam legem ac normam immutabilis, loci expertis et immobilis dei naturae. *Sursum* autem *vocatio* prophetae secunda est nativitas (sive regeneratio) priore melior: illa enim commixta per carnem et corruptibiles habebat parentes; ista vero incommixta simplexque anima principalis (vel spiritus principis), mutata a genita ad ingenitam, cuius non est mater, sed pater solus, qui et universorum. Quamobrem et sursum vocatio, sive ut diximus, divina nativitas contigit ei fieri secundum naturam septenarii semper virginis. *Septimus* enim vocatur dies, hoc differens a protoplasta terrigena, quia ille de terra et una cum corpore in exsistentiam veniebat, is autem ex aethere et sine corpore. Quare terrigenae numerus familiaris distributus fuit *sexenarius*, heterogenae vero superior natura *septenarii*.

[*] *Quid est „species gloriae domini tamquam ignis ardens coram filiis Videntis“ (deum, h. e. Israel)?* (24, 17.)

47. Quoniam, ut prius dictum est, dei gloria est virtus, qua nunc apparet. Huius virtutis species similis est flammae*): imo non est, sed apparet videntibus, monstrante deo, non quod est secundum essentiam, sed sicut volebat putari esse ad videntium stuporem. Adiicit ergo illud *in conspectu filiorum Videntis*, manifestius declarans, quod apparentia flammae erat, non flamma vera. Secundo quia montem inaccessum demonstravit populo, flammiformis ignis apparitionem extendebat circa eum, ut neque volens quisquam posset accedere, contempta visitatione. Quoniam ignorantes simulque faciles putandi sunt, qui putant, iuxta prophetam essentiam esse ignem dei, evidenter clamat, quod gloriae est et virtutis dei apparens species, non vero veri entis: et quod non est virtus illa ignis, sed gloria sola et videntibus phantastice apparens, sicut non est qui est; propter rationes dictas. Littera haec habet. Ad mentem vero, sicut flamma omnem materiam immissam consumit, sic quando manifeste adveniat dei meditatio in animas, omnem cogitationem a pietate alienam devastat, in decentiam reducens totam mentem.

[*] *Quare intrat Moses in medium nubis?* (24, 18.)

48. E medio vocatus est, ideo iure secutus est vocem. Secundo ex verbi strepitu potuit discindi ea pars nubis, et utraque regione condensata facile fieri transitus.

*) Cf. supra Vol. VI. p. 274s.

Cur Moses quadraginta diebus totidemque noctibus in monte permanet? (ib.)

49. De quadragesimo numero et quomodo in natura se habeat, iampridem certe indicatum fuit, ne amplius longe loqui accidat. Id tamen fortassis superaddendum erit. Damnanda erat *) gens transmigrans et per annos quadraginta corruptionem subitura, multiplici invento beneficio et multipliciter ingratitudine demonstrata. Aequali itaque tempore dierum pro annis sursum perstat, precibus ac intercessione reconcilians patrem: maxime in tali tempore, in quo et lex divina datur et portatile templum verbis erigitur, Testimonii Tabernaculum dictum. Cui enim erat lex? num eis, qui perituri erant? Aut cuius gratia erant oracula? an eorum, qui paulo post deperdendi erant? Caeterum mihi videtur, quod dicat aliquis: Praesciebatne illud quod futurum postmodum erat ei iudicium? Verumtamen qui haec dicit, revolvet in mente, quod omnis anima prophetica deo initiatur, et plurima futurorum non cogitatione potius, quam divino oestro securus praescribit.

[*] *Quare primitias ab omnibus corde volentibus iubet accipere?* (25, 2.)

50. *Cor* nunc pro principali (in homine) in medium sumit. Vult ergo primitias voluntaria indole oblatas introduci; divinitas enim non indiga est. Qui vero invitus obtulerit, oblivioni traditur, se ipsum fallens: quum argentum quidem aut aliud quicquam introduxerit, *primitias* tamen minime adduxerit. Quemadmodum et qui immolabat hostias

*) Cf. supra Vol. VI. p. 275.

invitus, inimmolatam potius carnem igni tradidisse putabatur, quam sacrificium obtulisse.

Quid est „Facies mihi sanctuarium, et apparebo in vobis"? (25, 8.)

51. Manifesta est ecce littera, quoniam templum (Graecis *sanctuarium* vel sacellum, *ἱερόν*) dicitur templi prototypus quidam, tabernaculum. Ad mentem vero suo operi, quod sacratissimum est, *apparet* semper deus, nempe mundo. Siquidem beneficae eius virtutes videntur, cunctis partibus lustratis, caelo et terrae, aquae, aëri et comprehensis in eis; quoniam propitius est salvator et benefactor, atque vult ex universis animalibus rationale genus excipere. Ideoque ampliore dono honorans, ut maius beneficium, in quo omnes species bonorum continentur, concedit suam apparitionem: solummodo, sit locus conveniens omni sanctitate puritateque purgatus. Quoniam si, o anime, non praeparabis ex te te ipsum, abscissis cupiditatibus, voluptatibus, tristitiis timoribusque, et abiectis insipientiis, iniustitiis cognatisque malis, et mutans te adaptabis in visionem sanctitatis, caecus concludes vitam tuam, intelligibilem solem videre non potens. Sin autem condigna initiatione initieris et possis [*] consecrari deo, atque quodammodo templum animatum (vel spirituale) esse patris, primum oculis apertis aspicias quin umquam claudas, et vigil decedes absque alto somno, in quo deprehensus degebas. Deinde appareat tibi visibilis ille*), qui oriri facit tibi incorporeos radios: datis etiam visionibus naturae

*) s. *qui appariturus est, aut mirabilis ille.* Auch.

inexspectatis atque inenarrabilibus, fontibusque abundantibus caeterorum bonorum; quoniam principium et finis felicitatis est posse videre deum. Hoc tamen nequit ei fieri, qui non paraverit animam suam, sicut dictum est, *sanctuarium* sive plane templum dei.

Quid est „Facies secundum omnia, quantum ego ostendo tibi in monte indicia tabernaculi et vasorum eius"? (25, 9.)

52. Quod sane omnis sensibilis similitudo principium habet intelligibile in natura indicium, sicut et alias saepe saepius, nunc quoque declaravit. Verumtamen optime magistrum incorporeorum et a principio exsistentium exemplorum, nullum genitum sive creatum adhibuit, sed ingenitum sive increatum patrem. Quoniam conveniens utique erat, ut intelligens referret ideas intellectualium mensurasque universorum, ad quarum formam mundus factus fuit. Propterea et solus propheta sursum assumptus fuit per vocationem, ut nec mortalis gens privaretur incorrupta facie, neque publice exponeretur apud multos divina sacraque essentia rerum. Assumptus autem fuit in montem excelsum, quem ascendere caeteris minime [*] licebat. Et nubes densa crassaque totum locum clausit, perceptionem per loca impediens: non quasi vero corporeis oculis natura invisibilium videri posset, sed quia multum signum intelligibilium per manifestam oculorum visionem describitur, quatenus utcumque typice quis videns, qui discit, potest secundum symbolum aliquam formam adaptando, directe et apposite eorum rationem attingere.

Cur ex lignis imputridis arca? (25, 10.)

53. Quemadmodum animalis caput primum est, sic et arca divinorum vasorum: quare et meliorem sanctioremque meruit locum, sola intus in adyto collocata; ideo materiam quoque, ex qua est facta, quasi necessario fere *imputridam* ac incorruptibilem contigit esse, quoniam et lex, cuius ipsa receptaculum erat, incorruptibilis fuit. Secundo templum et quota in eo ordinis dispositio statuebatur, non ad decisum tempus, sed ad immensa saecula, propterea magis convenientem materiam, maxime eam quae cum illa perpetuo manere poterat, elegit artifex, verbum nempe divinum. Littera haec. Ad mentem vero imputridum atque incorruptum vere nihil est ex terrenis: ergo quando dixerit lignum imputridum, symbolice annuit partes mundi sese invicem comprehendentes, quibus compactus fuit quaeque detinent se mutuo. Mihi videtur*) et in rationalibus animi virtutibus (id evenire), quarum unamquamque immarcescibilem et senii expertem incorruptibilemque [*] esse contigit.

Cur auro puro obtegit intrinsecus et extrinsecus auro? (25, 11.)

54. Alii externam faciem fingunt fallacia, internam vero tectam relinquunt, cura destitutam; externam enim multiplici ornatu exornant ad decorem aut admirationem faciendam videntibus. Divinus autem sanctus Moses *intus* prius quam *foris* exornat condignis ornamentis, auro ut prima materia omnium

*) Aut sic, maxime iuxta cod. C: *Detinere autem se mutuo mihi videntur et rationales animae virtutes.* Auch.

pretiosissima, et auro mundissimo et purgatissimo, quod nihil improbitatis habeat, ad sanctitatem essentiae. Littera huiuscemodi est. Ad mentem vero, naturae aliqua est species invisibilis et aliqua visibilis. Invisibilis illa ex incorporeis constat, quae nimirum in intelligibili mundo est; visibilis autem constituta ex corporibus, qualis est sensibilis iste mundus. Haec ambo species sunt interna et externa: interna incorporea, et externa corporea; quas qui fecit, imputridas effecit, nec non honestas ac pretiosas. Aurum itaque pretiosum allegorice refertur etiam ad humanam constructionem, sicut oportet esse animam; quae tamen invisibilis est, cunctis virtutibus auri instar adornans visibilis corporis quoque habitus et motus. Quoniam vita perfecta ea est, quae per utrumque habetur, constans ex mundissimo intellectu, qui non est visibilis et ex irreprehensis operibus, quorum multi sunt visores.

[*] *Quid est „cymacia tortilia*), quae iubet circa arcam construere"?* (ib.)

55. Obumbrat per illius modi coronam stellas, quippe quae circumferuntur, quaedam per se una cum caelo universo, quaedam vero peculiari etiam motu, quem sortitae sunt seorsum. Quoniam sicut axis rotae volutatus non mutat locum, eo quod ipse per se revolutus vix abscedit, eodem modo et caelum circumfertur in se sine loci mutatione. Secundo similis comperitur corona circumdans et animae corruptioni ac corporis: quoniam mens alias aliter mutationem patitur sine firmitate, et corpus semper flu-

*) s. *limbus in circuitu.* Auch.

ens fluvii more secundum aetates pervenientesque infirmitates variationem subire solet. Tertio humana vita, similis reperta vastissimo mari, fluctuationes aestusque circulorum omnigenos suscipit secundum fortunas*). Siquidem nihil terrenum constans est, sed huc et illuc vacillans titubat ad modum navis mare lustrantis contra ventos contrarios.

Quare quatuor annulos adaptat arcae, duos in latere uno et duos in altero? (25, 12.)

56. Latera duo contigit esse in auribus, unum intelligibili in parte, alterum in sensibili: quorum utrumque ambobus signis sigillatum est; quia intellectualis partis duae sunt sectiones, una per indicium immortalium, altera per indicium mortalium. Sensibilis vero in duo dividitur: quum quoddam sit levis et sursum tendentis naturae, quam sortitus est aër atque aether; aliquod autem [*] gravis et deorsum tendentis indolis, quam sortita est terra et aqua. Secundo duo latera nonnulli accipiunt pro aequinoctiis, ex quibus quatuor tempora separata fuere: ut pro calore et sereno duo, aestas et auctumnus; pro autem frigore haec duo, hiems et ver. Ista in sensibili mundo perfectorum constantiumque operum habent calculum, in intelligibili vero indicii ac aenigmatis.

Quid sunt gestatoria de lignis imputridis? (25, 13.)

57. Duo verba divina**) significat: unum columnam ac fulcrum constantiae intelligibilis mundi,

*) Cod. A: *non prosperitates* s. *infortunia;* C: *prosperitates* s. *fortunas*. Auch.
**) s. *Duas rationes divinas*. Auch.

alterum vero sensibilis, in quibus tamquam in fundamentis supererecti sunt firmius. Nam utrumque eorum prae se fert suum ornatum, qui etsi gravior sit, gravitas tamen est sicut levior, et aliunde imputrida sunt verba, quia dei sunt voces.

Cur gestatoria nectuntur in annulos ad portandam arcam? (25, 14.)

58. Duo duplicis mundi rationes sunt, quas vectes appellavit, connexae per sigillum, ostendentes praescriptum ac necessarium eventum, rerum nempe connexionem harmonicam, singula in ordinatione integra reddendo. In visibili itaque mundo similitudo et forma est, in intellectuali vero indicia et prototypi, classe et ordine progredientibus*) sequentibusque secundum naturae concinnationem.

[*] *Quid est „Iniicies in arcam testificationem, quam dabo tibi"?* (25; 16.)

59. Quoniam itaque arca incorporei symbolum est mundi, oportet autem mundum illum esse legis indicium, quam testificationem vocavit, iure ac decenter dixit, verbo in arcam ponere illam, opere vero in mundum intelligibilem, ut cunctis suis partibus illic iacens perseveret.

Quid est „propitiatorium", et quare „epithema" (superpositionem s. opertorium) illud vocavit? (25, 17.)

60. Propitiae ac beneficae virtutis symbolum dictum fuit *propitiatorium. Epithema* autem dicitur, quia superpositus est firmiter intelligibilis mun-

*) s. *prototypi classis et ordinis progredientium etc.* Auch.

dus*). Super tamen stante perfecta visione, iure superior stat virtus propitiatoria, qua erecta sunt et constanter exsistunt omnia.

Quare propitiatorium „longitudinem et latitudinem" tantum habet, non vero altitudinem (sive profunditatem). (ib.)

61. Magnitudo profunditate carens, in *longitudine* tantum et in *latitudine* visa, superficies (s. apparentia) vocitatur a geometricis viris. Apparentia autem entis conspicitur etiam per alias virtutes, maxime vero per propitiam et beneficam. Verum qui beneficium acceperint, illico in apparentia vident benefactorem apparentem simul (cum) filiabus suis virginibus, gratiis.

[*] *Quid sit „Cherubim"?* (25, 18.)

62. Interpretatur *scientia multa,* in caetera nomina intelligentiam ac copiam suam refundens. Symbolum autem est duplicis virtutis: creativae et regiae; maior tamen est creativa secundum cogitationem. Quamvis enim coaetaneae sint quae circa deum sunt virtutes, verum prius intelligitur creativa quam regia. Rex enim est quisquam non eius, qui non est, sed eius, qui factus est. Titulum autem sortita est in sacris scripturis creativa (virtus), ut *deus* appellaretur; quoniam apud maiores (Graecorum) loco verbi *facere* (ut creare) dicebatur *ponere* (Graece *θῆναι*, Arm. *tnel:* hinc *theos, deus*). Regia vero (virtus) *dominus* vocatur, quoniam titulus domini ab omnibus**) consecratum est regi.

*) s. *super intelligibilem mundum positum est.* Auch.
**) s. *universorum . . . regi.* Auch.

Quare „aurei tornatiles“? (ib.)

63. *Aurum* symbolum est pretiosae substantiae, *tornatile* vero artificiosae ac intelligentia praeditae naturae. Oportet enim primas entis virtutes, species specierum*) esse, et puriores, simplices ac pretiosissimas**), insuper etiam intelligentiorem essentiam sortiri.

Cur in ambobus lateribus altaris Cherubim collocabat? (ib.)

64. Terminos totius caeli mundique duabus ac superioribus custodiis [*] muniri (designat): una secundum illud, quo omnia faciebat deus; et altera, secundum quod princeps est creaturarum. Quoniam velut familiari ac cognatae possessioni prius curam habitura erat creativa (virtus), ne dissolverentur per eam creata; regia vero ne quidpiam redundasset, symbolice concilians victoriam indicio paritatis, qua res perseverant. Siquidem excessu imparitateque incursiones bellorum dissolutiones sunt entium, bene vero ordinatae atque aequae, pacis semina, salutis causae atque perpetuo perseverandi †).

Quare dicit: „Extendat (s. Extendant) alas Cherubim, ut obumbret“? (25, 20.)

65. Dei virtutes omnes *alatae* comperiuntur, supernam ad patrem viam desiderantes. *Obumbrare*

---

*) s. *ideas idearum, ut prototypum.* Auch.

**) s. *rarissimas*, ubi vox Arm. in genitivo casu exarata aut erronea est, aut ad sequens referenda, hoc modo: *et non solum pretiosissimam, sed etiam etc.* Auch.

†) Similia Philo dixerat in Gen. 3, 49. Auch.

vero alarum instar universi partes subsignat, quippe quod mundus tegatur per custodiam ambarum virtutum, quae sunt, ut dictum est, creativa et regia.

Cur facies Cherubim ad se invicem respiciunt, et ambo (vultus) in propitiatorium? (ib.)

66. Optima atque decentissima est dictorum forma; nam conveniens fuit, ut virtutes creativa et regia se mutuo respicerent, propriam pulchritudinem cernentes, et simul in utilitatem factorum ambo conspirarent. Secundo [*] quia deus unus est, tum creator tum rex, iure distinctam virtutem sumpsere; distinctae autem fuere utiliter, ut una faceret, altera imperaret. Quia vero separatae sunt, concinnatae quoque fuerunt alio modo cum nominibus, perpetuam inter se habentes connexionem, ita ut tam creativa spectatrix sit principativae, tam creativae regia. Sicut autem se mutuo respiciunt, ita etiam iure propitiatorium: quoniam si non erat simul convenientium propitius deus, nec fecisset quicquam per creativam neque disposuisset per regiam.

Quid est „Innotescam vobis inde"? (25, 22.)

67. Scientiam et intelligentiam magis lucida ac prophetica*) mens recipit entis, non ab ipso (immediate) ente — vix enim portabit maiestatem —, sed ex primis eius ministralibus virtutibus. Placet autem inde ad animas pervenire splendores, ut possit per secundos splendores maiorem atque splendidissimum cernere.

---

*) s. *lucidam ac propheticam.* Auch.

Quid est „Loquar tibi desursum ex propitiatorio, e medio duorum Cherubim“? (ib.).

68. Ostendit hoc imprimis, quod propitiam, creativam omnemque virtutem superat divinitas; deinde vero, quod loquitur quasi de medio creativae. Hoc autem huiusmodi quidpiam arbitratur mens. Dei verbum, eo quod in medio est conveniente, nihil omnino in natura relinquit vacuum, omnia implens, atque fit mediator arbiterque utriusque [*] partis a se invicem, ut putatur, disiunctae, amore et concordia facta; semper enim communionis est causa et pacificum. Porro de arca secundum partes eius disseruimus; oportet tamen cuncta simul resumere propter notificationem, quorum haec symbola fuerint, obiter significando. Symbolica namque haec erant: arca et lex in ea recondita, supraque istam propitiatorium; deinde super propitiatorium Cherubim Chaldaica lingua dicti; superius autem e regione medii vox et Verbum, et supra illud Dicens. Quod si itaque accurate haec perspicere atque intelligere quis poterit horum naturas, ultro ego renunciabo caetera omnia, quaecumque aemulationem merent deiformi pulchritudine circumdata. Verumtamen consideremus singula, utcumque se habeant. Primus est (Ens) ille, qui maior (natu) est etiam uno vel unico et principio. Deinde Entis Verbum, seminativa entium vere essentia. Ex Ente vero Verbo tamquam ex fonte disruptae scaturiunt ambae virtutes. Una est creativa, secundum quod posuit (creavit scilicet) omnia et ornavit artifex; is *deus* appellatur. Altera regia, secundum quod princeps est factorum a creatore; is vocatur *dominus*. Ex his

ergo duabus virtutibus germinant aliae. Quoniam germinat apud creativam *propitia*, cuius nomen est proprium *benefica;* apud vero regiam *legislativa*, cui nomen datur conveniens *percussiva;* sub his autem et iuxta haec arca. *Arca* autem est intelligibilis mundi symbolum, et habet omnia collocata sede in adyto sanctorum: symbolice inquam arca incorporeum [*] mundum; et legem, quam nuncupavit *testimonium*, legislativam et percussivam virtutem, propitiam ac beneficam superioremque creativam, quae est fons propitiae et beneficae; atque regiam, quae est radix percussivae et legislativae. Excellit tamen, eo quod in medio est, divinum verbum, verbum autem superat qui dicit. Quibus dinumeratis septenarius completur numerus: mundus videlicet intellectualis, et virtutes, quatenus cognatae sunt, percussiva et benefica; atque duae aliae his anteriores, creativa et regia, cognationem habente maiorem creativa, et gente singulisque*); atque verbum; septimus autem qui dicit. Quod si de superiore inchoabis, primo Dicens, et secundo Verbum, tertio virtus creativa, quarto principativa, deinde sub creativa quinto benefica, et sub regia sexto percussiva, septimus autem est mundus ex speciebus constans.

Quid est „mensa", et quare ex auro puro? (25, 23.)

69. Postquam de incorporeis locutus est symbolice, theologica ratione describens arcam secundum interiorem [*] adytum, nunc incipit de iis, quae in

*) Intricatissima erat haec linea, ut sensu carens; nam verba sonant: *cognationem habet ampliorem creator et gens, et unusquisque (s. unumquodque) verbum.* Silentium coluit et ipse Glossarius. Auch.

sensu sunt, disserere, initio facto a *mensa*. Iure quidem et decenter; quoniam mensa receptaculum ciborum est. Cibum autem sumit nullus intelligibilis, ut inindiga, sed quicumque naturam sortitus est corporalitatis: ideo symbolum ponit mensam sensibili ac corporis formam habenti essentiae. Nec id tantum, sed etiam propterea, quod communionem quandam significat mensa eorum gratia, qui ex eodem sale et victima participarunt. Siquidem est adducens similem in dilectionem propter (vel per) se. Nihil tamen et nullibi amabile est, sicut a sua factas essentia partes mundi. Quoniam quasi cibum sumpturus et laetitiam accepturus a genitore eorum patre, reddere vices ac retribuere utilitatem sicut fratribus quibusdam ab eodem patre eademque matre, discit desuper (s. rursum). Quod vero *ex auro purissimo* erat mensa, quia tota mundi essentia erat ex probata electaque parte; quoniam unumquodque utcumque erat per suam essentiam sive naturam, adhuc maiorem perfectionem suscepturum erat.

[*] *Ad quid „tortilia cymacia“ circa mensam?* (25, 24 s.)

70. Corporea universorum essentia mutationem recipit ad effectionem (s. generationem) partium, ex quibus mundus constituebatur.

Cur super mensam „catini et thuribula, cyathi et libatoria“? (25, 29.)

71. *Catini* (s. phialae) ferculorum symbola erant, et *cyathi* convivii, quibus merum mensuratur; *thuribula* autem thuris vasa, et *libatoria* vini libandi. Per fercula et merum ad convivium declarat maiesta-

tis largitudinisque dei gratias, qui non tantum necessaria praestat, verum etiam quodquod ad abundantem copiositatem fruendam pertinet; per thus vero et libamen delicias eorum, qui beneficiis donati fuerunt. Quoniam dicunt et illi, qui constantibus cibis vescuntur in specie allegoriae, quod omnis anima probitatis studiosa libamen est, profundens dedicansque virtutem deo. Hoc autem opus gratum ac cordi placidum patri est, quemadmodum per odores*) suavissima incensorum.

Cur dicit: „Impones super mensam panem in conspectu meo semper"? (25, 30.)

72. Necessarii cibi, sine quo non est vita, significativi sunt panes; et principum ac villicorum vis (*al.* aequitas), deo ordinante, in necessariis naturae (versatur) in cibo et potu. Ideo superaddit dicens: *In conspectu meo semper pones panes*: ubi *semper* ostendit continuam [*] ac non interruptam esse gratiam cibi; *in conspectu* vero, quia gratum iucundumque est deo tam donare gratias, quam gratiarum actionem recipere.

Ad quid „candelabrum tornatile ex auro puro"? (25, 31.)

73. *Candelabrum* symbolum est purissimae essentiae caeli, ideoque dicitur postea, quod ex unico auro conflatum fuerit. Siquidem caeterae mundi partes per quatuor elementa confectae sunt, ex terra, aqua, aëre et igne; caelum autem ex uno et excellenti specie, quam recentes vocant quintam substantiam. Candelabro vero simile dicitur iure, quatenus

*) s. *in odoribus fragrantibus.* Auch.

luminiferis stellis plane plenum sit. Atque productile (s. *tornatile*) illud designat*) merito, quoniam arte quadam productiva factum et illustratum est caelum secundum circulorum periodos, quorum unusquisque accurate contortus est, et naturae stellarum universae divino ingenio delineatae sunt.

Quid est, quod „hastile eius, et rami et crateres (s. scyphi), sphaerulae et lilia, omnia ex ipso erant"? (ib.)

74. Sapientissimus quum sit Theologus, novit evidenter sua sapientia, quod eorum, quae in caelo sunt, universorum coniunctio colligatioque ipsum erat caelum; sicut connexa in corpore membra coaptata sunt naturaliter.

[*] *Quid sunt „sex rami exeuntes de latere utroque", aeque tres?* (25, 32.)

75. Quoniam Zodiacus non recte, sed oblique iacet iuxta tropica aestatis et hiemis, illam quae in ea inductio est e regione, dixit esse medium locum solarem; reliquis autem tres ex utraque parte ordines distribuit, superius Saturno, Iovi, Marti, inferius autem Mercurio, Veneri et Lunae.

Quare in singulis ramis „tres" sunt „crateres (s. scyphi) in nucis ornatu expressi, sphaerulaque et lilium"? (25, 33.)

76. Sol unamquamque tempestatem anni perficit per tria signa, quae *scyphos* appellavit. Quoniam trium virtutes distinctae a se invicem mixturam con-

*) Sic cod. A; at cod. C: *pingit* s. *delineat.* Auch.

cordiae sumunt ad constituendum unius anni tempus: ut verna tempestate Aries, Taurus, Gemini; itidem aestate Cancer, Leo, Virgo; et auctumno Iugum, Scorpio, Sagittarius; atque hiberno Capricornus, Aquarius, Pisces. Signorum vero figuram naturamque assimulat *nuci*, fortasse quod prius pullulat nux et postmodum florescit. Putatur, quod etiam propter voces harmonicas in motu facto; non enim ignoro nucis nomen in praeconicis celebratum, quia cortex eius solet sonitum ac crepitum edere. *Sphaeroide* autem contortum, quoniam quodquod in caelo est, totum sphaericum est, perfecta figura praeditum, quemadmodum et mundus. *Lilium* vero fortassis tam propter candorem, quia lucidum est, stellae vero splendores sunt, quam forsan propter axes splendoris instar lilium circumdantes, quoniam unaquaque stellarum [*] splendorem emittit. Habet et ethopoeiam locus, quia lilium aliquid contrarium caeteris floribus prae se fert: nam eorum quidam hieme, quidam vero verno tempore pullulant; at lilium perveniente aestate, quum caeteri marcescunt. Quod symbolum est separari humana a divinis, et immunda a sacris, imperfectaque a perfectis. Itidem alii aquis irrigati florescunt, lilium autem iuxta caniculam postque caniculam, quando flammae instar aestuat sol. Quare et propheta quidam speculativam gentem (Israel) dicit *florescere sicut lilium* (Jes. 35, 1?), subindicans, quod non secundum idem tempus fruatur prosperitate, sed quo tempore alii pertransierint iucunditatem, incipiat sine convenientibus exspectatisque mediis; nam sine aqua florescere, sole comburente, vix adaequatur convenienti*).

---

*) *s. praeter opinionem est, s. credi vix potest.* Auch.

Cur candelabri „quatuor crateres"? (25, 34.)

77. Unusquisque ramus unam tempestatem anni perficit per trina signa, sicut dictum est; candelabrum vero annuum tempus. Quatuor quidem sunt tempestates, commixtionem tamen quamdam recipiunt ad annum conficiendum. Nihil enim aliud est annus, nisi complementum quatuor tempestatum ex his commixtis confectum. Quoniam non incommixta ac dissona est temporum natura, sed concordiam temperamenti habet atque communionem, inter se mutuo commutatis; finis enim primi [*] principium sequentis contigit esse.

Quare „lucernae" candelabri „septem"? (25, 37.)

78. Cunctis notum est *septem lucernas* symbola esse planetarum, septenario numeró in connumerationem cum divinorum sacro calculo conscriptorum. Quarum per signa motio ac circumlatio universis sublunaribus causa exsistit conciliandi in osculum concordiae, iis nimirum, quae sunt in aëre, in aquis, in terra et in omnibus temperamentis animalium plantarumque semper.

Quare dicit, „ex una regione lucere candelabrum"? (ib.)

79. Planetae non per omnes partes caelestis sphaerae circumaguntur, sed secundum unam australem partem; quoniam motus earum quasi prope ad nostram est zonam. Unde umbra non cadit in australem partem, sed in septemtrionalem. Quamobrem non incongrue et *candelabrum* dixit *ex una parte lumen facere,* declarans singulorum planetarum per australes regiones circumlationem.

Quid sunt „tegmina candelabri et bases“)?* (25, 38.)

80. *Tegmina* seu *anabola* nomen sortita sunt ab *ἀναβάλλειν, supermittere,* eo quod sicut lucernis ad lumen excitandum oleum supermittitur, ita luminosis stellis a caelesti sphaera omnem lucem praestari contigit. Nam quemadmodum [*] quidquid luminosum in oculis est, ab anima irrigatur — anima enim magis luminiformis est —, simili modo et quae in stellis claritas est lucis, solet ex aethere purissimo recipere illuminationem.

Quare candelabro „pondus“ distribuit „talentum ex auro puro“? (25, 39.)

81. Arcam et mensam ac thuribulum *mensuris* quibusdam notans scribit, candelabri vero mensuram non dixit, sed *pondus* assignavit: eo quod symbolum, ut paulo superius dixi, candelabrum est totius caeli. Caelum autem sphaera quum sit, expers est instrumentorum imparium mensurae, paritatis regula coaptatum secundum figuram et diversam naturam. *Pondus* tamen accepit, quoniam omnia ponderata post illud sunt. Quoniam nihil sublunare per se consistit, sed omne quicquam pusillum ac magnum, tamquam ab admirabili artifice secundum caeli rationem invisibilem, vigorem praeferre consuevit. *Talentum* vero unitatis habet similitudinem, quia unum est caelum et nemini alii simile secundum figuram viresque. Namque quatuor elementa cognationem habent inter se tam substantia, quam

---

*) Aliis *emunctoria et suppositoria,* eo quod in Gr. vulgo legatur *τὸν ἐπαρυστῆρα καὶ τὰ ὑποθέματα.* Verum Philo pro anteriori videtur legi velle *ἀνάβολα.* Auch.

circumactione: substantia, quum mutuo commutantur; circumactione vero, quoniam rectum motum continent de centro superius ignis et aër, subque centro aqua et terra; caelum vero non directe, [*] sed circuitu circumfertur, figuram habens undique aequalem perfectissimam. Ne forte itaque, quia et partes terrae iuxta mathematicos dicuntur sexaginta mensurari, tamquam talentum ordinaverit eius formam; quia sexaginta mna est talentum*).

Quid est „Facies iuxta exemplar ostensum tibi in monte"? (25, 40.)

82. Iterum sub aenigmate exemplaris designat incorporeum caelum, prototypum sensibilis; quoniam exemplar, signum et mensura est illud visibilis. Quamobrem testatur, dicens: *Inspice*, monens, quomodo animae speculationem sine somno servare oporteat, et vigilem esse ad videndas species incorporeas; alias si corporis oculis visurus erat sensibilem neque iussum dare ad id opus esse patet.

Quid est „tabernaculum"? (26, 1.)

83. Figurans imprimis incorporeum intelligibilemque mundum per arcam, sensibilis autem (mundi) essentiam per mensam, atque caelum per candelabrum, incipit secundum ordinem ea quoque, quae sub luna sunt, describere, aëra et aquam ignemque ac terram, naturae sive substantiae istorum adaptans *tabernaculum*. Quandoquidem tabernaculum porta-

---

*) Glossarius: „LX mna talentum est, et unumquodque talentum XII myrias mensurae." Addit Georgius Doctor: „Vel ita: Mna XXV siclus est, siclus didrachma: itaque mna L drachma, talentum autem est MMM drachma." Auch.

tile templum est dei, neque stabile firmumque; et quae post caelum sunt, mutabilia sunt, solo caelo [*] immutabiliter stante per se et semper seaequaliter habente. Verum et ethopoeiam quamdam exhibet textus: quoniam per desertum transibant, ubi nec porticus nec domus erant; tabernacula autem propter necessarios usus facta sunt, ad auxiliandum calori a facie frigoris*), sanctissimum templum patris creatorisque universorum aequum duxit esse. Praeterea tabernaculum indigentibus minime indigens nomen divinum cohabitari eodem in tabernaculo, quantum opinari licet, demonstravit, ad perceptionem pietatis condignaeque sanctitatis. Qui enim viderent divini templi constructionem similem esse naturae suae (*al.* habitaculis suis), quid facturi essent, nisi pro viribus suis (s. propter similitudinem visam) studere, ut adoretur et benedicatur inspector provisorque suae virtutis. Adeo familiaris est deo virtus, o ministri!

Quare tabernaculum „decem cortinas (s. aulaea)" habet? (ib.)

84. Saepe saepius plura dicta sunt de denario, quae huc transferre facile est eis, qui velint protrahere sermonem. Nobis tamen verborum paucitas amabilis est, et quod olim dictum fuit, satis iuvat ad memoriam.

Quare cortinae „de bysso torto et hyacintho et purpura et cocco torto"? (ib.)

85. Haec de apparatu dicta, contextaque numero

*) Ad verbum: *auxilium dare calori ex frigore;* forsan: *contra caloris et frigoris incommoda.* Auch.

quatuor, quatuor elementorum symbola sunt, terrae, aquae, aëris, ignis, ex quibus sublunaria facta [*] sunt, caelesti sphaera ex separata substantia optimisque rebus constante. Terram itaque figurat per *byssum*, quia byssus terrenus est et ex terra; aquam autem per *purpuram*, quia aqua est genitrix eius; et aëra per *hyacinthum*, quia subniger est aër, nullam habens luminis in se speciem ideoque ab alio lumine illuminatur; atque ignem per *coccum*, color enim eius flammeae speciei est. Aequum itaque duxit divinum templum conditoris omnium ex tot et tantis textum esse, ex quot qualibusque mundus factus est sanctissimum templum, qui ante templum sanctum exstitit.

Quare adiiciens dicit: „Opus connexum facies cortinas sibi invicem connexas"? (ib.)

86. Huiusmodi habet naturam, ut quasi ex multis unum perficiatur. Talis et mundi substantia est; quia commixtus fuit quatuor elementis et quasi inter se invicem contextus est ad unius staminis perfecti productionem.

Quare longitudo cortinae (unius) erat XXVIII cubitorum, et latitudo IV? (26, 2.)

87. Quaterni ratio divina ac sacra est, et aptissima, eo quod numerorum condignam benedictionem*) sortitus fuerit. De vigesimo autem octavo numero propria eius virtus impraesentiarum apponenda est. Est itaque primum perfectus aequis par-

*) *s. in sermone nostro de numeris laudem propriam.* Auch.

tibus, ex tribus habens materiam exsistentiae*); maxime autem ob id concordat cum sexto primario; primus enim sexenarius ex [*] propriis iungitur partibus. Unum itaque hoc habet bonum numerus iste. Alteram quoque essentiam habet per septenarium, quia componitur ex unitatibus, ab uno singillatim usque ad septem, ut dixerim hoc tenore: I. II. III. IV. V. VI. VII. conficiunt XXVIII. Tertio autem erit multiplicare septem per quatuor septenaria vel per septies quatuor. Quartus vero numerus septimo cognatus est specie, quo perfectius est nihil. Ex his ergo numeris tabernaculum Theologus ait erigi, ita ut longitudinem decem cortinarum singulis viginti octo cubitis perficiat in biscentum et octoginta, latitudinem vero (per decies quatuor) in quadraginta. Quadragenarii autem virtus exhibita entibus, iampridem dicta est; biscentum vero et octoginta decies quatuor (numerorum) septuplex est: deo autem dedicatum est septenarium.

Cur dixit: „Et erit tabernaculum unum"? (26, 6.)

88. Dixerit aliquis: Sed o theologe, quis nesciat id, quod unum non est multum? et hoc iam prius ipse dixisti: *Tabernaculum facies decem cortinis*, non tabernacula. Fortassis itaque pro firmiore sigillo unum dixit esse tabernaculum, figurans unitates sub luna exsistentes. Quamvis enim terra ab aqua distincta sit, et aqua ab aëre, aërque ab igne, et ignis ab istis singulis, nihilominus tamen omnia sunt concinnata, ad unam formam determinatam. Quae enim ex tot et tantis perfectum fuit materia, una convenit

*) Iuxta Gloss. ter novem una cum unitate dant 28, sicut et quatuor septies. Auch.

esse, maxime quod et elementorum mutua inter se commutatio communionem eorum evidenter arguit.

[*] *Quid est „Sera media in spatio columnarum perveniat ab uno latere in alterum"?* (26, 28.)

89. Super eandem rectitudinem singulorum parietum, viginti columnarum medium tenet *vectis*, ad firmiorem tenorem commixtionis earum. Figurat autem per vectem, necessitati adscriptam rationem superius secundum caelum tendentem ad caelestia: quoniam per istam comprehensa (s. comprehensum) habent cuncta se invicem velut insolubili ligamine.

Quid est „Facies tabernaculum secundum exemplar monstratum tibi in monte"? (26, 30.)

90. Iterum indicativas essentias specierum designat per illud dictum: *secundum visionem, quae monstrata est tibi in monte.* Corpus enim nullum vidit propheta illic, sed omnia incorporea. Directe autem in conspectu erigi tabernaculum dicitur; quae enim sub luna sunt, inferiorem partem sortita, rursum assumuntur sursum, elevata fundataque super divinum verbum erectum. Siquidem fundamenta et vectes constantiae universorum divina sunt verba. Viden', quod terra et aqua, quippe quae in medio sunt totius aëris ignisque, caelo circumlato, firmatae sunt non aliunde umquam, sed sese invicem tenendo mutuis vinculis secundum ligantem eos divinum sermonem sapientissimo artificio perfectissimaque harmonia?

[*] *Quid est „velum"?* (26, 31.)

91. Per *velum* separatur internum ab externis:

internum enim sacrum est et vere divinum, externum vero quamvis et ipsum sit sacrum, haud tamen eandem attigit naturam aut similem. Figurat autem mutabiles partes mundi sublunares, quae variationem recipiunt, et caelestem, quae caret casu ac mutatione, atque tamquam velo separantur a se invicem, mediante aetherea aëreaque essentia.

Quare velum „de hyacintho et purpura et cocco et bysso torto" fieri iubet? (ib.)

92. Sicut decem cortinas tabernaculi ex quatuor texere temperationibus iubet, sic quoque velum: quoniam et cortinae quasi vela sunt, non super introitum, sed per universum tabernaculum. Haec ergo, ut dixi, quatuor elementorum indicia sunt ac symbola.

Cur super quatuor columnas iubet velum poni in extremitate tabernaculi? (26, 32.)

93. Quatuor columnae firmatae sunt: in tabernaculo autem omne quidpiam symbolum est corporum. Incorporea vero super quaternionem perstant. Nam signum (puncti) secundum unitatem ordinatum est, linea autem secundum dualitatem, et superficies secundum trinum, solidum vero secundum quaternionem, supra quod stat incorporeorum essentia, vel post intelligibilem constanter egressum ducens portabis ad sensibilem speciem: ita ut omnes omnino columnae tabernaculi sint quinquaginta, [*] omitte duas in angulis occultas, quarum virtutes sicut rectanguli trianguli.

Quid est „Facias dividere velum inter Sancta sanctorum"? (26, 33.)

94. Dixi, quod simplicia *Sancta* constituta sunt secundum sensibile caelum, interiora vero, quae *Sancta sanctorum* vocantur, secundum intelligibilem mundum. Distincte itaque separatur incorporeus mundus a visibili mediocri quadam ratione velut velo. Ratio autem haec fortasse quaternio est, ad cuius modum exstitit corpus solidum. Quoniam illud est invisibile ordinatum inter intelligibiles; alterum vero in tria distinctum, adhaeret in sensibiles, ut sit in medio invisibilis ac visibilis essentiae.

Quare extra velum iubet mensam et candelabrum poni"? (26, 35.)

95. Monui antea, quod per mensam obumbrat sensibilem essentiam, per candelabrum autem sensibile caelum. Itaque extra velum collocantur: quia quae in interioribus adytis sunt, invisibilia sunt ac intelligibilia; quae vero exteriora his sunt, visibilia sunt ac sensibilia.

Cur externum „opertorium" (al. tentorium vel adductorium) dixit, non vero velum, sicut internum? (26, 36.)

96. Quoniam interiora ad naturam incorporeorum volantem et sursum tendentem inclinata sunt, istorum essentia prope ad deum stat; velum enim a [*] volatu*) introductum est. At secundum, ut ad exteriora sensibilia propinquat, *opertorium* iure est; sensibile enim vix aliquando ad superiora tendit, quoniam et minus quam incorporea alis donatur:

*) Maxime in Graeco. Auch.

sicut etiam operta incertam habent comprehensionem. Hoc forte iure meritoque: quandoquidem omne sensibile per sensum probationem (s. experimentum) habet, sensus autem inconstans falsae opinioni cognatus est, intelligibile vero consiliis; intellectus enim infallibilis est et intelligentiae amantissimus.

Quare super quinque columnas ponit opertoria? (26, 37.)

97. Optime accurateque secundo operimento distribuit *quinquenarium* (numerum), ob aspectionem illius regionis ad sensibilem essentiam; quoniam quinquenarius numerus sensus est. Priori vero ac interiori (velo concedit) quaternionem, sicut dixi, quia in incorporea propinquat: incorporea autem usque ad quaternionem definiunt.

Quare altare vocat „arcam"? (27, 4.)

98. Sola haec *ara* non consumit victimas, sed servat; quia caro consumitur igne, sanctitas vero sacrificii permanet: quoniam sacrificium non caro est, sed sancti pura immaculataque vita.

Cur „altare quadrangulum, ex quinque cubitis longitudo eius, exque paribus latitudo"? (27, 1.)

99. Quoniam pro sensibilibus sanguineisque construitur; sensibilis autem [*] generationis numerus quinquenarius est, ut dixi. Secundo *longitudinem latitudinemque aequalem* habet, quia omnes victimas sacrificiorum oblatorum ex corde mentis pii, aequales esse oportet, tam si centenarios tauros obtulerit, quam si frixum adduxerit: non enim opulentiam

amat divinitas, nec paupertatem taedet. Tertio *quadratum* symbolum est, constanter omnino debere stare eum, qui offert sacrificium, nullo modo anima deficiente ac claudicante, sed integro plenoque consilio, recte tendente ad gratiarum actionem.

Quare „altitudo" altaris ex „tribus cubitis"? (ib.)

100. Littera refertur ad ministerium uniuscuiusque sacerdotum, ut saltem super soliditatem stantes possint servire, facile ventre, eisque quae sub ventre intus sint, reconditis*) ob multi capitis bestiam cupiditatem, ultimumque circa cor furorem, malum consiliarium, ut superet illum capite. Caput autem est mentis templum, in quo consilia constanter degunt, et ministri sensus. Ad mentem autem *ternio* est condensus plenusque numerus, nullam habens vacuitatem, sed quicquid in dualitate discerptum erat, adimplens. Symbolice itaque figurat altitudinem animae immolantis, aequum ducens eum omnino per omnia expletum esse, ita ut nihil habeat in se desertam vanitatem, quae capax sit malitiae sive operis vitii. Attende tamen, quod multiplicatis arae mensuris quinquies quinque ter generat numerum septuaginta quinque, de quo [*] iampridem dictum est.

Quare „cornua" habet altare, non autem supercusa, sed unita (altari)? (27, 2.)

101. Propterea, quod nihil ex iis, qui cornu careant, aequum sit immolare, nec sacrificare, neque

---

*) Ad verbum: *in opaco positis*. Sensus est, quod altaris altitudo superabat maiorem partem corporis adstantium a capite (vel pectore) infra. Auch.

alio modo offerre. Itaque ad hostiam offerendam tres isti sunt: ovis, bos, caper; ad cibum vero praeter illos alii quoque septem: caprea, cervus, hircocervus, bubalus, pygargus, oryx, camelopardus, quorum unusquisque cornua fert germinata. Vult enim et ad cibum pertinentes distinguere; quoniam etsi vix sacrificantur, similes tamen sacrificandis sunt, utpote qui usurpant eos, nihil contrarium vel indignum ac alienum a sacrificio offerant. Secundo cornua ad quatuor partes mundi declinant porrecta: in ortum et occasum, meridiem ac plaustrum; quia convenit, ut qui in cunctis sunt partibus, in unam hanc aram omnes omnino primitias ac novas adducant, immolentque hostias patri mundi deo. Tertio secundum symbolum, quoniam cornuum pullulationem dedit pro armis defensivis animalibus corniferis. Sicut ergo immolandi, aries, taurus et hircus, adversarios expellunt cornibus, sic voluit impios, qui sacrificium offerre praesumunt, reprehendere, docens, quod tamquam inimicis veritatis se opponens expellit divinum verbum, lacerando velut cornibus omnem animam et monstrando nude nefanda eius opera, quae paulo ante occultavit. Quapropter non apponuntur supra exterius cornua, sed *unita* iubetur ex ipso altari haec producere; quoniam et sacrificanda [*] animantia ex se ipsis habent cornuum germinationem.

Quare vasa altaris omnia „aenea" iubet fieri? (27, 3.)

102. Sanguineorum *altare* ara est: quoniam homines gratias agunt, immolando etiam hostias, sicut et ex frugibus primitias, et novas ex frumento una cum farina offerunt, et ex vino libamina, una cum

oleo, cui farina tincta immiscetur, atque ex fructibus cista. Haec autem omnia *aeris* et ferri genus sunt: quoniam aurum in incorporeis et intelligibilibus est, argentum autem secundum sensibile caelum, *aes* vero secundarium in rebus terrae, ubi bella aguntur; bellicorum enim armorum negotium aeris materia apud antiquos erat. Denotat id etiam Homerus in Troico bello, aeneis armis, antequam ferrum usu venisset, utentes inducens.

Quare lucernarum oleum iussit ex olivis fieri atque defaecatum? (27, 20.)

103. Alienum quicquam non ordinavit, ut admoveretur in Sancta; quoniam alienigenarum olfactionem ex sesamo, dactylo nuceque ac similibus alienam existimavit: familiare ergo et proprium *oleum* est *ex olivis*, ut et nomen ipsum indicat; super enim omnes species [*] olei nomen appellatur, per translationem ex oliva, quae ad veritatem accedit veraciter. Secundo reliqua omnia commixtione aliorum studiose usurpata referuntur ad genus olei, olivae vero per se privatim, nam oleum distillat expressum; sicut et vitis fructus sine mixtura aliqua vinum efficit. Optime tamen dictum *et defaecatum* (purissimum), ex pura expurgataque materia praeparatio*): conveniens enim erat lucidum ac candidum esse omne, quicquid in sanctis usurpabatur, maxime oleum pro lumine praeparatum, quod essentia est purissimum et quasi faece carens. Quid enim lumine inveniatur simplicius ac lucidius in serie entium? Verum enim vero caetera quoque illuminat,

*) s. *ad purae expurgataeque materiae praeparationem.* Auch.

sed prius se ipsum. Haec tibi ad litteram. Symbolice vero, quia lumen est sapientia, per quam omnia noscuntur, quaequae in natura sunt, oleum autem materia est et apparatus sapientiae: tales sunt numeri, geometria, musica ars, encyclica, philosophiae studium et honesta imprimis disciplina, quae nihil prae se ferunt improbandum sicût faex.

Quare a vespera usque ad mane iubet accendi lucernas? (27, 21.)

104. Non quod intus degentibus lumen praestarent — quis enim erat in sanctis intra velum? — quum nemo plane intus manebat; sed quia luminiferarum stellarum sunt *lucernae* symbola: stellae autem *de vespera usque ad mane* micant, ministrantes necessarium ministerium [*] universo mundo. Atque lucernas aequum duxit similitudinem prae se ferre caelestium siderum choreae a serotino usque ad matutinum tempus.

Cur Aaroni filiisque eius iussum dat accendere lucernas? (ib.)

105. Aaronem suscepit initiatum divinitus ac prophetico spiritu donatum, negligentiam succedentium postmodum pontificum reprehendens, qui ministerium sanctorum demandabant secundis ac tertiis suis ob pigritiam. Quoniam ipsi per se cuncta consequi officia ministerii inenarrabili quadam laetitia minime studebant: quum nihil sit iucundum ac suave neque gloriosum magis, quam deo servire, quod excellit magnum etiam regnum. Mihi autem videtur priscos reges simul et pontifices fuisse, palam per suum ministerium facientes, quod oportet

eos, qui aliorum dominantur, per se colere deum officiose.

Quare dicit: „Extra velum, quod super Testamentum, accendet lucernas“? (ib.)

106. Nisi forte ex hoc, quod cum interius exsistentes incorporei essent ac intelligibiles, nihil opus habebant sensibilis luminis, quoniam ipsi sibi ipsis sunt lumina stellaeque lucidiores visis. Quod autem internum velum *testimonii* vocat, symbolice designat, quod dei testamentum solum verum est: quae vero testamenta scriptis exarata sunt, perpetua firmaque comperiuntur per se et similiter se habent. Haec autem mensura est communis universorum, species, intelligibilis effigies. *Externa* vero firma [*] sunt quidem et ipsa, non tamen itidem: nam sensibilem ac mutabilem habentes naturam, vix habita ex se perpetuitate, sicut incorporea, exterius ligamentis utuntur, quorum aliqua per se perpetua sunt, aliqua vero per longam tantum periodum dissolvuntur.

Quare dicit sanctam stolam pontifici ad honorem et gloriam facere? (28, 2.)

107. De candida pretiosaque veste *talari* est sermo, non de linteo; id enim non in honorem et gloriam, sed ex maiore perfectioreque honore ac gloria agitur (s. praestatur): quia induit illud, quando in Sancta Sanctorum interiora ingreditur; talari vero utitur, quando exterius ministerio fungitur coram hominibus secundum sensibilem mundum, apud quos gloriae res aestimantur pretiosae. Quae vero veraciter res sunt, incomptae exsistentes, naturaque exornatae, honoratae sunt a patre (s. pretiosae sunt

apud patrem). Sed fortassis *honor* a *gloria* distinguendus erit: quoniam gloria laus ab hominibus est, honor autem apud essentialiter nobiliores susceptio; nobiliores vero sunt res divinae. Pontificis ergo talari exornati participatio est utriusque, tum venerationis apud deum gloriosae, tum apud homines securae susceptionis. Haec littera. Ad mentem vero illud: Symbolum *talaris* est quicquid multis variisque rebus texitur; *gloria* autem, ut antiquus sermo vult, falsa est opinio; opinio vero inconstans per se imperfecta (est). Quod si opinio temperata cum veritate fiat certa opinio, commutatur in honorabile (s. pretiosum). Vult itaque demonstrare, quod mali [*] vita sub opinione est, de falsa opinione pendens ac prehendens: sapientis vero verique *pontificis honoranda* est, quia veritatis est effectrix; qua et falsa ad meliorem suam naturam rite demutat.

Cur duae orae sibi invicem commixtae, in duabus partibus annexae? (28, 7.)

108. *Ora* indicat labores honestos, quia pars est vestis sanctae; sancta autem honesta sunt et studium merentia. Laborum vero duae sunt species: una desiderans placitum dei et pietatis; altera autem, benignitas, quae vocatur suavitas et humanitas. Hortatur itaque operam dare omni labori sufferendo. De utroque certos facere auditores vult Theologus, ut quod alibi dictum est, confirmetur operibus: *Cum deo compos fuisti et cum hominibus fortis eris.* Duarum vero orarum necesse est unam a dextra esse, alteram a sinistra. Illa ergo quae a dextra est, sortita fuit propter placitum dei aemulatione dignum laborem;

quae vero a sinistra, propter utilitatem hominum et suavitatem apud istos opinionis (s. aestimationis)

[*] *Quae sunt duae gemmae smaragdi, in quibus nomina scribuntur duodecim principum tribuum?* (28, 9.).

109. Sigilli, in alterutro eorum, sex sunt amborum hemisphaeriorum, super terram videlicet et sub terra. Huic autem dicto tria fidem facere demonstratur: unum figura, quia rotundae sunt *gemmae*, quemadmodum et hemisphaeria; secundo *color*, quoniam similis est colore *smaragdus* caelo; tertio *numerus in eo sculptorum*, siquidem in unoquoque hemisphaerio sex signa contigit esse, quorum aliqua super terram, quaedam vero sub terram, dimidium nempe Zodiaci obtinentes, elucent. Sigillum autem iure vocavit *scriptionem*, quoniam normae ac typi sunt ut sigilla, quae in Zodiaco sunt omnes stellae immobiles; mobilia autem sunt quae post lunam exsistunt.

Quid est Rationale, et quare iudiciorum illud nominat; cur autem „iuxta texturam superhumeralis" construitur rationale? (28, 15.)

110. Sicut et nomen ipsum monet, *rationis* (est) symbolum. Ratio autem sive verbum (Graecis *λόγος*, Armenis *pan*) duplex est: unum in naturae consiliis situm, alterum prolativum. *Iudicii* autem est verbum, quoniam omnia eo distinguuntur (sive ratione aut oratione): intelligibilia eo, quod in naturae consiliis est, vocalia autem sermone privato. Constructio vero (rationalis) *iuxta texturam superhumeralis* optime dictum est, quia texendo oportet formare

ac exornare verba operibus: alias omne sine operatione imperfectum et claudum est.

[*] *Quare quadrangulum et duplex rationale, palmo longitudo et palmo latitudo?* (28, 16.)

111. *Duplex* est *rationale*. Primum, quia duplicem habet rationem: unam, fontis habens virtutem in naturae consiliis; et alteram, effluxionis (virtutem) prolativam, eaque duplex exsistit, quaedam ad verum tendens, quaedam vero ad falsum. Secundo, quia et intellectus duplicem videt rem, divinam videlicet et mortalem; sicut et vox his duabus exornari nititur, utramque interpretando. *Quadrangulum* autem est rationale symbolice, quoniam oportet verbum firmum atque immobile undique esse, nullaque parte declinare in consilio et interpretando per linguam et os. *Ad palmum* vero *longitudo* et *ad palmum latitudo* ideo est, quia palmus sexta pars est cubiti — cubitus enim sex palmorum est —, ut sit sextum unum per longitudinem et latitudinem. Symbolum autem huiusmodi praestat argumentum. Et intellectus unus est et unitor distinctorum intelligibilium, sicut concinnator eorum ipsorum (s. sicut adaptatio cum illis). Et prolativum verbum unum quidpiam est itidemque unificum distinctorum intelligibilium, ut litterarum in syllabis, et syllabarum in vocabulis, inque multorum vocabulorum in compositionibus prolixisque orationibus: quae enim in his infinita extensio est profusa, per naturalia adaptatur ligamina. Habet intellectus quoque longitudinem et latitudinem, quoniam extenditur et dilatatur ad omnia intelligibilia per comprehensionem; sicut et verbum ad utrumque, quia et hoc amplificatur pro-

lixe lateque secundum sermonum varietatem atque vastitatem.

[*] *Quare super rationale quatuor ordinum textura fit et secundum singulos ordines tres ponuntur gemmae?* (28, 17 ss.)

112. *Quatuor ordinum* dispositio indicium est quatuor temporum annualium, quorum singula singula elementa sortita sunt. *Tres* autem *gemmae* symbolice tres menses sunt distincti in singula tempora. Quoniam Zodiacus confectus est ex duodecim signis, per quae circumiens sol, quater in anno distributione facta, generat annuales tempestates semper per tria signa. *Textura* autem est, quoniam cunctas contigit tempestates ad unum finem festinare; quippe quod ad annum reducitur plenitudo texta e cunctis. Habet et ethopoeiam praesens locus. Quatuor virtutum unaquaeque elementum sortita est ex his tribus, ex habitudine, habendo et habere: sicut et in sensibus est, e. g. visus, visibile et videre, itidem auditus, audibile et audire. Sic ergo est scientia, scibile, scire; sicut et continentia, continendum, continere; iterumque fortitudo, fortificandum, et habere fortitudinem, quod magis communiter dicitur fortificari; similiter iustitia, iustum, et habere iustitiam, quod appellatur iustificari (δικαιοπραγία, actio iusta).

Quare unusquisque ordinum auro includitur ac ligatur? (28, 20.)

113. Qui annuales perficiunt tempestates in Zodiaco quatuor ordines, sic se habent. Unusquisque aethera circa se habet, distinguentem tres alios, et

iterum compellentem inter se invicem. Siquidem vix stellae adhaerent sibi mutuo, [*] quae nempe iuxta terminum sunt, terminata tempestate et sequenti incipiente, sed, ut dixi, est inter illas intervallum spatiumque purissimi ac nitidissimi aetheris, qui circum se habet tres et *colligat auro,* cuius similitudinem figuravit in se aether propter nobilem essentiam.

Quare eiusdem nominis sunt gemmae cum principibus tribuum, sculpturam habentibus sigillis a nominibus? (28, 21.)

114. Quoniam duodecim gemmae, eorum quae in Zodiaco sunt, duodecim animalium formae sunt. Symbolum autem est duodecim patriarcharum, dum nomina eorum caelatu insculpit intus, volens eos stellas reddere et quasi unicuique unum signum distribuere, imo potius singulos ipsos patriarchas fieri signa, ut effigies caelestis: ut nempe gentis duces ac patriarchae ne in terra ambularent sicut mortales, sed plantae caelestes effecti in aethere obambulent, ibidem fixi. Nomina autem eorum *sigilla* esse dixit, quasi species immutabiles, quae in eadem similitudine permaneant semper. Sicut enim sigillum multis essentiis in sua forma figuratis ipsum incorruptum et immutabile manet, multis aliis participationem possessionis praestans a sua propria, nullum vero eventum passum omnino ab aliquo, sic et patriarcharum unumquemque tamquam formam immortalitate donare ac perpetuum reddere aequum ducit: non ut casum quemdam paterentur, sed ut mutantes se et moventes firmarentur in iis virtutibus, quae imitantur *tribum,* quaeque distributae sunt gentis ordinibus.

[*] *Quare super pectus pontificis rationale, super quod nomina erant, quando ingreditur Sancta?* (28, 29.)

115. Pectus locus est cordis, et ibi habitat iracundia; iracundia autem opus habet rationis regentis ac temperantis. Quoniam quando sine regimine et temperatione relinquatur, huc illuc vacillans, turbata et fluctuans tamquam ex undis procellosis, totam animam velut navem basi carentem evertat, demolito corpore quoque. Verum accurate observans, non semper rationale super pectus esse dicit, sed *quando Sancta ingreditur.* Sanctuarium autem locus est pietatis, sanctitatis omnisque virtutis; quod attingens intellectus, possedit omnino rationem perfectam, quae regit ac moderatur atque habena apprehensa coërcet cupiditates, maxime iram, quae solet detrectare iugum eius.

Cur super rationale Revelatio et Veritas ponuntur? (28, 30.)

116. Quoniam ratio illi duplex est: una in consiliis degens, altera per prolationem revelata. Et iure quidem virtutes duas utrique dispertiit: habitanti in consiliis *veritatem,* prolatae vero foras *revelationem.* Quoniam virtute praediti mens nihil familiarius sibi debet reputare vel magis cognatum quam veritatem, unde necesse est studium omni vi illam inveniendi. Verbum autem nihil magis necessarium habet, quam evidenter declarare revelata artificioso apparatu.

[*] *Cur duplex* (al. *torta*) *hyacinthina tunica subucula dicitur?* (28, 31.)

117. Dicunt, quod, quia symbolum est aëris du-

plex hyacinthina tunica, eo quod subniger sit aër, iure *subucula* fuit dicta, quoniam post illam, quae super pectus erat vestis, exsistebat; namque aër sub caelo et aethere stat. Verum admiratus sum atque stupefactus Theologum una cum philosophia allegorice usum sententia. Quoniam totum caelum pectori assimilavit, ideo pectus pontificis exornat his dictis, per eas quae super humeros exstabant ambae gemmae et per eas quae super rationale duodecim gemmae quatuor ordinibus dispositae ex ternis, aëra autem duplici hyacinthinae tunicae, subuculae dictae: ecce et per caeteras partes figurat terram et aquam. Ubi ergo, dixerit aliquis, o theologe, sit mundi caput, edoce nos, quum usque in pectus pervenisti, adaptando haec quae spectant ad caelum? Mihi tamen videtur respondere tacite, quod manifestum est id eis, qui non sunt amentes, sed ordinatis rebus consuevere mentem adiuvare: si quis autem sit ad intelligendum gravis, audiat. Verbum est sempiternum sempiterni dei, caput universorum, sub quo pedum instar aut reliquorum quoque membrorum subiectum iacet universus mundus, supra quem transiens constanter stat. Non quidem, eo quod Christus dominus est, supra mundum transiens sedet — sedes enim eius iuxta suum patrem est deum —, sed quia necessarium est mundo ad perfectam plenitudinem pro cura habenda exactissimae dispensationis, atque pro propria pietate omnis generis ipsius divini verbi; sicut et animantia opus [*] habent capite, sine quo vivere non possunt.

Quare „peristomium" illud ab ipso talari „in medio gyrum" habet, „ne rumpatur"? (28, 32.)

118. Elementorum aliqua natura sunt gravia.

terra et aqua; aliqua vero natura levia, aër et ignis. Ibi ergo ubi gravitas habetur, prope ordinatus est aër iuxta aquam. At quia ob gravis ad leve contrarietatem verendum erat, ne laedatur unum ab altero, et mundus imperfectus esset ab harmonia, obstante hoc, propterea opus fuit *peristomio* convenienti medio, mediatore videlicet verbo deo, quod ligamen est cunctis solidius ac firmius: ut quippe colligaret et commisceret texendo universorum partes et contrarietates, atque illa quae nimiam habebant ex suis naturis incommixtibilem oppositionem, ad concordiam, unionem osculumque pacis, cogens conduceret. Porro subindicat et ethopoeiam praesens locus: quoniam *gyrus* textus est densus et nimis rigidus, super quem decrevit fieri in medio illo epistomium (s. oreficium). Os autem duorum est instrumentum, cibi et verbi: ciborum, ut Plato ait, ingressum habet in se mortalium, et verbi immortalis exitum. Et utrique obsequendum est (s. ambo observanda sunt), *ne laceretur*. Quod evenit gulosis et [*] loquacibus, qui ubi oportebat continere, lacerant: ut ex garrulitate quidam frustra effundunt intima, quae non erant auditu digna; et ex vinolentia et crapula retenti emittunt eructationes exque inexplebili plenitudine dirumpuntur. Itaque ventri ac linguae impedimentum ponere monet eos, qui hac in parte philosophiae student.

Quare in inferiore parte huius subuculae quasi ex florescente malo punico formas mali punici iubet fieri? (28, 33.)

119. Quoniam subucula ex duplici hyacinthino erat ad similitudinem aëris, ut probatum est, et aere

inferior aqua est, iure etiam *in inferiore parte subuculae figura mali punici est. Flos* autem mali punici, ut nomenclaturam habens fluxionis modo (ῥοιά ex ῥέω): quod autem imprimis fluxum prae se fert, quidnam est aliud quam aqua?

Quare iuxta figuram mali punici „tintinnabulum floridum" circumdat? (28, 34.)

120. Notavit imprimis caelum per oras et pectoris ornamentum, quod pectorale nominavit; sequentia autem, ut aëra per duplicem hyacinthinum; deinde aquam aëre inferiorem per symbolum *figurae mali punici.* Nunc autem ad illam mali punici formam dicit *floridam,* figurans terram; quia omnia de terra florescunt ac germinant. *Tintinnabulum* autem medius est ordo inter mali punici formam et floridam, concordiam subumbrans elementorum: quoniam sine concentu tamquam choreae, ex vocibus contrariis consonantiam edentibus [*] concinnationem mundi temperando, non suscepisset perfectionem. Verum nimis accurate dixit, quoniam quatuor sunt elementa, tintinnabulum seiungens ab igne et aëre: siquidem a se ipso est motus animae, ut convenit dicere, maxime secundum philosophos ex Stoa (s. Stoicos). Terram autem et cum aqua univit, quia terra et aqua sunt corpus mundi; corpus autem inanime est et immobile in se, quod opus habebat rationis illius, quae secundum artem musicam in harmoniam reduceret illud, pro concordia universorum.

Quid est „lamina aurea pura"? (28, 36.)

121. *Lamina* tam constructionem habet subtilem, quam profunditate caret; videtur ergo superficies

esse. Superficies autem incorporea est. Fortassis secundum volatum dicta est lamina (πέταλον a πέταμαι), ut sit symbolum incorporeae intelligibilisque formae materiae. Quod autem supra vagatur semper, alis est praeditum, nunquam deorsum devians. Quare et *purissimum* (aurum) vocavit illud, quasi simplex et luminosum valde; quoniam sensibilia mixturae sunt ex plurimis demutuatae: namque et formae illa, quae non sunt invicem, texentes, puritatem quoque habent ad similitudinem agnae.

Quare „Sculpes", ait, „in ea opus expressae caelaturae sigilli, sanctum domino"? (ib.)

122. Placet ei et incorpoream intelligibilemque materiam sine sculptura [*] ac forma esse per se et *sculpi* formarique tamquam sigillo, aeterni entis verbo. Verum bene declaravit *sigillum expressae caelaturae,* quoniam imprimuntur in eis ex parte formae, quas habent typi. Immateriale vero est dei verbum super universos confirmatum: non quasi vero in eis impressum, sed expressum; quia excellit omnes materias corporeas et incorporeas.

Quare super duplex hyacinthinum imponitur lamina? (28, 37.)

123. Quoniam subnigrum est *duplex hyacinthinum,* nigrum vero atri coloris est lumine carens. Ideae autem non sunt visibiles; et *lamina* idearum symbolum subindicat, eo quod sit invisibilis rei intelligibilisque materia.

Quare „super frontem pontificis" est lamina, non vero super caput? (28, 38.)

124. Capillorum et coriorum ossiumque collectio

est *caput*, *cerebri* vero locus in anteriore capitis parte est: capitale vero (seu principem mentem) in cerebro dicunt habere constantem habitationem theologi. Quare in regione animae principalis, quam intellectus et ratio sortiti sunt, ut symbolum intelligibilis substantiae, fixa fuit lamina, prae se ferens divini verbi similitudinem et expressum sigillum, speciem specierum*).

PHILONIS**)

SINE PRAEPARATIONE †) DE SAMPSONE

[SERMO].

[*] 1. Quum ergo a gurgite luxuriae raptus illuviem passus fuerit inque abyssum immersus cupidinis, non amplius compos erat sursum aspiciendi, sed totus voluptati deditus, ut verum diceret, tamquam a iudice, a muliere coactus fuit. Nam mulier, erigens cupiditatem sicut lignum, et lorum in eo figens libidinum amorem, his prehensum suspendit.

---

*) Sequuntur hoc loco in codd. Arm. libri *de sacerdotibus*, *de ara*, *de decalogo*, habiti in ed. Gr.-Lat., quare iis omissis aggredimur tres alios libros desideratos. Auch.

**) Huic soli orationi, etsi in ipsa sit serie sermonum Philonis atque apud Glossarium caeterosque memorata, non erat praefixum nomen auctoris. Auch.

†) s. *improvise*, *inexspectate*, fortasse ut Gr. *ἀπαρασκεύως*, *imparate*, *sine praemeditatione*, s. *σχεδιασθεῖσα*, *extemporalis*. Auch.

Quando itaque in altum eum fune tollens strangulavit et emolliens dissolvit, blandis verbis illusoriis, ita ut [*]-interiora viscerum iuvenis attingeret tormentis cupiditatum, nequiens ille, quod facile erat per intellectum consilii, detinere se ab ardore amoris, coepit arcana indicibilia expandere, et dicere: *Novacula non ascendat super caput meum* (Iudic. 13, 5). Mulier autem impudenter dormire eum faciens super genua sua, voçat tonsorem: atque ita cui prius honestas detonsa fuerat, postmodum virtus quoque detondetur. Erat autem una cum sensibili tonsore et intelligibilis tonsor diabolus, qui cum crinibus virtutem etiam decidit fecitque eum sicut unum ex hominibus peccato studentibus.

2. Ad maiorum sane operum exsecutionem virtute opus est; nobis autem ad actorum stupendorum enarrationem sapientiae inopia est. Verum enim vero Sampson vires sumpsit ad monstranda opera magna; ab eo itaque, qui largitus est ipsi virtutem, petimus et nos sapientiam, ut quae per virtutem Sampson perpetravit, sapienter auditoribus proponere valeamus. Quoniam si ignoranter obiterque ad opera fidem merentia exponenda accessisse comperiamur in praesenti sermone, vix Sampsonis virtuti iniuriam fecisse convincamur, sed gratiam dei calumniatos esse.

3. In aliis itaque miris operibus deus unum quicquam mirabiliorum suorum operatur: aut, inquam, virtutem ostendit, aut benignitatem praedicat, aut potestatem manifestat, aut longanimitatem edocet; vel servata iustis bona fruenda refert, vel servatum peccatoribus iudicium praedicit Quod autem per

Sampsonem omnes suas virtutes una cum benignitate monstraturus erat, ex iis, quas vel ante nativitatem ei concessit, gratiis manifestavit. Quod si postquam natus est, placuerit vivens (s. viventi) deo, praemium ergo virtutem pro iustis [*] operibus recepit. Sed quia ille nuper adhuc satus in praegnanti matre reconditus erat, et desuper donum gratiae vel ante nativitatem susceptoris praenatum est, gratia donumque benignitatis nullatenus pro iustis operibus est.

4. Potentiam itidem monstravit ex eo, quod ipsi virtutem omnes superantem concessit. Actus autem praevalentiam (s. vim, violentiam) certo exposuit per ea, quibus ei contra alienigenas praestavit praevalentiam. Siquidem qui servientes diis alienis vincunt, nonne constat, quod et praesidentes eis adiutores (falsos deos) una cum illis debellant? Susceptionem autem (s. complacentiam) irrevocabilem per gratiam, qui ei dedit, ostendit (s. noverit, sc. quispiam). Discretionem iterum eius manifestavit hoc tenore: in quantum enim integrum servabat mandatum, et deus ei gratiam integram servavit; quando vero transgressus est praeceptum, gratiam non reliquit ei, sed exegit ab eo criminis iudicium. Rursum de novo recurrit ad propriam benignitatem, verumtamen omnia dona ei non concedit; non enim aequum est (*al.* erat) victum quoque coronari. Attamen ipse aliquam adhuc guttam gratiae impertit: ut tam exitialem in futuro sententiam iudicii per summam erga hominem humanitatem removeat, quam suam gratiam usque ad finem exstingui non permittat. Verum ne, quod [*] in memoria erat orationis omittentes, in alio placito verbum consumamus, in

promissionem sermonis nostri originemque rerum recurramus.

5. Sampsonis parentes, multum temporis secum invicem viventes et fructum unanimis concordiae quaerentes, non inveniebant; quoniam impos haesitabat muliebris agri terra atque recepto semine fructum minime producebat. Sicut enim istius terrae ariditas sive infoecunditas visitationis dei et aquarum effusionis eget, sic et mulieris terra quum de proprio fructu desciscat, divini oculi (s. fontis) indiget et gratiae; quoniam qui optime praeest*) sicut artificiosus agricultor, eradicans ea quae impedimento sunt vigori, efficacem fertilemque seminatori reddat, divina vero gratia perfectionem seminis propriam concedat naturae.

6. Benignissimus itaque deus quoniam naturam impotentem videbat humanam, misit angelum, ut videretur, quasi boni auspicii nunciator esset, sterili annuncians de prole, re tamen vera per invisibilem virtutem iussum dans naturae, quod vix factum erat, recipere satum. Siquidem iussisse mihi videtur sic generari hominem, et vocis dei ministeriique angelorum fieri donum eum, qui divinis mandatis obsequium praestaturus erat. Ne itaque universorum deus alienum quidpiam (s. quemdam) [*] direptum in proprium usum verteret, desuper ipsum eis qui non inveniunt, gratis impertitur acceptantibus parentibus de partu collocutionem; nunc autem parentibus tamqúam prolis nascendi instrumentis gloriam

*) s. ita: *ut qui optimus ac supremus est, sicut effector artificiosissimus, id quod impedimentum est ad perseverandum, evellit, efficacem etc.* Auch.

pueri procreationis reddit. Hoc autem non modicum erat, probrum infoecunditatis procreatione pueri dissolvi: et ipse (angelus) velut artis peritus annunciationem de puero pro communi populi salute admittit.

7. Mirandum autem mihi est, quia sicut illi ex medicis, qui sapientia magis quam arte ad hominum curationem utuntur, aegrotantium corporum naturas examinant, ut mensurata infirmorum virtute salutaria remedia adhibeant: sic eorum quoque, quorum animae aegrotant, deus curat morbos, non meras neque inertes illis afferens medicinas. Quare enim de Sarra sterili Abraham in prolis nativitate nunciationem accipit, hic autem nunciantem mulier recipit? Quia illic ad rerum fidem vir muliere promptior erat, hic vero mulier Manue paratior erat ad credendum.

8. Angelus itaque annunciatione mulieri data atque praecepto dato abstinendi ab ebrietate discessit, praegnantem animam bona spe ante uterum ipsum efficiens. Reduci ergo viro suo dicebat uxor dei visitationem et angeli visionem: quis autem qui apparuit esset, nescire se asserit, nec quo in loco habitasset; vultus tamen fulgore apparentiaque, formae angeli venerabilem modestiam, ait, speciemque videbam. Non [*] enim habebam aliunde quo noscerem, quod in eo vidi atque quo naturam eius habitationemque coniicerem: quia ex maiestate, vir dei, ex candore vero vultus, caeli civis videbatur, quasi luminarium splendore quodam indutus.

9. Haec audiens Manue et in animo spe pueri exsultans auditaque per venerandam honestatem verborum miratus, invocabat anxiose angelum rursum venire, optans propriis oculis videre eum auribus-

que suis audire eius verba. Ille vero praeveniens preces, mandato accepto, iterum mulieri apparet in agro seminato, ubi sedebat. Erat ergo et veritatis symbolum, quippe quod istius terra seminata fuerit, externae terrae semen figurabat. Cum ergo tamquam ex angeli praevenientis celeritate aliquid sibi attrahens suoque cursui addens, volante velocitate mulier egressa ad virum perveniret, ille qui velox et in aëre ambulans, luna soleque celerior erat angelus, interea mulierem exspectavit tendentem ad virum suum. Tantam utique mansuetudinem in ipso suae benignitatis partem deus indidit. Neque mirum. Si enim secundum formam divini vultus homo factus fuit, multo magis de divina similitudine in angelorum faciem portio accessit amplior. Quoniam quanto propiorem deo habitationem sortiti sunt, eo magis et effigiei eius propiores fuere.

10. Caeterum prolixum reddidi sermonem, o dilecti, honorificum faciens; quia istorum honorificentia encomium divinitati est. Etenim qui pulchre concinnatam formam laude celebret, ipsam vivam naturam magis ac magis admiratur, ex qua ars similitudinem extrahens, [*] formae opus praestavit. Adeo illa excellit formae laudem, quae nequit originalem pulchritudinem in facie sua portare.

11. Postquam vero demonstrata fuit dei benignitas, angeli obsecutio, mulieris promptitudo, viri mansuetudo, quia simul erant tam mandati lator, quam mandati acceptores, iterum modestam artificiosamque angeli dispensationem admiror, quippe qui non secundum anteriorem faciem in secundo apparuit, neque ut visus est mulieri, similiter

et Manue se praesentavit, sed venit et adstitit humano oculo visibilis: non sicut solis halo intuentes in se concutit splendore, sed hic Manue apparuit mensurata visione, artificiose, ut dixi, et opportune. Ubi enim erant promissio et donum et donatum, analogice oportebat magnitudine donum exaltari, ut fidem a maiore maiorem acciperet: ubi vero simplicis sermonis nudique mandati (locus erat), tranquilla visione opus fuit, dictorum gratia, ne memoriam praeceptorum timor obvelaret. Imo potius videtur mihi dividi visio angeli ad utramque naturam, ita ut mulier plane viderit et vir quantum potuit. Quod autem sic ambobus apparuerit, scripturam testem adduco. Nam mulierem ita inducit narrantem de natura apparentis, dicens: *Vir dei venit ad nos, et visio eius sicut visio angeli* (Iudic. 13, 6). Manue vero quid? Dicit, quod *Non novit Manue, quod angelus domini esset* (ib. vs. 16).

12. Quod si ita res se habet, cognitio mulieris est circa praeclarum vultum et ingentem maiestatem, ignorantia vero viri circa simplicem formam mansuetumque vultum. Quoniam idem erat et [*] mansuetus et praeclarus, modeste narrabat primum, quod mulieris gratia missus fuerat. Nam sicut minister regis victoriae contra hostes nuncium dat, sic mulieri angelus de vinculo naturae sterilitate laborantis solvendo annunciationem dat. Hoc modo itaque mulieri primum apparens, deinde et a viro iterum vocatus haud superbiebat; rursumque quod non conveniebat ei, exspectare non cunctabatur. Postea vero quum venit illuc vir et non secundum condignam ei gloriam accessit ad eum, sed etiam nimis contempte interrogavit, quis sit et unde? atque hunc tuum ad-

ventum an nunc primum, an iuxta mulieris dictum, secunda vice fecisti? Nec ergo arrogantem confidentiam Manue improbans, neque frequentes interrogationes recusans, coepit edocere interrogantem se, hoc modo.

13. Qui nunc a te videor, ab uxore quoque tua visus sum, veniens ad annunciandam vobis possessionem. Siquidem qui omnium afflictorum provisor est et qui solus potest anxietates dissolvere et naturae iussum dare, quum viderit matrimonium vestrum per naturae obstinationem infertile esse, me ad utrumque misit opus, ut videlicet et naturae inclusa ostia aperiam, et animorum proli studiosorum desiderium adimpleam. Quid ergo convenit gratiam accipientibus contribuere pro gratia? Servare profecto beati illius mandatum: id est ab ebrietate se abstinere genitricem et a novacula creaturam, ut mulier sobria reperta pariat eum, qui ad praeclara gesta ordinandus erat, vir autem, ut nihil de rebus inconvenientibus capiti populi imponat puero. Symbolum vero multitudinis est, eum crinibus vestitum esse, quia omnium virtutes in uno hoc corpore sint reconditae. Oportet autem caput populi manere immaculatum ac [*] incorruptum symbolumque populi individuum esse. His enim ita se habentibus, tamquam unum corpus, populi multitudo, nati turre custodita, invicta erit et eversionis nescia. Quod si nati pueri caput devastetur sive abscidantur crines, multorum vires cadant, quorum erat reconditorium homo ille.

14. His auditis Manue et promittenti gratias referens et mandato obsequuturum esse protestans, invitabat angelum in prandii convivium. Quum hoc

aliquis animadverterit, mirabitur iustorum miram varietatem, quod quippe oppido magnum est intervallum inter minores*) et medios: atque inter istos et novissimos iustos. Cur enim Abraham antequam acceperat repromissionem, invitabat angelos in panem, Manue vero post receptionem? Quoniam Manue praemium pro dono praestabat convivium atque primum accipiens, reddebat gratiam. Abraham vero ut manifestationem hospitalitatis apponebat mensam, et primum dans accepturus erat. Datum sane amborum bonum erat, sed non aequalem habebant mensuram; unus enim propter gratiam, alter autem pro more suscipiebat peregrinos: quare apud Abraham intra tabernaculum etiam eius ingressi sunt et cibum manducandi opinionem dederunt. Verum quomodo, dixerit aliquis, si illi sine gustatione a cibis discesserunt, propositi cibi consumpti fuerint? Quia igne pleni erant angeli, ignis specie consumpsere cibos.

15. Praesentem vero Manue invitationem recusavit (angelus), hospitalitatem sibi exhibitam deo exhibendam [*] fore monens. Et ille admisso dei sacrificii monito, volens et simul honorare angelum quoque, *Quid est,* ait, *tibi nomen, ut saltem huius memoriam recolamus?* (Iudic. 13, 17.) At ille rursum suum honorem ad deum referens et dei glorificationem sibi honori esse decernens *Cur quaeris nomen meum?* inquit, *id autem mirabile est* (ib. vs. 18). O in caelo divinas conversationes, ubi angelorum virtutum dominicam sapientiam propheta edocet!

16. Non dixit, illud (nomen) Michael esse, nec

*) Scribendum est: *primos*, ut supponit vel intelligit Gloss. dicens: „Primus Abraam, medius Lot, novissimus Manue etc." Auch.

alterum Gabriel; neque iterum: Fortis ille locutus est, ne divinum nomen sibi vindicaret. Sed quid ait? *Illud autem est mirabile*, puta illud, quod alias aliter ad inferiorum commodum angelus ipse demutans nomen (vel deus mutans angelos varios), gloriosum efficit. Praeterea, ut accurate ostendat angelus fidelitatem, nomen optimi sibi dari absurdum esse asserit; et si suum mutaretur, posse erratum committi in suum honorem declarat; ideo liberam reliquit scientiam. Illius autem mutati (nominis) scientiam utcumque aliquis aggrediatur, tamen talis scientia a glorificatione dei non aberrantem animum servat: etenim qui in propria gloria perpetuo manet, is semper in suo regno sine mutatione adorantium invenitur*).

17. Posthac itaque ille parabat sacrificium; et iste exspectabat, usque dum deo sacrificium offerretur, et ipse una cum oblatione in honorificato veheretur curru, ad caelum ascensum dirigens per flammam sacrificii. Quoniam oportebat angelum, tam Manue quoque manifestare propriam dignitatem, quam dividere miraculum in principium rerum ac [*] finem. Et reapse ad utriusque naturam se disponens, mulieri sub principio stuporem inducens, sub fine autem viro terribilis apparuit: utpote mulierem ad admittendum principium rerum ex figura ipsa persuaderet, virum autem certum finis ex sacrificio faceret atque velut fidem futurae admirationis praestaret visum.

18. Ponente ergo Manue super petram apparatum

*) Intricatissimo de loco integro hanc tantum potui elicere sententiam. Auch.

sacrificii, angelo autem extremitate virgae illud tangente, subito succensum fuit. Et videns Manue sacrificium sic flamma correptum, angelumque de flamma elevatum, et hostiam in caelum conductam, ex admiratione visus in mentem transmutatus fuit: id autem accidit ei, ut animae virtute praestanti. Nam conscius erat scripturae dicentis: *Nemo videns vultum meum, vivet* (Iudic. 13, 22; Exod. 33, 20). Deum itaque universorum vidisse se existimans, vita carentem opinabatur vitam suam. Uxor tamen eius fortificabat eum, sic obviam illi veniens timore affecto prudenter ac constanter: Numquid visio ista, o vir, inquiens, in malum referri possit, visio inquam optimi in turpe? Nec enim excipitur oblatio facta ab illo qui mortis damnatus sit: namque dilectum efficit boni visio ipsum improbum, qui visione dignus sit factus. Quod si benignus (ille dominus) solo visu et perceptione sacrificii benignus in nos fuerit, quo, quaeso, consilio damnabit honorantem mortis, oblatum tamquam pignus et votum pro sua salute sacrificium excipiens? Novum sane miraculum erat videre: quanto vir timore, mulier autem fortitudine pleni erant, ubi illum oportebat consolationem recipere, mulierem vero timorem; qui solari uxorem [*] debebat, pavidus exstitit, et mulier, quae solamen ab illo recipere debuerat sicut stupefacta, ipsa stupefactum verbis remedii similibus consolans reficiebat. Non enim frustra aliquis dixit, in vultibus apparentibus habitare animas diversas, ita ut vir muliebrem prae se ferat animam, et mulier viro convenientem naturam.

19. Quum itaque sic mulier annunciata esset et vir persuasus, angelus transvectus est et sacrificium

locum attigit supernum, cunctis his adiuta mulier parit ei (viro) Sampsonem, salutem nimirum afflicti populi et memoriam decantandae fortitudinis per aevum. Sic enim praeclarus apparuit, aequalis caeteris (hominibus vel generosis), magis egregius ea parte, qua secundum alios cernebatur, eo quod spiritus pro anima ei serviebat. Corpus autem magis quam adamas incorruptum erat ac illaesum; sicut et de isto referentes testantur, nullo labore frangendum esse et omnis ferri ictum vix sentire: ita ut, qui illum percuteret, ipse ictum pateretur et caedentem recideret. Haec et Sampson spiritu custodiente prae se ferebat, a nullo umquam, quasi dixeris, bellum sustinuisse, neque imperatoriae victoriae secundas gloriae cuique concessit; cunctis enim aggredientibus ad eum percutiendum illaedendus erat. Imo neque ab ullo telo adversariorum damnum patiebatur: qui enim nocere ei volebant, retorquens strategema in eorum detrimentum insurgebat.

20. Quoniam, ut dicitur, solet magnum virum sequi invidia, et sicut est vita perfecta, opus perfectum in eo publice demonstrari. Verum infirmae (s. infirma) humanitatis [*] natura non videtur magnitudinem dei doni recipere. Quare etiam tunc Sampson spiritum recipiens, habebat quidem fortificatum et ad vigorem corpus, sed debilis convincebatur anima et effeminatior carnalibus cupiditatibus.

21. Siquidem vigente virtute sua, quum ambo in uno tempore adultae aetatis essent, tum corporis sanus valor et animi cupiditas, secundum id tempus puto desiderasse animum mulieris coitum, secundum quod corpus erat satietate expletum, ut perfecta

sua virtute possidente et partem serendi mitteret de semine in terra et fieret qui nasceretur, virtus paternae virtutis, in semine sacrificato. Quare nec iuvenes ad hoc opus ut imperfecti, neque senes ut demittentes vires, sic idonei sunt apposite secundum hoc Sampsonis tempus, quo flos adolescentiae super vultum pulchrorum more florum campi et horti spargitur, ita ut stuporem ferat et placidorum oculorum titillatio subridens comperiatur, solari splendore super genas fulgente: colore praeditus non sicut virginum mulierumque superflorens pulchritudo, sed qualis optimis viris ex praeclaris laboribus evenit, cooperatore (s. concoquente) laborum suorum sole ruborem afferente; sicut et superciliorum compositio imitatur lunae circulum, antequam in medietatem vergat cornibus collectis ad circulum faciendum integrum.

22. Huiusmodi ipsi praedito vultu delectabili solis instar coronae mulier quaedam alienigena obviat. Mulier autem erat in figura muliebri concinnata. Hic vero in alienam terram extendens visum, [*] eorum more, qui specie capiuntur, ligatur. Namque recipiens oculus complicem venatum et commoratione visionis nutriens cupiditatem, misit interius in animum feritum: animus autem vulneratus, quamvis a piis consiliis pulsetur, pulchrum pudoris colorem in impudentiam transfert.

23. Ad hunc locum quidam ex sapientibus dicunt eum divinitatis consilio in cupidinem alienigenae deditum fuisse, ut via in noxam alienigenarum aperiretur ei. Nonnulli vero aiunt, numquam velle deum ut salvetur (populus) per facinora praeter legem facta. Quoniam apud se erat utrumque dispen-

sare: et illum in legitimum matrimonium admovere, et alienigenas iusto modo punire; sed ultro declinante Sampsone in alienam feminam, deus, qui omnia potest, in castigationem alienigenarum transvertit Sampsonis delictum.

24. Alii demum mutilatim Scripturam legentes nequientesque divinam perpendere virtutem, nec ad emolumentum usurpantes scripta, in accusationem spiritus traducunt Sampsonis erramentum. Habens enim, aiunt, spiritum peccabat. Verum qui haec praesumunt dicere, duplicem dei ultionem subire debent; quia volente animo Scripturam blasphemarunt, et verum non intelligentes suis malis adinventionibus optimam coinquinaverunt Scripturam. Quoniam si iustitiae aut sani consilii spiritum recepisset, bene accusarent; sin autem spiritum virtutis habebat, quid? Impedire enim peccatum iustitiae erat, non virtutis. Quia vero istum non receperat spiritum una cum altero Sampson, cur relicto homine, incusatis virtutis spiritum, iustitiae opus exigentes? Dicat enim haud inaniter spiritus accusatus, quod Diversae sumus gratiae sub potestate optimi maximi et divisa est omnis [*] doni natura atque mensurata omnis gratia benefica. Quoniam cuidam spiritus sapientiae et cuidam scientiae et intelligentiae, alicui fortitudinis ac virtutis et alicui timere deum committitur*).

---

*) Quis nescit Philonem in cunctis suis operibus passim uti iisdem principiis, quae in Novo Testamento, maxime in epistolis Apostolorum occurrunt? Non quod, ut varii senserunt, unum ab altero sumptum esset, sed quia eadem manifesta erant cunctis versatis in mystologia scholae eruditiorum Hebraeorum, cum fundamento reperto in Scripturis Sacris: sicut hic locus apud Isaiam habet originem. Auch.

25. Si ergo omnium spirituum dona suscepisset, etiam impeccabilis homo ut videretur oporteret; sin autem ex fonte magnoque mari guttam gratiae suscepit, quomodo una accepta ex partibus totum possidere comperiretur? Quippe, ut exemplo persuadeamus, suscepit iustitiae spiritum protopater noster Abraham et monstravit eum bonitate plenum, quia credidit in Viventem. Suscepit honestatis (spiritum) Ioseph, et afferens exhibuit eum concedenti plenum in corpore suo, superata carnali cupiditate. Susceperunt zeli spiritum Simeon et Levi, et manifestarunt eum Sechimorum morte. Suscepit iusti iudicii (spiritum) Iuda, et praedicavit eum iudicio facto nurui suae. Habebat et Sampson virtutis (spiritum), et ex operibus demonstrans praestitit perfectissime. Si ergo fortibus defuit spiritus, accusandus erit, quoniam eius erat virtutem demonstrare, instrumento usus Sampsone; sin autem spiritus in propria gratia fortius perstitit et aliae insidiae, quae evenerunt, Sampsonem vicerunt, quid imponimus alienam accusationem super spiritum?

26. Ita est, ait; at aequum erat peccante Sampsone abscedere spiritum, ne [*] reum adiuvaret. Et ubi divinae promissionis opus inveniretur? et quomodo non violentos hostes vos monstratis divinae scripturae? Siquidem promissionem virtutis parentes pueri susceperunt, misit deus, minister fuit angelus: is autem (Sampson) antequam monstrasset aliquid de virtutis operibus, in puellae deditus fuit cupiditatem. Quod si spiritus iuxta cupidinem Sampsonis quoquam abscederet, virtutis promissionem haud invenissemus. Quomodo autem non et contra ipsam divinitatem linguas acuentes de Scriptura

mentiuntur, dicentes, quod non accepit Sampson spiritum virtutis, sed superfluo scripta fuit talis gratia; si enim accepisset, omnino eum per opera vidissemus? Sic impiorum ubique invenitur calumnia; Scriptura tamen non patitur calumniam, neque in manum artificiosorum verborum traditur, sed cum piis hominibus simplicibusque loquitur. Haec de apologia spiritus. Verum ad Sampsonem divinamque historiam revertamur.

27. Huius ergo erat aetas in ipso vigore, et iuventus in corpore eius florescebat, et thesaurus erat potior quam homo. Pergebat autem cum parentibus, virtute corporis decoratus ut singulari gratia: oppidum autem, quo proficiscebatur Sampson una cum parentibus, Thamna vocabatur. Huc illis pergentibus, per iter devians Sampson in vineam, et aspectu fertilitatis gaudens vidit catulum leonis sedentem sub vitis botris; et incurrens super eum, suscitavit, non quasi ad catulum leonis, sed ad catellum canis accessurus dimicandum. Erat autem spectaculo digna dimicatio: catulus virtutem super cervicis crines ostentans, et Sampson vigorem virtutis super signa vultus iamiam assumens.. Quum [*] itaque in amplexum mutuum convenere, quoniam brutorum animalium irascibile, rationalium vero vis generosa magis est valens, hic leo quasi vero familiarem sibi venatum venaturus, os aperit ad praedam admittendam acceditque ventre elevato. Ille vero, sicut fortissimi certatorum ex arroganti fiducia adversariorum perniciem contra eos adinveniunt prosternendi ac dilacerandi, sic generosus certator Sampson ex ipso terrore catulum debellat; siquidem os leonis, quod in omnia pro armis ei est, id hians iam

invenit fortis iste. In utramque itaque oris discerpti partem manus dividit, sinistra inferiori oris parti admota, dextra vero circa nares catuli una cum labiis circumducta, sicque cogens eum magis disiunxit eas partes, atque adeo praevaluit ut per medium discerperet feram. Dilacerata autem fera dilaceratio transgressa est cervicem, et tunc demum cessavit discerptio, quum venter bestiae impediret. Id et Scriptura designare volens, dicit: *Et dilaceravit leonem, quasi haedum caprarum quis discerpsisset, nihil omnino habens in manu* (Iudic. 14, 6).

28. Sic ergo dilaceratum leonem mortuumque humi stratum dereliquit: ipse autem rursum redux ad parentes se suis univit. Atque ita nihil se mirum perpetrasse credebat, ut neque in notitiam parentum id adduxerit: sed post tantum praeclarum gestum, constans tacitusque apparuit sine vulnere. Nec colore vultus ostendebat timorem, neque alteratione animi indicium dabat facti, neque etiam lasso corpore laborem subindicat; sed ac si nihil fecisset, ipse silentium observabat immobili continentia. Colorem vero virilitati convenientem monstrabat; mihi videtur, quod [*] etiam sicut spiritum virtutis induens et divinis donis praefulgens, futuram de leone parabolam in mente revolvendo, occultare voluit problematis inventionem.

29. Quando vero reversus est, desiderium quoddam in eum leonis videndi ingreditur; atque in eundem veniens locum vidit catulum fere apum cellarium factum. Quoniam apes figuram foraminis cernentes hiatum oris et dilatationem velut in petris in ventre bestiae invenientes, intus surreptantes per os

catuli, interius favum paravere. Ille autem, varias cernens claritates in apum elaboratione, favis clarius problema effecit: quoniam ab eo, qui edit, escam educens et ab robusto mel suscipiens, fecit, quod videbatur, problema et convivis nuptiarum proponit hoc modo.

30. O viri, qui praesentes nuptias honoratis, quandoquidem convenit tempori non solum corpus cibis, verum etiam animum sermonibus laetificare, ego vobis qui adestis, laetitiae istius principium ponam problema, non fabulosum, sed veraciter adaptatum. Quod autem verum est dictum, mulcta sit proponenti problema, si sapientiores appareant auditores in solvendo; et lucrum ei itidem, si istos in consiliis per unam obiectionem superaverit: quoniam est et per se seorsum decorum problema, clarius redditur ex fine pactionis; etenim auditoribus lucri gratia superari nolentibus et verbum diligentius perscrutantibus, proponentis damni timorem, duplicem voluptatem post victoriam comperiant. Quid ergo erit lucrum victori et quid damnum victo, audite: triginta vos estis, [*] qui inquiritis problema; unus autem ego, qui propono. Si itaque valeam virtute contra multitudinem vestram, unusquisque vestri sit debitor tunicae ad mulctam praestandae mihi victori; sin autem vos obscuritatem obiectionis meae solvatis, singulis vestris corporibus ego debitor fiam mulctae quam proposui. (Iure quidem.) Quoniam unusquisque de vobis convictus unicam mulctam ex pacto reddere debet, unum corpus vestiendo; ego vero multos, ut cadit singulis corporibus partis victricis, condemnabor exornare. Attendite ergo, quid

sit problema: *De comedente exivit cibus, et de forti egressa est dulcedo* (Iud. 14, 14).

31. Bene, o Sampson, disputas: per secundum in virtute primum, et per fortem debilem manifestasti. Illud enim *De comedente exivit cibus* facile est invenire, quia comedunt capraeque ovesque, et de comedentibus exit cibus, patet quod lac. Alterum autem: *De forti egressa est dulcedo*, fugit inventionem. Et nimis sane sapienter et artificiose (dictum). Primum illud facile ad capiendos auditores edocens, eius quoque facilitatem secundi difficultate obvolvit, ita ut quod facile compertum fuit, in laqueum vocet et forte intus includat deceptos. Siquidem non tantum virtutis opus, sed etiam sapientiae demonstrasti problema tuum.

32. His auditis, qui in nuptias advenerant Sampsonis, prae laetitia, antequam valuissent clare videre problema certeque cernere proverbii (vel proponentis) profunditatem, acceptarunt solvere problema, concedentes et pacti invitationem propositam. Quoniam inter duo mala deprehensi, spem et ebrietatem, promptissimi ad pactorum sanctionem [*] fiebant; nam vinolentia non permittebat eis rem prius perpendere et cogitare elucubrate, spes autem iam victoriam superationis praestabat eis etiam, antequam ad examen rem redigerent. Quia et natura omnis homo melius exspectat praestolaturque, et istius spem superare contendendo procedit, maxime qui ebrietate cogitationes diluunt. Siquidem quando brutis cupiditatibus oppugnantibus intellectus evacuatus sit, immersus in ebrietatem, tunc omnes cordis imprudentes brutalitates tamquam in abyssum

raducens, postquam consilium perdidit, expergefit, am brutorum more in responsionem irruens, quam ntus in laqueis se includens.

33. Verumtamen non potuit Sampson (alios) in aqueum coniicere, sed potius insidias ab eo paratas lirupit intermedia mulier, et venatorem in ipsius ircumvenit laqueo, et quos venabatur, liberos dimisit a periculo, insidiis minutatim fractis. Talis st, o Sampson, alienigena; concordat alias copulaioni secundum carnem et amoris fideliter similitudiies praebet, atque quocum communicat coitu carnis, um illo pugnat anima, dividitque suam hereditatem n gentes (vel consanguineos): corpore pacem fert, et nima rebellis est. Imo potius nihil pacatum, sed mnia belligerantis more operatur; nulli enim permittit corpori salvari, nisi insidietur ei quem servare ollicetur. Sed illud ad insidiarum celationem moitur, ut visibile velut utile quis recipiens, latentem uscipiat lethalem fructum: quemadmodum qui in lapes venena commiscent, artem cibi monstrantes, it decipiant, sic etiam malum effectum ab ipsa muiere veneni instar acceptum in se [*] demonstrant.

34. Viden' animi dolum? Aberrasti, o Sampson, er mulierem de victoria. Attende ergo deinceps, ie in secundum lapidem offendens te, lapsum probaveris, imo magis, ne in eundem lapidem secundo mpingas. Ne ignores, quam didicisti, naturam; ccuratior ac constantior mihi dehinc esto. Saeva tque valde insuperabilis est, o Sampson, feminea ens, ita ut et fortem emulcere atque emollire possit, t corporis vires animi seductione per cupiditatem vincere. His solis potentium genus facile captu est;

bellum enim committunt non armis neque heroica virilitate, sed est eius vultus arma, gladius sermo, adulatio et blanditiae flamma: quod autem inopinatum prae omnibus est, vincunt, quum pacem cum iis inimus. Quod si rursum aegre eas feramus, iterum vincimus; sin autem placidas ac gratas existimemus, convincimur. Maxime quidem, quia etsi omni telo velociores sint ad vulnerandum, non tamen nolentem possunt ferire; cassa enim et inania comperiuntur earum tela, si non moveamus de nobis ipsis irritemusque eas super nos. Quomodo? Venitne in conspectum muliebris vultus fulgidus? Instrumentum belli vacuum est ista, quum iacet; si praetereas eam simpliciter, transiisti invulneratus; sin autem impingas et erigas vultum in vultum, et facie faciem (velis) superare mulieris, ex adverso contrarias insidias (tibi) parasti eius intensionem; illa namque armis vincens in cor suum tractum (te) fixit *). Sic itaque arma vacua et inanes gladii sunt, et nos [*] usurpamus ea contra nos ipsos, ultro eis induti.

35. Nemo autem ex auditoribus incuset improbans, vel quasi ignorantem memet ipsum, vel plus aequo arrogantem; nec enim ut Sampsoni prodesse vellem, neque ut meis verbis sanum ostendam insanum, in his moram feci; sed primum, ut accusationem de alienigenis faciens, dolum malae eorum voluntatis declarem, deinde vero ut praesens sermo nobis prosit. Quoniam primorum vitia secundis

---

*) Si aliqua vocabula uncis a nobis addita in hac periodo aliter dispones, neva fortassis haeç surgit sententia: „Si dura facie superabis mulierem, ex adverso illa insidias sibi paravit proprium intuitum: illa enim suis victa armis, in cor suum trahens fixit arma.“ Sed non id dicere velle videtur auctor. Auch.

nt honesti sanique consilii custodiae. Siquidem ta una est et naturae eaedem sunt omnium, pericu- similia cupiditatesque pares sunt omnium: de his cta oratio utilis est, quamquam postmodum dican- r, eo quod antea dicta secundis prosunt, ut qui iis- em delusionibus vivere in vita constituerint, tam- uam exitialibus venenis medelam ex adverso para- m verba ista inveniant. Quandoquidem vero nar- ntibus nobis problematis propositionem, alienae ulieris stupenda inquisitio interiecta intercidit hi- oriam, redeuntes iterum pergamus, unde digressi mus.

36. Mane itaque convictores vinum excutientes problematis sapientiae attendentes fabulam non istimarunt, sed sapientiorem esse istam parabolis, que haud intellexisse iam crediderunt, quia vix venienda illius sententia sapientissima videbatur: eo et tres, quas [*] petierunt dies, transactae sunt octesque insomnes, in quarto die ad mulierem Sam- sonis refugere coacti sunt. Haec autem confessio erae debellationis est et cupiditas impudentissimae ctoriae. Quomodo autem? Adeuntes mulierem ur- ebant: O mulier, civitas nos sumus tibi, parentes- ue et patria regio quam cernis, et possessiones no- scum universis adiunctae sunt; tu vero per con- nsum affinitatis tantum coniuncta es cum alieno. oli itaque tot et tantis partibus unam praeferre par- m, neque amor alieni magis quam erga parentes nor constantior erit. Nobis Sampson problema op- osuit et certamus cum eo pro pecuniis: in una enim ac obiectione et discrimen laboris et debellationis ernicies est. Quia ergo communis est gloria, alie- um vincamus: sicut et commune erit debellationis

opprobrium, quoniam civibus cunctis pudore suffusis et in te quoque pudoris pars perveniet.

37. Ne itaque corones super tuos parentes peregrinum, neque de nostris contumeliis virum honores, nec etiam clarum hilaremque vultum Sampsonis videre, tristem parentum velis. Alioquin si nolens nostris morem gerere verbis, viro potius cooperatricem velis esse, tu totum patieris damnum, nos autem non omne detrimentum damni patiemur. Namque si eius solum gloriae cedas, ex patriis tuis possessionibus mulctam pacti reddemus, et a te mortis mulctam pro obstinatione tua exigemus: sicque nihil perdentes inveniemus potius; mulcta enim de vestris exigitur possessionibus, et tristitia, [*] quam patiemur debellati, tua morte solvetur.

38. Porro dixerit fortassis quispiam auditorum, quod Si tot et tantas minas comminati sunt puellae, non amplius iustum erit incusare eam, eo quod suum commodum praetulerit alterius commodo. Lege Scripturam accurate, et qui nunc improbas accusatores mulieris, tu ipse eris primus mulieris oppugnator. Quoniam homines, qui susceperunt problema, per tres dies inotiosi fuerunt ad quaestionem, post autem tertium ad eam deviantes profugerunt. Illa vero Sampsonem ex primo die tentabat, et antequam ab ullo angustiam pateretur, se angebat, et priusquam aliquis gratiam petiisset, ipsa petebat sibi concedi gratiam. Sicque praepostera industria deceptionis suae contra Sampsonem agebatur, non ex necessitate, sed ex indole magis elaborata. Quoniam ergo omnes concurrimus circa quaestionem suspectam, mulieris maleficium tamquam rapina convicta

est. Ita enim fuit omnino*). Si videlicet aliquis postulasset ab illa gratiam, praestabat. Postulata itaque adauxit malignitatem, exsequi insidias, deludere Sampsonem, et coronare incircumcisos.

39. Ne itaque sine testimonio relinquamus dictum, sed mulieris vaferrimam fallaciam, quod pollicitus sum, convincam, et ipsam Scripturam vobis testem adhibebo. Perpendite ergo, quid a muliere alienigenae, et quando petunt, et quid mulier vult, et quando quaerere coepit? Quod si ita res se habet, primum ea, quae ad alienigenas pertinent, [*] videamus. *Nec potuerunt per tres dies propositionem solvere. Et dixerunt ad uxorem Sampsonis: Blandire viro tuo, ut decipias* (Iudic. 14, 14 s.). Quod si post tertium, in quarto id fuit, quum petierunt ab ea ut deciperet Sampsonem, oportebat illam decipiendi initium facere tunc temporis. Attamen quid illa fecerit et quando coeperit decipere, ipsam Scripturam audiamus sic fatentem: *Et flevit mulier super eum septem diebus convivii* (ib. vs. 17). Quod si ita est, ergo tres primi (dies) malitiae ipsius erant, et reliqui quatuor supplicationis (aliorum). Itaque dicendum, quod quae initium duxit insidiandi, antequam postularetur, istam sine ulla vi ac coactione statuit prodere virum suum.

40. Quid ergo dicam? O nefanda mulier abominabilis, optas audire problema, non ut complaceat tibi de compositione neque ut sapientiam discas a marito, sed ut tradas dicentem, ut exuas coronam ab eo, qui sapienter paraverat! Non pudet te nuptiales faces, neque in nuptialem coronam aspicis symbo-

*) Incertus erat sensus in textu Arm. Auch.

lum matrimonii? Non in misericordiam coniugis respicis, neque de ipsa mensa erubuisti, quam tua gratia Sampson invitatis proposuit; sed ante completum convivium dissolvisti matrimonium; antequam coronam deponeres, virum tradidisti. Fuit autem tibi thalamus inimicus exornanti, et nuptiales cantus fecisti lamentationes planctuum. Quamobrem thalamum non post septem dies, ut in moribus est nuptiarum, collegisti, sed nuptias connubii dissolvens diruisti.

41. Ut ergo praevalens superavit dolus, et victor vincebatur et devicti vincebant, [*] coeperunt problema solvere; quoniam omnino rationem reddentes, qui concurrentes adstabant, responsum dederunt: *Quid dulcius melle, et quid fortius leone* (Iudic. 14, 18)? Haec audiens Sampson satisque noscens insidias dolosas, unde fuerint, Problema, inquit, o viri, iam solutum est; victoria tamen mulieris est, non virorum: *Si enim non arassetis in vitula mea, non invenissetis propositionem meam* (ib.).

42. O secundam sapientiam mirificentiamque rursum aenigmatis, quod nequiverunt perfecte noscere, nisi quando factum ab illis negotium manifeste patefecit. Quid ais, o Sampson: *Si non arassetis vos in vitula mea, non novissetis parabolam meam?* Quid hoc indicare velit, mihi videtur nos quoque disquirentes intelligere non posse: verum decet alienigenas ignorare Sampsonis parabolas, a nobis autem cognatis cognosci; non enim ad insidias parandas, ut illi, quaerimus, sed ad gratias deo agendas adque memoriam sapientiae discendae ad examen eas redigimus. Mitte, quaesumus, in mentem quae-

rentium, quid sibi vult tuae vitulae memoria et quid aratio vitulae? quoniam non aratam, sed arantem vidimus vitulam. Quare itaque eam, quae aravit, aratam dicis? Pulcherrime, o sapiens, factum obscondite patefecisti. Siquidem mulier intermedia vitula ab alienigenis arata fuit, quum in angustiam redigentes eam, vim fecere, dicentes: *Blandiens decipe virum tuum* (Iudic. 14, 15). Illa autem te aravit. Sic tibi pulchre et artificiose (placuit rem exponere), pro liberatione adversariorum ex angustia eis instante, (dicente te:) *aravisse vos in mea vitula**).

43. [*] Hoc dato illis responso victoriae eorum sibi ereptae retributionem pro pacto ab illis ipsis facit alio modo. Quum enim una gens computaretur alienigenarum, remotioribus eiusdem cognationis deperditis, propiores decoravit: et quos oportebat de eorum percussione luctum vestiri, ex illorum possessionibus istos exornans clarificavit, ac si quis unum germanorum fratrum exornaturus nudato innocente vincentem investiverit. Attamen non ita gratis neque insipienter percussit, nemo reprehendat sapientem; sed quia benignum se ostenderet erga uxorem propter minas alienigenarum, qui eam cogentes ad Sampsonem tradendum minati fuerant igni tradere domum mulieris. Quum autem illis vincentibus salvata est domus ab incendio, ne victoriam lucrarentur proditores, ipse per ferrum ignem accendit inter alienigenas.

44. Id autem faciebat tam iure, quam secundum divinae Scripturae placitum. Dicit enim alicubi et

*) Necesse habui, aliqua vocabula uncis addere ad eliciendum sensum certum ex incerta hac periodo. Auch.

Scriptura manifeste: *Qui fodiet fossam, in eandem cadet* (Prov. 26, 27). Mihi vero et iusti Sampsonis admirari convenit non minus problema, quam certamen heroicum, eo quod qui triginta viros fortes caedit, eosque tam viriliter percussit, ut neque vestimenta eorum depravasset per sanguinis effusionem, potiori dexteritate unam domum destruere destruentium poterat, impudentem victoriam eorum causam faciens enecandi illos: id tamen si fecisset, tam [*] damnum mulctae timere putaretur, quam pacti terminos transgressum fuisse.

45. Vidit ergo sicut sapiens, quomodo indemnis servaretur, et fidelis erga pacti socios: externis de rebus pacti lucrum faciens indemnesque, ut ita dicam, lucrantes servans, redditionem pacti postulatam exsecutus est. Quamvis enim maiorem isti, qui per dolum vicerunt, castigationem merebant, sed ei qui devictus fuit, id tempus vix erat opportunum, in tempore debellationis suae vindictam capere de victore. Sed qui victus est, implet pactum statutum. Quia vero transactum fuerat tempus vindictae capiendae, haec fecit Sampson: reddito eis pacto perfectoque legitimo, tamquam devictus in pactione iuxta communem confessionem, postmodum tempus opportunum reperiit ulciscendi iniuriosos. Nec ergo in tempore pacti iniuria socios afficiens, infidelis accusatus est, neque post tempus cedens eis, ignavus est diffamatus: sed quod decebat sapientem, simul etiam iustum nec dando damnum passus est, neque decidendo aliorum partem, illiberalis ingratusque habitus est; nec laesus ipse reddidit ultionem, neque laedebatur (vel laedebat) ulciscendo, sed modicum cunctabatur.

46. Quoniam itaque exspectandum illi erat tem-us veniendi (spiritus) super viros spiritum in se ge-entes, suo spiritu praevidens omne tempus, quando empus erat, ad ulciscendos alienigenas transtulit se pportune, postea iniuriosos profligavit. Nam pro-igare de sua erat virtute, iuste vero, id in tempore blatum invenit. Quandoquidem nullatenus conve-iebat [*] tunc illud quod statuerat, neque suis mo-bus competebat, illico statim immemorem esse tha-mi nuptiarumque, et illis, qui adhuc pro indicio oniugii eius tunicis induti erant, arma inducere ac ellum. Quamvis enim nimis est omnis alienigena gratus natura, sed minime decebat huiusmodi in-ratitudinis participem apparere iustum *).

P H I L O

DE IONA.

1. [*] Eorum qui prophetas legunt quidam, quae ilia sunt hominibus, mirantur, quidam vero pro-hetias ipsas admirantur; at ego laudo laudatores uoque. Quoniam autem haec video, illud profecto rae omnibus, laudibus nimirum celebrare prophe-s spiritum gerentes, adeo melius praeeligendum

*) Si integram Sampsonis historiam describendam sibi sum-isset auctor, imperfecta est homilia praesens; sin autem ali-am solam partem describere voluerit (ut dicitur, ex improviso, iut ad amicorum placitum), nihil omnino deesse dixeris. Auch.

est, sicut superat citharam citharista, et domum artifex, et navigium nauta, et omne artis instrumentum ille, qui intelligentiam adinventionis rei praestat. Sicut enim nihil expedit corpori, si motricem animam non habeat, ita neque artifici, nisi moventem ad artem intellectum receperit. Quare puto legislationem (dei) sicut in navi optime a se constructa, superne universorum moderatricem supersedentem, mundum hunc ad salutem singulorum dirigere et singulis quaecumque ubique sint, utiliter consulere.

2. [*] Qui ergo omnem regit civitatem, desuper vidit in pravam vitam Ninivem transmutatam, quae et principium urbium fuit; et tamquam optimus medicus medelam morbo civitatis quaesivit opportunam, ut effluxionem impediret morbi praeveniretque adiuvamine periculum. Remedium autem huiuscemodi erat, quod saluti contrariam praeferebat famam; volens enim salvare servareque eam, misit prophetam eversionem urbi minantem. Bene, existimo, et ipsam quoque medicinae artem docendo. Sicut in hac arte peritissimi salvare aegrotos promittentes, igne et aqua regunt eriguntque: similiter sapientissimus ille, solus salvator, deperditionem indicens ac ruinam, misericordiam construit salutis.

3. Cooperatorem autem saluti eorum quaerit humani generis amantissimus hominem unum ex multis, et qui unus est ex iis, ministrum sibi fore iudicavit: non quasi vero futura ignorasset — quis enim dedit prophetis scientiam? — sed ut secundum magis quam primum mirabile reddat. Commendans autem ei solam animarum salutem, quum mitteret ad salutem hominum hominem, illum primum sana-

vit, qui medicum despiciebat. Sicut enim illi in vitae suae conversatione aegrotabant, sic et propheta a dei scientia desciit, ab infugibili deo fugere se posse putans.

4. Accedens itaque ad eum dominus, ut iampridem solebat, sic ipsum alloquitur: Viden', o propheta, Ninivem civitatem, cuius ego largitus sum omnem laetitiae habitatoribus abundanter rationem? viden' spicam bene vigentem? terram optime germinantem supra omnem terram? [*] mitem ac dulcem aëra circa eam iucunde circulatum ad fertilitatem? Non frigus algens, nec imber redundans, neque solem natura ipsa sua calidiorem possunt praetexto incusare. Quid ergo id mihi est, quod debitam mihi gratitudinem inhibeant? num multam mihi exigo mercedem pro tot tantisque beneficiis, ut in officium gratias agant? Isti vero in tantam ingratitudinem devenere, ut non solum non gratias agere velint, verum etiam gratias sibi largientem ignorent. Utquid ergo necesse erit his caelum lucide fulgere, nubes rorare, terram fruges ferre, arbores fructiferas producere, lunam lumen praestare, et solem in animas ingratas splendoribus oriri? Quae omnia, ut mihi videor, recipientes inutilia effecerunt. Oculis in scientia opificis mundum non viderunt, aures suas contra pietatis verba incluserunt, et ipsam linguam in me mala memoria divinitatis moverunt.

5. Quod si illa ad me maleficia, ad se invicem virtutibus refecissent, venia fortassis eis concedenda esset: nunc autem accusatio istorum erga homines delictorum accusationem delictorum erga deum superavit. Nam sicut tempus eorum in aetates divi-

sum est, in senes, viros iuvenesque, iuxta aetates eorum et peccata corroborata sunt. Iuvenes enim eorum carnalem aucupantur voluptatem; qui vero robustiores sunt in viris perfecti, ad latrocinia usurpant vires; quae formis differunt inter se mulieres, ut laqueis viros captent, adornantur. Atquè senum quoque canitia verendorum opera apud illos vix tolerabilia sunt; quamvis enim istorum aetas vires abscidit, pulchritudinem ademit, concessa pro istis, quae abstulit aetas, maturitate consilii, istam ipsam tamen in damnum [*] nutrientes adaugent ad iniurias mutuo ferendas armati. Si itaque nec ad me gratitudinis redditores sunt neque ad se invicem grati, gravitatem ferunt vel ipsis elementis, in quibus insana vita aluntur. Quid ergo, o propheta? Volo, ut praedices huic civitati ruinam, ut acerbior mors superveniat neque spatium temporis eis detur ad placitum vivere futurorum spe.

6. Haec ubi audiit propheta, in suam respiciens artem, prophetiam nempe, vidit civitatem etiam post praedicationem suam incolumem. Atque quasi vero non dei minister exstiterit, sed per se tantum prophetiam acceperit, fugit de civitate, quo ire iussus fuit: quasi per levitatem putaret*) se fugere ab universorum conditore. Provisor vero universorum in eum, qui putabat fugere a deo, ita operatus est, ut et prophetam reprehendat et propriam virtutem ostendat atque civitati praedicationem efficaciorem efficiat: ut civitas, cui praenunciata fuit deperditio,

*) Ad verbum: *et levius erat plane ut putaret* etc. Forsan: *levitas s. insania erat;* aut interrogative: *leviusne erat* etc.? Primum asserit Gloss. dicens: „Ignorantis hoc hominis est, putare se a deo fugere.“ Auch.

exempta periculo salvaretur. Quia vero impos erat propheta) a provisore universorum sese eripiendi, non aliter potuit fugam capessere, nisi futurorum cientia sese exuendo, mari libero vastoque se daret.

7. Siquidem quum turbato animo ambularet ad ram maris, ibi bellica navis occurrit, et manu porecta ad nautas ait: O nautae, quorsum proficiscimini, quorsum navigium admovetis? Ut mihi quoque utiles quodammodo sitis, suscipite [*] me surum. Qui dum in aliam contendere civitatem fassi unt, et probatum fuit: prehendentes posuerunt in avi eum, qui conturbationem mari et periculum autis daturus erat; quoniam quum in agitatione et uctuatione esset propheta et destinatus ad praediandum urbi, navem attigit, ipsum propter propheiam tamquam petram introductam portabant, ita ut raedicationem et navigationem circa se contrarias aberent*). Itaque qui super undas vellent commoere navem, undae super illos fluctuantes effluebant. Propheta autem) ut puto, oblitum se rerum artifiiose fingens, derelicto navis dorso, sub ventre imergitur, et oblivioni se tradit corde tristi. Mare ero quum non haberet eum, qui in se ascendit, haeitabat flagitans et timebat; elementa vero ministro uocumque meliora suscitarunt mare super propheam, salutem fugitivi invidentia, quandoquidem et pse salutem Ninivitarum nolebat**).

8. Derelinquens itaque navarchus gubernaculum t nautae reliqua instrumenta, manus in preces ele-

---

*) Sensu obscuro laborare videtur praesens locus: idem dierim et de sequenti periodo. Auch.

**) Ad verbum: *benevolentiam s. humanitatem Ninivitis noleat.* Auch.

vantes extendebant. At eorum supplicationibus nec turbo sedabatur neque navis in quiete cessabat, sed potius sonitus fluctuum vehementior reddebatur et flatus ventorum violentior factus in navigantium exitium mutuo certabant: gurgites operiebant navim, et venti ante immersionem navis studebant excutere exsistentes in navi. Nec mirum fortassis, quoniam aestus hiemalis intus erat in navi, et super mare agitabatur exaestuatio. Quid ergo non sedabatur procella? Quippe quod, ut mihi videor, quum amplissima flamma comprehendat silvam, nulla est [*] exstinctio, sin autem silvae materiam quis auferat, ignis quoque exstinctus invisibilis fit. Pariter donec ibidem erat propheta, hiemalis agebatur aestus fervens; eo autem absente pacis signum aderat.

9. Navarchus autem mare observans, ut sibi creditum habebat principatum navis, sensit mare in tanta esse conturbatione, in quantum unus illic dormitabat*): tradebat enim eum vox narium stertentium, quum altius reddatur in supinis iacentibus. Siquidem, ut reor, ore clauso caeterisque sensibus cessantibus per nares vadens spiratio constringitur, atque itidem constrictus magis angustus subtilisque canalis, quum repleatur spiramine, sibilum edit: angiportus ergo hic in hoc tenore (naturaliter) placet declarari. Propheta vero non quasi a natura coactus stertebat, quantum a iudicio, in reprehensionem peccati citatus. Ad hunc ergo navarchus accedens: Negligenter, ait, dormis, o homo! Tantusne somnus altus te obtinuit, ut neque ex strepitu fluctuum ne-

---

*) s. *vigil navarchus in tanta confusione sensit unum dormitantem.* Auch.

que ex turbatione navis expergiscaris? Surge et excutito soporem, et deum tuum invoca. Non vides eos, qui ante tuum in navem ingressum feliciter navigabant, te hic somniante periclitantes? Non vides ad caelum elevatum mare fundarum instar et turbamen in nostra navi diffusum*)? Quid est ergo, ut cunctis laborantibus tu otiosus vaces? Si sufficere putas nostrum laborem et tu aliorum labore studes te salvare, nos tua tarda pigritudine traditi perimus.

10. Tunc expergefactus propheta et super dorsum navis ascendens, vidit [*] nubium hibernarum densum nigrorem**) et undarum aestuationem, ventorum violentiam, ululatum hominum planctumque puerorum, ut paene cunctorum animae morte exstinctae viderentur. Desuper itaque velut de alta sede malorum circumspiciens vidit eorum copiam. Iudicavit itaque ob suum peccatum conturbari mare: adhuc tamen oblivioni tradens rem occultabat, non sibi soli periculum adesse existimans, sed commune universis videndo sese consolari. Sic enim evenire solet, ut levius putetur malum hominibus, quum multi idem subeant, participatione aequalitatem afferente; atque suo luctui unusquisque medelam solatium ex aliorum malis eventibus lucratur.

11. Rectores autem navis preces ex peccato vanas redditas cernentes, in disquisitionem singulorum operum concurrebant. Caeterorum itaque ratione actionum exacta, transferentes se ad prophetam, vi-

---

*) Ad verbum: *inclusum* vel *detentum*. Auch.

**) s. *tempestatem:* sic enim supponit passim *hiems* in Hellenismo pro tempestate. Auch.

tae examen exigebant. Tu quis es, inquiunt, et unde ad nos venisti? quidque cordis tui consilium, quid in animo contendis, quae ratio tibi vivendi? Quoniam pusillus es secundum corpus, at onus navi, veremur, ne operibus ipse gravatus immergas navem. Haec nauclerus et alii omnes dixere. Propheta vero, quae sibi proderant indicans, quod autem praeiudicabat cernens, sub silentio servavit. Servum domini se memoravit, mandatum tamen domini transgressum esse siluit, una cum fuga. Verumtamen humanam astutiam*), qui solus est infallibilis, in claram lucem adducens ei exponit. Quandoquidem ex conturbatione nautarum ac navigantium [*] in examen redigitur quaestio**); et ex quaestione (insolubili) transire ad sortem necesse fuit; et ex sorte reus convincitur (ille), qui ab hominibus ignorabatur. Valde convenienter: ubi enim homo erat iudicans, furtive iudicantium sententias elusit; ubi vero deus erat supremus iudex, nequivit decipere. Quid ergo ultra? Per sortem virorum piorum deus iudex fit: quia in manifestis unusquisque quo vult, movetur movetque manum; in occultis vero suam facultatem quam vix habent, prodit per arcanum (sortis).

12. Quando itaque iudicavit deus hominem tradiditque eum per sortem, illi quoque sumentes tradiderunt eum in manum iudicis sui (conscientiae) interne punientis, sicut ait Scriptura: *Quid faciemus tibi, et cessabit mare a nobis* (Ion. 1, 11)? Quia tu es

*) Ad verbum: *scientiam;* suspicari quis poterit, an forte scribendum sit: *inscitia* sive *ignorantia.* Auch.

**) s. *ex navigantium conturbatione nautarumque inquisitione agitatur quaestio.* Auch.

causa huius procellae, sors accusat te. Nos vero non caedem, o homo, neque sicut homines agrestes ex natura, internecionem hominis videre sitibundi sumus, sed a praesenti malo nos circumdante volumus eximi. Si itaque fieri potest, ut tu et nos in terram salvi perveniamus navi incolumi nobisque servatis, nullatenus invidenda est humana vita éi, qui nemini nocet (s. humana vita nemini nocens). Sin autem te vivente nos necesse sit mori, multorum salutem prae unius morte pretiosam existimare debemus. Testes autem sunt, quod supra nos est caelum obscurum et amabilis terra et pavimentum suum*); testatur et maris natura, quae hiemen hanc super nos suscitavit. Atque urgentes illorum aerumnas qui traditi in istam hiemem sunt, attende, quia non ob latrocinii inhumanitatisque mores de navi te reiicimus neque contra [*] hoc onus insurgimus: sed quia, postquam nos ex adversaria alienaque manu (piratarum) fugientes vivere credebamus, mortem in navi ipsa pati cogimur gravem ac miseram, quam tamen non onus parat. O mirabilis (vir)**), non fert te navis nostra; in quamvis aliam transfer te, et erit tibi vita abeunti ex hac navi, et fortunatus (*melius*: fortunae causa) in alia navi, quam ascendas, eris; quoniam nobis non prospere advenisti, et angelus quidam abyssi vel fortassis mutus cetus tibi servet animam: nec tibi contumelia navis nostrae in perditionem fiet neque nobis opprobrium tuae animae mors erit. Ad haec responsum a viro exigunt.

13. Humanus autem ille deique auditor, quum

---

*) Scriptum *istius*, forte *maris*. Auch.

**) Verba utcumque hoc spatio transfero, sensum non ita promitto. Auch.

ex aliorum salute vitam non est lucratus, ex suo fine illis largitur. Eis itaque qui supplices erant, vitam exoptantes indigentesque ex ore benigno benignam audire vocem, dixit: Quandoquidem me vestrae vitae arbitrum constituistis, utilitas vestra a meo iudicio noxam non patietur. Quamvis enim formam iudicis praefero, sed accusati necessitatem gero: nam si mihi iudicium non commendassetis, sine invidia ex aliorum damno esset velle proficere; quia tamen adversario iurisdictionem credidistis, usque etiam in extremum spiritum servabo praestantibus fidem.

14. Quid ergo, o propheta (dicit sibi ipsi), quid moraris, utquid prolongas salutem? Fac tibi mortem, et in laqueum aucupandi vim faciens te iniice. Quum enim [*] vitam non potueris lucrari, columnam benignitatis vel ipsa morte tua erige nunc in navi et monstra (te) pium (esse) prophetam, qui ex pia prophetia iam profuga fuisti. Haec dicens, quum in profundo essent pelago, dedit sese furenti mari.

15. Miseranda erat, o viri pii, poena, ut homo salutis initium ducens, in medio necessitatis prehensus a sorte, et a deo atque ab hominibus constrictus, iudex suae ipsius mortis fieret et salutem aliorum procurando propriam salutem negligeret. Hic mirari licet domini benignitatem, quippe qui prophetam iam punitionem merentem propter fugam a praedicatione, circumdari undique a morte decernens, illis vero, qui voluntario more condemnarunt, peccata sua confiteri non dedignans, non solum misertus est miseri, sed etiam ad futurum sui ministerium praedestinaverit benigne. Imo et in irrevocabile periculum eum adducens, benefecit, ut ex beneficentia

sibi facta dei benignitatem ille discens, ne amplius invideret participes esse Ninivitas beneficii, quod ipse assecutus vixit.

16. Utrumque ergo morbum curans, docendo hominem, ne ignorantiam in deo quisquam cogitaret neque opponeret se benignitati (eius) erga homines, circumstare ei fecit (novum) navigium inferius currentem cetum, quam iste bestiam exitialem credidit, illa vero salutifera ac salutis custos erat. Dum itaque natabat propheta, attraxit in se eum velut respirationis modo cetus, et intus in utero suo fere concepit ipsum vivum; [*] erat enim submerso (s. submersi) prophetae domus venter ceti, oculus autem exterius visorum speculum, et alarum motus sicut currus quidam regis.

17. O propheta, adeo dignitate praeditus es, currum ipsum celeritate attingere, quantum circumdans te cetus velociter currit. Quis umquam tyrannus adeo mundi abyssum vidisse putatus est, sicut tibi visibilia invisibilia fuere? Cui umquam ex hominibus ita patuere ad cernendum orae terrae, sicut tibi et maris abyssus ostensus fuit ut spectaculum? Imo cui umquam ars huiusmodi artificiosam construxit machinam perfectam, sicut tu omnia cernis lustrando et spectator ipse ulli non spectaris?

18. Quoniam autem propheta figura tenus in ceti ventre custodiebatur, re autem vera a dextra dei conservabatur, preces in ipso ceto fundit, ut dicitur (in Scriptura)*), ore bestiae in orationem usurpato. Erat autem videre paradoxum, intercessorem factum ad

*) Scriptum erat: *ut diximus;* quasi vero id concludatur in praemissis. Auch.

salutem prophetae et cetum, os aperuisse ad egressum supplicationis, linguamque mutuo praestitisse ad verborum pronunciationem; et sicut in instrumento musico artifex pulsatione digitorum sonum extrahit, sic propheta fecit.

19. Erat autem supplicatio orantis huiusmodi: Si magnum quoddam supplicium me experiri voluisti, video mensuram meorum peccatorum maioris supplicii pondus exspectare. Quoniam vero hucusque redigere me peccatorem voluisti, usque ad instructionem tantum, principium a te benignitatis accepi, ut non abiectus a conspectu oculorum tuorum, ab universis oculis separatus essem, neque obmutescente ore meo erga te, [*] apud omnes obmutescerem. Toto cordis oculo aspicio ad te, totamque linguam, quia mihi istam liberam reliquisti, in meam intercessionem moveo. Exaudis enim reos peccati: et quum permittatur videre regem, dona quoque supplices recipiunt, hoc sane est initium benignitatis eorum. Mihi vero non tantum facultatem praestitisti loquendi, verum etiam apologiam pro salute animae meae coram te facere permittis. Namque si dabas mortis reum interfici a fortiori inter feros pisces, aut velut in sepulcro condi, quid mari imo profundius, quum omnis mundus si in mare decidat, reconditur ut in sepulcro?

20. Ego ergo ex me ipso mihi salutem inhibui. Quod si iudex modo salutis, quem eventus obtulit, sit satisfactus, est benignus et suam magnam benignitatem praedicat. Verumtamen non sine supplicio veluti iudex misertus mei, multis his tradito me, misertus es (s. misereatur) sicut princeps. Imprimis

iare vidi super me vacillans et navem propter me ıbmergendam; deinde iudicium eorum, qui meım in navi erant et salutem meam iudicabant; posta sortis reprehensio, et vasis inutilis instar abiectio orporis mei; post demum ingentis bestiae incurus, quae antequam deperdiderat, sufficiens erat raeoccidere timore. Caeterum hae fortassis ex orine rerum visarum sunt punitiones, ipsa vero praeentia angustissima, universis hominibus invisibis, neminem [*] praeter sufferentem habet testem.)uis enim immersum intus in ceto videat? quis auem miseretur illi, quem non videt? aut quis supeius prehendens eripiat immersum de ore bestiae, extra immissa?

21. Ego enim, qui fugam cepi de terra in mare, t de mari in navem, deque navi in ventrem ceti, soıtus impeditus, ante fugam fugitivus sum comperus. Quia nec astra fugere potui, neque exitum in-enire neque praesentem locum mutare. Sic itaque ngustum situm me possidente, in parabolam mihi ıaec miseria commutata fuit et fabula mihi prophe-ae poena fuit mea. Quomodo enim non parabola abellaque id videtur, quod passus sum? quandouidem ego tamquam a camerato quodam ventre per eneum tectum ferreosque parietes comprehensus teor, et totum mundum lustro immotus, quia transata in me fuit ceti vita, secundum autem victum rovisa suae naturae necessaria mihi haec bestia pernisit. Ecce enim de istius ore preces fundo et per oculos eius video perque alas moveor, atque circumcludente me bestia non laedor magis, quam exsulem laetabundus, et video mundum sicut in speculo:

gratiam autem mihi factam efficacius quam in speculo video.

22. Siquidem timore me tantum instruere volens, posuisti me in securo loco et aperiens explicuisti mihi ad externam visionem ceti immane corpus, quod a caeco suo ventre expulit*) terrificas omnes visiones, quae apparent in tenebris. De duobus itaque debeo tibi laudes, tum quod ex gestantis me ceti dentibus exemisti, [*] tum quod cunctarum ferarum minas superavi. Respice ergo, quaeso, ad preces utriusque nostri per duplex vocis instrumentum tibi propter nos supplicationem exercens, et concede mihi liberari ex tenebricoso ergastulo atque ceto libertatem pastus: non enim mihi satisfacere de cibo poterit, qui etiam propter nostrum victum sibi cibum parare impeditus est**).

23. Scio, quod mandata (tua) contempsi, et graves omnino miserias poenitentium merui; verumtamen instructus modestiam mihi conciliavi. Didici non posse fugere ab oculo, qui omnia videt quique suo aspectu circumcludit omnia, neque flocci facere divinas voces, sed potius persuasus praeco †) fiam tuae virtutis, addens in Sacram Scripturam monumentum pro legentibus de isto fugitivo propheta: qui navis loco suscepit carceris antrum hunc cetum.

---

*) Verbum deerat in Arm. cod., unde totus sensus vacillabat, quem utcumque explicandum curavimus, nulla habita ratione vocum textus. Auch.

**) Non sum securus de sensu huius sententiae, maxime quod cod. A habeat tantum *propter nostrum*, quod vellem legi *propter nos*, ubi C addidit etiam *cibum* s. *victum*. Auch.

†) Hanc vocem suppono ut necessariam, quamquam deest in codd. Auch.

Salutarem profecto manum tuam et os promptum ad peccatores profugiumque fugientibus et benignitatem erga eos, quos expediat legere, discant (per mea scripta) aures hominum. Quantavis apud te supplicia sint, nihilominus benignitates superveniunt: torques quidem peccantem iudiciali ira, et foves eum regio amore.

24. Quis enim, a nobis edoctus, ne aufugiat deum, fugam cogitabit? Qui autem in ceto nostram suppliciosam immersionem et ex bestiae furore illaesam rursum eductionem (contempletur), credat omnibus [*] et omnino lucidissime, sic de ceti miraculo persuasus emolliet furorem, videns sine aëre nutriri hominem: quoniam hoc demonstravit, quod ille alit*) in terra terrestria, et in mari aquatilia, et ex aëre (avibus victum) et nobis respirationem praestat.

25. Porro in primis saeculis erga Noachum benignitas tua noscitur. Siquidem ne, universo mundo aquis dissoluto iisque qui super eum alebantur submersis, superari videris sapientiae arte ingeniosa, inter vel ipsos gurgites hominem incolumem servasti, pro navi concedens ei arcam et pro navarcho providentiam tuam praeficiens, ut secundi aevi ille, qui salvatus fuit, principium fieret. Quoniam hoc facto etiam tremendi**) ignis memoriam secundae

*) Nullus sensus in his verbis mihi adfuit, nisi forte pro *submersit* legendum erit *ostendit*, *monstravit*: nec id sufficeret, nisi addidissem et alterum verbum, *alit*, praetermisso *ait*. Alias sic forte reddendus esset locus: *Deus potuit etiam sine aëre nutrire hominem; aëre, inquam, quo explevit in terra terrestria, et in mari aquatilia, sicut et ex aëre respirationem narium suppeditat per ventum*. Auch.

**) Ad verbum: *iniusti*; quo potest intelligi inique missos fuisse innocentes pueros in ignem. Auch.

(aetatis) sub patriarchis, qui superabant pietate tyrannos Babylonios (h. e. Nabuchodonosor)*), atque in praesenti saeculo regem memorando (Ninivitarum), positis miraculis novis super antiqua iisque superioribus, facile crederent veritatem rerum ex praesentibus miraculis corroborari. Quoniam non amplius quisquam interrogabit homo modum ignis superandi**), (vel) quomodo liber a procellis hiemeque in universali turbine iustus permanserit, aut quomodo Hebraeis mare pro obsequio ad iter faciendum diruptum fuerit, vel quomodo viri pii cum feris lusi sunt. Testem enim istorum me videntes dormientem fere et in regenerationis formam requisitum de sua vita habeant in me quod eredant, atque [*] formam veritatis inveniant et in te propter omnia credant partis visores. Siquidem qui aperire bestiae potest viscera et vivum spiritum integre servare, quomodo etiam de corpore evocatum illum, qui de terra conditus fuit, et terrae rursum ut depositum creditum est, non integrum servabit? Quia et suspectus infantium partus, nec ullius accessu neque spiritalis ordinis inhibitione curatur, sed a sancta tua dextra intus confirmatus animatur, per casum nostrum celebretur, quod nihil tuam potentiam intus inhibuit; ut inopinata nostra in ceto conceptio testimonium secundum naturam nixus fiat.

26. Tanta ipso orante, miseratio precum ad deum ascendit, ut ceto, rebus in oblivionem datis, iuberetur in aridam evomere Ionam. Ille autem tamquam

*) Videtur auctor Ionam postponere diebus Danielis triumque innocentium; nisi obscuritas loci aliter accipi debeat, quasi vero prophetice futura praedicta sint. Auch.

**) Potest intelligi etiam: *post ignem superatum*. Auch.

x regeneratione quadam mundum videns, deumque dorans, primam iterum illico suscipit praedicatioem; et, ut mihi videor, sicut equus quidam multis gitationibus incitatus currebat, ut frenum vel invius admittens: similiter et propheta mitis ac modetus multis itineribus redditus atque satis intelligens e domino, a quo nemo fugere potest, rem agi, non roperabat tantum, sed etiam quasi in ipsa praedicaone formatus, trinam iterfactionem opus unicum ecit, solummodo festinans, ut cooperationem dei oci praestaret, Ninivitis praedicationem, ne tempus eterminatum pro medendis Ninivitarum vitiis conumeret itineris mora, ita ut sudans (vel anhelans), roperans tamen et plenus obsequio ad homines pereniret.

27. [*] Stans itaque in edito quodam loco palam raedicat: Viri, huius loci incolae, solvite cellaum thalamos, sponsorum coronas exuite, diadeata abiicite, non mortuos, sed vivos plangite. Quia bbreviavit vobis vitae tempus universorum domius, determinato vobis tempore, civitas ista tres ntum dies habet. Quid autem causae sit, non incii estis, vos conscii vestri, quin et ego vobis deunciem. Quia deum non nostis, quia dei donis ratitudinem non refertis, quia iuramenta negligis, quia iura emitis, quia iudices donis corrumpis, quia pauperes pessumdatis, quia iniquas opes litis, quia illegitimam libidinem aucupamini, uia foedatis matrimonia, quia pulchritudines virnum prostituitis, quia muliebria in viris vultis onstrare, quia demutatis desponsationes, et aliis esponsatas rapitis. Legitima putatis edocere, et iquam flammam succenditis; vivos violentia per-

sequentes, cadavera exuentes, deposita denegantes, exigentes quicquid nulli tradidistis; antequam reddatis prioris iudicium, secunda supplicia indigna parantes; nihil ex vestra parte liberum a malitia cogitantes, quaedam dicitis ex maligno consilio, quaedam facitis, nonnulla etiam caeteros edocetis.

28. Haec ubi audiere Ninivitae a propheta, sicut veram*) praedicationem agnoverunt, ita consensum praebent et convenienti consilio credunt prophetae. Quum enim facinora eorum, qui non erant ex illa civitate, narravit, hoc ipso et [*] praedicationi eius fidem praestarunt. Namque quum acta nunquam visa enarravit, ex eadem prophetia asseruit et futura super eos compleri. Ninivitae itaque congregatis viris et mulieribus, senioribus ac principibus, ministris et regibus ac dominis atque cunctorum dignitatibus in unum commixtis, in tristi coetu promulgabant huiuscemodi sententiam.

29. Iure fortasse apud vos, o viri cives, iustorum ad principes colendos experimentum eo probetur, quod nondum recepta mortis sententia, in iudicis concurrant venerationem. Quoniam illa, quae ante sententiam mortis a servis ad regem refertur veneratio, ex intimo animo esse venerantium fidelitatem testatur; quod vero per minas exhibetur obsequium, delusionis adulationisque iudicium, non amoris, ostenditur. Illic vero ipse solus honorari videtur**), sed ut nos nunc facimus, est nostras curare gratias;

---

*) Ad verbum: *assiduam*, *continuam*, forte tamquam continuo testimonio conscientiae concordem. Auch.

**) Cod. A: *putabatur*, *videbatur*; cod. C: *quod sibi vel suo*, cui morem gerit et Gloss. atque sic explicat: *quia soli suo principi est honor*. Auch.

ille tamen mortalis est homo. Eis ergo, qui sub lege (mortalium) regum cadunt, praesenti magis iudici (supremo), qui tulit huic civitati sententiam mortis, convenit venerationem praestare ex animo integro, quae venerantium sinceritatem testetur; neque ullo modo ad doctoris (praedicatoris) intercessionem petendam licet tempus terere: quoniam deest ei tempus vim legis auferendi, quum instet legum decisor et principum dominus.

30. Rogemus itaque, o dilecti, universorum dominum deum propter se ipsum (s. immediate per se ipsum misericordem), quandoquidem nulla lex nostrae precationis solvit vim, legis dominum ipsum suppliciter quaeramus. [*] Etenim qui secundum partes regionum principes sunt, quum interimunt reos, et quum ubique praevaleat lex, quae reos condemnat, non suas voluntates perficiunt, sed placitum regis exsequuntur. Quod si ita est, tantum possumus deprecando, ut velit magnus rex salvare deprecantes. Neque cum aliorum voluntate contendimus, quia omnes a regis voluntate dependent. Agedum in mente revolvemus, ad quidnam faciendum secundum voluntatem dei revocamur*)? Si enim ea reperiamus, quae attentionem merentur, ipsa nostra vita fidelem reddit praedicationem.

31. Quomodo autem (forte dixeritis) inveniamus gratam deo vitam? In ea, quae in medio sunt (apud nos facinora), intus perspiciamus: et quod quaerimus, inveniemus. Quoniam si ab illa (vita deo grata velut ingratus) quis abscessit, contrariam eius attendat. Una quidem sententiam mortis movit, altera

*) s. *a quonam faciendo ... destituimur?* Auch.

tamen minas solvet. Quae ergo maior cura nobis est, o viri, (nisi) ut inveniatur veritas*)? Ante omnia cum hanc a deo gratiam susceperimus, humanae naturae nos participes fieri, statim postquam nati sumus, bestiis invidimus, et rationales conditi, in brutorum naturam reversi sumus: sicut enim illi escam solam norunt, nutritore vix cognito, ita nos quoque in fructibus regionum exsultantes, fructus dantem non novimus. Ille vero liberali manu non id tantum, quod ad cibum spectat, verum etiam quod ad laetificationem iucundam facit, concedens, non exegit aliquid a nobis, hucusque nobis indulgens; neque quod nos bestiis, ipse id nobis, quamquam bestiae simus reperti, facere voluit. Nos enim escas dantes animalibus, [*] mutuum pro his servitium exigimus ab iis, quod si nutritum nullum nutrienti praestet emolumentum, esca animalis damnum altori supputatur. Ille vero non solum nobis cibi gratiam, sed vitae quoque largitus est: hactenus igitur illi civitatem nostram nutrienti nullum nos emolumentum retulimus. Quid enim lucrum est? dicitote.

32. Quis umquam pater ex superioribus patribus filios suos admonens instruxit? quis nuptus, quae nupta tempore nuptiarum gratitudinem demonstravit? quis creatori gratias pro pulchritudine natorum puerorum retribuit? et super quam mensam glorificatus est deus?

33. Neque tamen illud etiam dici potest, quod non sit cognitio dei, neque incorruptus videri possit corruptibili oculo. Qui enim invisibilis est, gloriam

*) s. *quae confidentia (aut via) nobis ad inveniendam veritatem?* Auch.

quoque habet ingentem. Quoniam nunc veniam concedens nostrae fragilitati, nunc pro dono praestans pulchram scientiam suam, ipse permansit in propria dignitate, non visus. Dedit tamen nobis ad videndum se oculos, datis mundi elementis, caelo, sole, luna, stella matutina multitudinisque astrorum harmonia: quod si ipsum artificem non videamus, per ista artificiose facta queamus ipsum noscere. Non satis erat ad cognoscendum manifeste deum (videre) caelum super aëra positum, seu super invisibiles quasdam columnas firmatum? Non erat sufficiens sol ad notificandum aurigam, quum ipse mensuratam habens naturam, ex invisibili quadam dextra, extenditur in universum mundum? Comburentem illam naturam intus in apside conclusit, caloris autem usum necessarium per radios irrigantes praestat; radii [*] tamen dei opificis non circumscribendi dixerim apsidis, adimplentes circumscribunt universum, circa mundum splendoribus extensis, praedicantes de deo deque arte sua in excelsis pendente.

34. Sin autem haec non sufficiebant ad manifestandum (deum), in reliquis quae quotidie aguntur a deo, oculos aequum erat praefigere. Quid est hoc noctis sidus, quod incipit quasi ab aëre ortum accipere et ita constantem prae se fert sapientiam opificis, quasi mensuratum de die in diem suscipere incrementum, et rursum itidem denuo accretionis decrementum recipere, ne plus crescens plus aequo concedat, neque radiis defectis tardius nasceretur, sed primos in nascendo splendores cum altera nativitate adiungens in fine ipso nativitatem attingat? Haec autem lunae mentio locum cedat magis prodi-

giosi solis effectui*), quo agitur mutatio dierum in dies et tempora, sectiones autem temporum in menses, mensium in dies, dierum in horas, praeterea dierum in aequinoctia. Maris natura obsequitur navigationi, itinere facto iuxta stellarum motum. Amnes superius recipientes adimplementum, vel fontes inferius scaturientes gratias (aquas): [*] camporum viriditas, arborum fructificatio. Haec omnia temporibus sive tempestatibus, normis et mensuris perpensa sunt, ita ut nec ipsa inutiliter ad usum germinent, imo et aliorum generationi cedant ipsis terminatis. Nonne haec omnia dominum demonstrabant?

35. Nos vero qui formam dumtaxat hominis, non autem consilium monstravimus, rationali accepta dignitate ad scientiam nostram atque honorem, hanc domini honorificationem turpitudine affecimus. Mundi opificem ad tanti mundi visum, non cognovimus. Gubernatorem tam apparatu plenae huiusce navis non intelleximus. Quare postquam novimus benignitatem eius, saltem nunc confiteamur eum cognoscere, ut servati a benignitate eius salutem lucremur: ut autem una fruamur, animae nostrae laude dignam suscipiant poenitentiam. Quandoquidem iuste praedicata fuit civitati nostrae mortifera praedicatio, ex adverso praedicemus et nos, quantum in nobis est, salutarem praedicationem. Quid autem est illud salutare? Ieiunium vocate, et ad Optimum preces supplices (extollite)**): qui enim undique

*) s. *Haec autem lunae cessio soli* (ut intelligit Gloss. de tempore lucentis diei) s. *solis cessio lunae, est praeterea* (ad verbum: *exterius*) *ratio, qua agitur* etc. Auch.

**) Quoniam non est in Arm. ultimum verbum uncis inclusum, fortasse potest etiam sic reddi: *Ieiunium vocate ad melioris quoque orationis subsidium.* Auch.

minas nobis fecit, circumprehensis*) unum dat locum tantum, puta per virtutem humanissimae suae benignitatis, quippe qui vehementer erga delinquentes supplicatione placatur.

36. Quod si nullus in orationem manus levare audet, de sua vita erubescens, ipsum prophetam intercessorem pro nobis fieri studeamus. Dicamus ei, qui praedicavit: Si dei servus es, da nobis in mutuum tuam vocem et liberalem [*] invidiaque carentem prophetiam tuam cunctis ostende: sicut particeps repertus vitae nostrae, precare, ut nos tecum communicantes salvemur; civitas autem, te ingresso, inconsumpta illaesaque remaneat. Esto civitati nostrae murus, et civibus arma salutis. His dictis populum dimisere, et singuli cursu in domum suam facto, a se ipsis demittebant dignitatem: erat autem ratio demissionis huiusmodi.

37. Rex regalem purpuram cum throno in saccum vertebat; iudex signum, quod indicabat potestatem, deponebat; dominus libertate donabat servum; senex cinere spargebat canos, anus crines evellebat; dissolvebatur de cella thalamus, et nuptiales lampades facesque exstinguebantur, atque planctus ululatusque pro canticis audiebantur; virgines imperfectam spem lamentabantur, et iuvenes inadultam aetatem; pueri autem vagienti voce mortem vix ipsis intelligendam (plorantes sibi prospiciebant). Canticum vero hoc erat planctus eorum: *Quis unde sciat, forte precibus placetur deus?* Tantam autem humiliationem animumque compositum secundum Scripturam vestiti sunt, ut pecudes quoque

*) *s. prehensus*, *s. coactus misericors deus.* Auch.

eorum precibus vacantes eos iuvarent ac defenderent, ut condigne supplices veniam mererentur: atque ita iure animalia etiam servata fuere. Quamvis enim humanorum delictorum haud erant participes, quum non haberent rationalem sapientiam neque hominum consilio adhaeserunt, verum cum eorum dolore aderat associatio; quia ruina civitatis, ut patet, iumenta quoque attingebat. Secundum ergo hominum formam et animalia ad supplicationem coacta propter calamitatem, quae putabatur communis, illa quoque in oratione publica volvebantur.

38. [*] Quid autem necesse erit de animalium dicere abstinentia, quando et in hominibus indoles demutatae fuerint? Siquidem non ulterius erga pueros curam ex amore provenientem adhibebant patres nec erga viros mulieres neque erga dominos servi; sed potius filiis negatis, animalia quoque de praesepibus expellebant. Nec solum a perceptione iucundarum rerum sese abstinuere, verum etiam mulieres, quarum amore capti fuerant, ab aspectu suo avulserunt. Non mensam erat in sua forma cernere, non sellas, non tunicas plicatas, non aurum adamatum, sed uniuscuiusque pavimentum lectum erat, et deliciae voluptatis, et sellae interea. His ergo benignissimam domini humanitatem praestolabantur atque minas praedicationis eius propter peccata sua ultro acceptantes, pretiosis deinde vestibus induebantur, ut, si prophetia superet praedicationem, pro funere eis vestimentum computetur, si vero domini benignitas concedat supplicantibus vivere, ipsis vestimentis optime paratis festivitatem agant: quod et fieri contigit. Nam sententiae mortis termino transacto,

inopinata spe videntes se vivos, omnes deo gratias referebant.

39. Secundo itaque coetu congregato, gratitudinis vocem senioribus credebant. Illi autem in medium venientes, dum adhuc flagitabat populus, non amplius haesitantes vel moerentes, haec proferebant: Quandoquidem, quantum in nobis erat, o dilecti, mortui fuissemus et rationem reddentes debiti nostri una cum civitate iacuissemus, nunc sola domini benignitate vivimus. Quod si ita res se habet, aequum est, ut a quo istam vitam velut partem gratiae suscepimus, [*] ipsi vivendi gratitudinem referamus. Absurdissima namque pravitas est, ut quum pecuniis homo servum emens, ipse possideat corporalis eius servitii gratiam, nos vero de morte in vitam redempti, redemptori nostram animam non dedicemus. Nullus tamen ex dominis est, qui concedat servo servitii tempus determinatum neque partem serviendi servo in sui obsequium dominus concilians, residuum postea ipsi concedat: ad nos vero universorum dominus divisit vitae tempus. Quod autem via nobis nunc feliciter parata fuerit ad ipsius placitum, nosmet ipsos testes habet. Quoniam si impios nos et vix ipsum noscentes adeo magnopere nutricis instar aluit, pios et confitentes (deinceps futuros) quantis bonis nos non ditabit? Illi ergo his studebant, ut pro tot bonis liberaliter fidelem magis pietatem satagerent referre (benefico domino).

40. Propheta vero postquam peregit Ninivitis praedicationem, nec in civitate mansit, neque elongatus abscedit a regione civitatis, sed fugiens homines calamitatem eorum a longe exspectabat et locum

ad spectaculum inevitabile videndum invenire studebat. Sedes erat ei sub umbra, quam ex cucurbita rami circumdabant, umbraculum optimum eique iucundissimum. Dum ergo in favillam lapsuram videre civitatem exspectabat, coronatam cernebat. Hinc vix commutatione quadam vitae facta, quae laetifera esset prophetae, Ninivitis affuit, moestus autem ac tristis Ninivitarum status in prophetam versus est; quoniam non adeo eum salus civitatis laetum reddere quibat, quantum praedicationis suae inconstantia gravem dolorem induxit.

41. Aspiciens itaque et videns Ninivitas choream ducere et symphoniam canticorum [*] audiens, manum manu pulsat et lacrimabundus dicit: Hoc erat, propter quod ego fugiebam, non ut omnia videntem oculum evitarem, sed ut meae famae honorem integrum servare decernerem, satis noscens, quod non ad deperdendum indicebat sententiam mortis, neque firmiter minabatur is, qui ruinam reficere intendebat. Sciebam illis, qui precabantur, adesse dei reconciliationem, vix laturum lacrimas istas neque despecturum afflictorum animos, illum qui transmutat vultuum tristitiam et condonat precibus sententiam mortis.

42. Ego autem fugam cepi, ut non solum in terra dei benignitatem, sed etiam in mari virtutem praedicem: quomodo nempe tamquam curru residens in ventre (ceti) portabar et quomodo inimicum interemptoremque cetum custodem corporis mei habebam, et quomodo tutus spectator inter pericula sedens gubernator ceti fuerim, ita ut, mea sententia, certa sane constantique oculorum comprehensione viderem

maris radices. Ego vidi abyssi imum pusillis his oculis, et petras in medio undarum radicatos lucemque irradiantem in aquarum decorem, aestum undarum, saltum marinorum (piscium) hilarem, et varietates formarum animalium. Novum utique alium mundum attigi post istum humanum in fuga mea, et natans cum aquatilibus factus sum ego: inter gurgites marinae bestiae more nutritus sum et humidum aëra pro arido suxi, attrahens ex ceti palato respirationem, et cum feroce fera saltavi, et natante concurrebam. Quoties super dorsum maris elevatus ambulabam, et per ceti oculos sicut alienum novumque vidi mundum. Quoties in medio abyssi ad maris iacebam imum, ad bestiam contendens fruebar abysso, et cernebam, quomodo imum [*] maris infra stabat, abysso agitante locum et cogente aperiri portam gurgitis, ita ut copiose scaturiret omnis aqua. Leviathan autem opponens corpus suum gurgiti globulis operiebat loca discerpta, sicut victor intrepide supersedens tantum scaturire permittebat gurgiti, quantum corpus illic iacens sinebat. Neque hoc solum (videbam), sed etiam et unde incognita quoque flumina nascuntur et unde in fontes emanat effluvium, et ubi consumitur semper surgens scaturigo, et quomodo faece mixtus potus. Atque quantum facies formae cetorum horribilis sit, quantumque terrestrium formarum similitudinem prae se ferunt ex una parte, quadrupliciter ferociore gaudentes natura, et quantum amici dilecti inter se invicem comperiuntur, et quoties contra se mutuo dentes mittebant. Haec omnia circumambulans videbam.

43. Mihi autem admiranda haec erant: quomodo super mare stat onus rigidum ac solidum, fluida na-

tura aquae se non solvente*); quomodo oceanus exterius terram muri instar circumcludit, atque agrestes naturas, quae ultra eam habitare dicuntur, in nostram terram transire prohibuit, circa terram autem fluens, non in mare convertit aridam. Quod autem omnium est mirabilissimum, nostram fluctuationem divinitas sedavit, terminum separationis unicuique opponens violentiam et moderans immensum, ore maris concludente atomum, cunctis autem praepostere [*] vagantibus firmitatem stationis concedens. In istorum testificationem fugi, in horum spectaculum perductus fui, ut deo reprehendente de me accusationem reciperem.

44. Fugisti, o divinum caput, tu ipse reviviscens loquere; fugisti a deo: quem tamen situm a deo vacuum inventurus eras? Non legisti in lege: *Nonne manus mea fundavit terram et dextera mea ut manufacturam fecit caelum?* (Ps. 102, 26.) Quodsi extra terram transtulisses te et ultra caelestem sphaeram transilisses, num etiam (s. fortasse) ab horum conditore celare te poteras? Scilicet nec hominum fines erat tibi transire neque ab omnia cernente oculo aliquo diffugere. Sicut ergo optimus venator artis venatoriae peritus, aberrationem venandi iocose fingit et permittit animali quod venari vult, fugere, claudens antea omnes meatus ad fugam postque cursum circumcludit instrumentis venandum: similiter hominum venator post multum maris cursum retroduxit et eduxit in terram fugitivum, atque ita instrumentis prophetiae eum venatus est.

45. (Ille vero rursus fatus est:) Non inanis cursor

*) Anceps erat sensus, ita ut tam ad molem aquae, quam ad terram referri posset. Auch.

omnium (locorum) fui, neque inaniter alis ceti armatus, marinum cursum ad cunctorum visionem usurpavi, sed ut ego fugitivus, universorum ad obedientiae necessitate visa, non esse a deo fugiendum magister fierem. Num enim fugiet quis a deo, quum nequeat fugere ultra fines maris? inobediensne erit deo, obediente ei fluctu maris? reiicietne divinitatis mandatum, marino Leviathan dei praecepto assentiente? Atque salvari civitatem hominum an nolit aliquis, quum fera non recusaverit in custodiam gurgitis servare mundum in propria forma: illa vero eum [*] ducens propter abyssum et reptantes pisces (vel pedes), num propheta propter homines nolit? Sic enim propheta lamentabatur.

46. Salvator autem universorum, postquam de morte Ninivitas sua medica arte liberavit, venit et ad prophetam, ut infirmitatem eius videret. Quid tu autem (inquiens) tristis es, o propheta? prodit enim animi tui tristitiam moestitia vultus tui, et persona tua tuas actiones accusat. Verumtamen si qua antiqua cura laeserit animum tuum, tempus erat praesens vel antiquam tristitiam dissolvendi, non vero novam vestiendi tristitiam. Non vides, quia qui ob pristinam ignorantiam denegabant gratitudinem, nunc ex secunda generatione per praedicationem conversi sunt soli? Quid est ergo, quod tu non gaudes de mutatione morum eorum? et quare non consentis cum eorum gratitudine? Si ergo de hominum pietate gemis, iniquus es; si saluti invides illorum, qui miseratione donati sunt, inhumanus es. Sin autem ob praedicationem, quae falsa reputata fuit, turbatus es, de me est, non de te, o propheta, illa accusatio. Quoniam non quod voluisti, sed quod in

mandatis accepisti, praedicasti. Ego sum imperator absolutus, qui minas ad illos feci: ego auctoritatem habebam et legem ferre et vertere, atque sententiam mortis mutare; mittens te in praedicationem veraciter, rem in benignitatis statum vertens commutavi.

47. Verum est, quod non potest umquam corpus transgredi finem suum determinatum, quoniam eius transgressio, caeterorum loci dominum usurpat: nonne et omnes creaturae proprium sibi ordinatum habent situm? Attamen quum omnes [*] fines proprii sint unico imperio, cui umquam damnum ferat loco aut cuius domini fines detrahat, qui proprios mutat fines, ut prius dictum est? Quoniam qui stat a principio, sui dominii habet notitiam certam; quod autem postmodum a caeterorum finibus mutuo accipitur, sortis est acquisitio (*ut conquistatio*). Quod si ita res se habet, hic quoque quum duo adsint unius domini fines, praedicationis veritatis et Ninivitarum salutis, illam, quae ex veritate praedicationis est laus, in salutis civitatis commutavi encomium.

48. Sed forte quid opponas dicens, o propheta: Utquid meo usus es pudore, et meam linguam in falsitatem movisti, exque meo opprobrio assecutus es honorem? Ad hoc scito referri dictionem tuam. Ego tibi persuadebo, o propheta, quod et periclitantes salvavi — haec enim erat mea voluntas —, et tuo pudore ad hoc perficiendum non sum usus. Agedum, relege tuam praedicationem; hanc enim demonstrabo tibi minime laesam fuisse. *Adhuc tres dies, et Ninive subvertetur* (Ion. 3, 4). Nonne hoc est, quod praedicasti? Si itaque non est subversa neque mutata ab improbis

noribus in meliora, tantum ego tua usus sum praedicatione, quantum tu revera falsum dixisse compertus es. Sin vero tam tua praedicatio subversionem significabat, quam praedicatione admoniti subversionem (ceu conversionem) suscepere, quomodo superfluo dolore afficeris, praedicatione perfecta? At civitas, ait, illorum non subversa est nec domus nec muri. Verumtamen cor et mos in pietatem versa sunt, eaque quae evertenda fuissent, firmata sunt; non enim saxis et [*] aedificiis evertendis indigeo. Quia subversio istorum*) facilem habet mutationem, quum ista ab inimicorum etiam et bellantium armis superati concidunt: a malo vero animam in melius verti divina dextra movet mutatque.

49. Sed fortassis quia ex his cogitationibus per verba absolvi atque se excutere a suo proposito vix persuadebatur, percutiebat dominus umbraculum eius, denudata cucurbita: ita ut ad planctum et lacrimas prophetam conduceret. Dum ergo lacrimabatur de planta, apparens responsum ei dat: Pulchra est tibi cucurbitae planta, o propheta! et mihi pulchrum est genus humanum. Protegebat caput tuum cucurbita ab inferis sursum crescens et supra extensa; adornatur et homo divina virtute, ab inferis contrahens pietatis verba. Tu sane divinam virtutem ad humiditatem soli efficacem esse volebas, ne arefacta et deflorata fieret cucurbita: et ego non parcam, ne animis arefactis corpora corrumperentur? Tu volebas, ut irrita esset divina virtus: verumtamen iudica per te ipsum videns errorem tuum. Quid est tibi tanta ad istam plantam commiseratio? nonne quia delecta-

*) Sic lego, aut si vis: *murorum;* ubi codd. habebant *animorum*, quod subvertit totam sententiam ac analogiam. Auch.

bilis tibi erat umbraculi cucurbitae istius usus? At naturalis erat foliorum densitas et umbrae per brachia plantae dispositus situs in ordine erat et per se hoc fiebat. Non enim dicere potes, o propheta, quod ex tuis laboribus germen cucurbitae pullulaverit, quin nocturnis vigiliis in elaborationem huius plantae pareeres. Nihilominus vix suffers videre virentis vigentisque cucurbitae nuditatem: quia nox prima plantam produxit istam, et nox secunda corrupit. [*] Atqui tu doles super plantam, quam non plantasti nec irrigasti neque sepem circa eam artificiose erexisti: (solummodo) fixis calamis in umbrae figuram construxisti, ut surculus plantae super te cadens obumbrasset, saltem*) hac in parte studio laboris in plantam consumpto. Tu ergo prompta plantae delectatione reperta non sine laesione compertus es, eo quod delectans te abfuerit. Non ergo aequum erat, o propheta, miseratione in civitatem non carere, ubi agitur non de plantis, sed de hominibus bono consilio praeditis?

50. Quia vero humanus nimis videri volebas, conveniretne, ut tu inanimatorum benignitate humanitateque servator, ego vero erga homines inhumanus publicatus fuissem? Non consideras umquam, quot hinc pueros concessi patribus? quot natis dedi patres vocare genitores? quot mulierum partus natorum gratia incolumes salvavi? quoties a perditione servavi eum, quem ex calamis circumdabat vallum**)? Tibi externa facies cucurbitae ad peculiare

*) Haec periodus, assertive accepta iuxta codices, potest accipi etiam negative. Auch.

**) Gloss. haec intelligit de infante in vulva materna servato. Auch.

privati commodum constructa*), muri formam gerere videbatur, intus autem tranquillitatem serenae domus efficiebat. Ego vero in plantam (rationalem, sive infantes) iam antea paterna commiseratione conspiciens, misertus sum et miseriam perditorum in voluptatem genitorum transmutavi, atque his adauxi eorum civitatem. Nuncne ergo destruam regionem, et iussum dabo civitatem hominum corrumpi, ubi tu corruptionem umbraculi non potuisti sufferre?

51. Verum tu sciscitare agricolam, quandoquidem et agros persequeris, effugiens [*] civitates: Num quis in domesticas fructiferasque negligens sit plantas? num securem in utiles arbores afferat? an quisquam in plantae labore se incuriose habeat pro radice assequenda, vel facile evellat iamiam vix demum plantatam? Nonne potius se armans contra vegetabilem naturam deficientem multum laboris impendit, alliciendo plantae naturam, et reficiendo eam per curam sedulam, ut quantum ab externis sustinuerit damnis, tantum ex agricolae laboribus nutrita, tum proprias vires in se colligat, tum infertilitatem in feracitatem vertat? Non vides, arefactas arbores quomodo humificant agricolae, aut subtili terrae scissura facta transitum aquae faciunt expeditum, aut circa arborem fossam fodiunt poculi instar, ut manente in ea aqua illam, quam vix poterant irrigare, foveant? Non vides, quomodo humi serpentes surculos vel ad terram inclinatos industriose calamis (*fulcris*) erigunt, ut pondus fructuum sublevent? quomodo etiam utiliores plantas inserunt? Cur autem

*) s. *individuum nutrimentum*, quo Gloss. intelligit densitatem foliorum. Auch.

haec faciunt? Quoniam nituntur, ne frustra esse monstretur labor ipsorum.

52. Quod si ergo agricolae suos labores haud praetermittentes, integros servant, ego neglectis Ninivitis, neglectam monstrabo praedicationem ad illos directam? Illi vero, qui adeo boni moris nunc copiam demonstrarunt, ut verum illum salvatorem, quem olim recusabant honorare, deperditorem factum honorare voluerint, quomodo non mitigarunt iudicis sententiam lethalem, salutarem sibi conciliantes? Ego enim puto agricolae [*] convenire exemplum, ut ex eodem exemplo persuadeam. Quum quis in arbore, ex qua fructum exspectabat, sed spe frustratus festinabat ad eradicandum, videns prorumpentes fructiferas frondes, propter fructus arbori praestat incolumitatem. Iure meritoque; quoniam si ob inutilitatem conciditur arbor, propter feracitatem servetur. Erant olim et Ninivitae infertiles: denegabant fructum divinae iustitiae, et creatoris honorem creaturis offerebant; nunc vero nonne frugibus ipsis gratias (*mihi*) referunt? neque foventibus elementis officium praestant, sed pro fructibus fructuum largitorem honorare fatentur et pro mundo opificem adorandum admiserunt.

53. Quomodo ergo illis, qui mutarunt mores, immutabilem sententiam praedicationis mortiferam servabo? Si enim propter impiam conversationem hominum immisericors direximus verbum, propter praesentem conversationem piam benignum dirigamus liceat verbum. Sicut enim pristina vita duram merebat praedicationem, similiter poenitentia eorum ex adverso benignitatem.

APPENDIX*).

[II, 612.]

Philonis de Iona. [*] Erat autem videre in mari terribile tribunal: forum erat iudiciale navis, et iudices nautae, et tortores carnifices venti, et reus citatus propheta; ergastulum autem ac carcer cu-

*) Post praemissum sermonem inserunt hic codices aliquod Fragmentum tamquam ex altero sermone auctoris, eodem titulo: *Philonis de Iona;* cuius meminit et Glossarius sub hoc nomine: *Sermo II.* Incertum tamen omnino, unde huc assertum fuerit llius modi verbum mancum, maxime quod habeat affinitatem quamdam cum homilia Ananiae Doctoris Armeni de Iona. Utut sit, audiant benigni lectores Fragmentum illud, quod sic habet. Auch.

Philonis de Iona †). Formidabile quoddam videre erat in mari forense iudicium. Namque tribunal erat navis, iudices nautae, tortores ad necem venti, vocatus in iudicium propheta, ergastulum et

†) Quod fragmentum supra „appendicis" loco dedit Aucheus, editum etiam est ab Angelo Maio, scriptis Philonis de cophini festo et de colendis parentibus (Mediolani 1818) adiectum, atque ab eo his verbis introductum: „De Philonis operibus octo neditis, quae in antiqua Armeniorum interpretatione latent, locutum me olim memini (De Philonis Iud. etc. scriptis ineditis Miss. Mediol. 1816). In iis est lucubratio satis prolixa super Iona propheta, post quam in cod. Armeniaco additur brevissimum eiusdem auctoris scriptum, cui idem titulus est *Philonis de Iona.* Ecce autem clarissimus doctor Armenius Zohrabus tanta erga me benignitate usus est, ut hanc pretiosam particulam mei causa interpretari non recusaverit."

stodiae cetus et accusator infensus mare; eiusque verba reprehensiva, et evidenter convincentia undarum fluctus, quoniam stridebat quasi dentibus super eum mare de natura spumans. Itaque naucleri sicut iudices *Unde es,* aiunt, *et ex quo populo, et quid operaris?* (Ion. 1, 8.) Postquam autem sciscitati edoctique sunt, non irruunt super iustum, sed ex adverso rursum eum, quem iudicabant, velut iudicem sedere faciunt, dicentes: *Quid faciamus tecum?* (Ib. vs. 11.) Tu ipse diiudicans elige; nos enim de servo dei sententiam mortis decidere nequimus. Ille vero dixit: *Tollite me et mittite* (*in mare*) (ib. vs. 12), hoc est: Tradidi me ipsum in manus adversariorum; vos mittite me intus: quoniam quod me ipsum mittam in mare, iniquum est. Quia pedibus fugi, di-

---

carcer ad custodiendum cetus, adversarius mare, verba huius increpantia palamque accusantia undarum spumae. Quippe infrendebat, ut ita dicam, dentibus mare adversus prophetam, dum spumis suis effervesceret. Iam vero postquam hunc iudices nautae interrogaverunt: Unde tu, quave gente ortus, vel quam artem profiteris? postquam, inquam, interrogando rem uti se habebat cognoverunt, non illi quidem impetu in hominem iustum irruerunt, imo potius eum, de quo iudicium instituerant, in medio sedere iussum rogabant, ut quid ei facerent ipse decerneret: neque enim se posse aiebant in Dei famulum sententiam necis ferre. Tum ille ait: Correptum me proiicite, id est in horum adversariorum tradite me potestatem, vos mergite me sub altum; memet enim ipsum praefocare undis iniquum est.

gitis manuum sum traditus; et qui in terra grandibus fugiebam passibus, in mari inevitabili sorte convictus sum. *Tollite me;* quia ignoravi eum, qui olim rebellem Pharaonem deperdidit; et fugam capessens super terram, non fui memor eius, qui (vel quae) olim terga vertentes Corch sociosque vivos operuit . . . .

Qui pedibus fugi, manibus ecce constrictus sum; qui terra citissimis passibus fugam capessebam, mari nunc inevitabili sorte detineor. Tollite me, qui vesani Pharaonis olim naufragi non meminerim, quique terrestri itinere fugiens Choritas humo quondam concussa haustos nesciverim.

PHILONIS
IUDAEI
OPERA OMNIA

AD

LIBRORUM OPTIMORUM FIDEM

EDITA.

EDITIO STEREOTYPA.

TOMUS VIII.

De Deo etc. De Providentia sermones II. De animalibus. — Indices: Aucheriani et Mangeyani (Principiorum Philonianorum, Nominum et rerum, Locorum); indices critici II; index paginarum collatarum.

LIPSIAE

SUMTIBUS ET TYPIS CAROLI TAUCHNITII.

1853.

PHILO IUDAEUS

DE DEO

BENEFICIO IPSO, IGNE CONSUMENTE NOMINATO, IN IONE TRIUM IUVENUM (ANGELOLUM VIDELICES), AD RAHAM *) FACTA, QUANDO SEDEBAT MERIDIE, ET ELEVATIS OCULIS VIDIT ETC.

[II, 613. 614.]

1. [*] †) Quidquid sane analogiam prae se fert ad quod secundum deum est intelligibile, magis anirum oculis videtur. Quoniam Entis apparitio nquam intelligibilis sol ortus est et ad tempus peruo ipse constans splendores sicut radios produxit ue deinde umbra carens generavit lumen circa ton animam irradians, et postmodum superius supra ticem stat. Siquidem non cunctis convenit, sed quicumque visus suos sursum extendunt, divin attingere lucem, quae solet in duas dividi tamam diei lumen intelligibile, ad [*] aequitatis iustieque diffusionem, et ad increatae intelligibilisque ue sensibilis electionem.

2. Adimpleto itaque animo lumine sicut merino, iure dicitur: *Elevatis oculis vidit* (Gen. 18, 2). oniam vident et qui Sacrae Scripturae exercitium bent, illud *Nosce te.* Humana nimirum relicta feitate, quicumque primam partem sortiti sunt recti-

*) Haec a verbis *ad Abraham* usque ad *vidit etc.* in secundo codice C inveniuntur. Auch.

†) Haec stellula uncis inclusa cum numero respondente in rgine superiori posito tomum et paginam *Operum Philonis in ua Arm. conservatorum et latine redditorum per Io. Bapt. cherum* (cf. Vol. VI. pag. 279. huius editionis) indicat.

tudinem moris, apertos oculos erigunt ad videndum superiora excellentia et divinam inquirunt naturam. Verumtamen adest et illud *oculis*, quod forte quis dixerit superfluum esse, eo quod non aliis videre est instrumentis. Necessarium sane, ut ostenderet, quod omnis qui videt mentis oculis, nec uno ex iis clauso neque tecto, plane vidit quisquam; non enim sic manifestis (visis sensibili oculo), vel his aequivalens est speculativa, ut quis speculator fieri possit: ideo omnis prophetae commune nomen *Videns*.

3. Posthac autem dicitur: *Et ecce tres viri stabant supra eum* (Gen. 18, 2). Noli ergo existimare semihominis sectionem nunc viros dici secundum oppositionem ad mulieres: quandoquidem fuit non virorum, sed tamquam virorum apparentia, divinitate nullatenus mutata in aliam formam; non enim convenit ei mutationem recipere. Motus autem animus, per consuetam formam, ad sempiterni invisibilisque perceptionem destinabatur. Siquidem vult Entis masculinam naturam, qua seminat universum et generat propter misericordiam mortalem viventem, eis qui ratione sunt praediti, demonstrare. Quoniam informem essentiam [*] multi (pagani) ut divinitatem fingere aequum duxerunt, nescientes distinctionem agentis et patientis, necessariamque doctrinam attendere, quid est mas in omni re et quid femina contigit esse. Quia femina, quae patitur, materia est; masculus vero ipse opifex mundi, qui suo discipulo atque auditori iusto apparet, suis virtutibus praeditus: militiae ducibus et archangelis hinc inde, omnes principem rectorem in medio colentibus.

4. Qui itaque in medio est, *Ens* appellatur: et

istud *Ens* non nomen est eius proprie — ipse enim nomine caret et inenarrabilis comperitur, sicut incomprehensibilis —, sed exsistentiae (est nomen), secundum quod *Qui est* nominatur. In utraque autem parte assistentium unus (nuncupatur) *deus*, alter *dominus*, eo quod unus creativae, alter regiae virtutis symbolum sit.

5. De his tribus viris divinum illud oraculum definiri mihi videtur, sic prolatum: *Loquar tecum desuper ex propitiatorio de medio duorum Cherubim* (Exod. 25, 22). Quandoquidem alatae erant virtutes, quae alatis curribus super universum mundum solitae sunt sedere. Pater autem ipse non super virtutes exaltatus est, sed comprehendens omnia tamquam a se pendentia, quoniam fulcrum firmitatis et columna universorum ipse solus est. Desuper autem dicitur loqui, qui in medio est, quia Ens per Verbum omnia exornavit et omnia tam vocali, quam rationali providentia eius facta sunt. Quorum autem in medio sit, declaravit, vocans eos *Cherubim:* quorum uni dedicatur, creatrici nempe virtuti, iure nomenclatura *deus*, et alteri, principali regiaeque, *dominus*.

6. [*] Haec visio et prophetam Isaiam expergefaciens excitavit, quia participationem*) suscepit ex eo, qui superat omnia, divinitatis spiritus; unde effusus propheticus (spiritus) divinis initiatur ac prophetizat. Ait enim: *Vidi dominum sedentem super sedem excelsam, et domus plena erat gloria**), et Seraphim stabant circa eum: sex alae unius et sex alae al-*

*) s. *communicationem*, ubi Gloss. intelligere videtur *aequalitatem* in numero trino, quo tam Abraham quam Isaias viderint personas divinas: minus tamen apte. Auch.

**) Scriptum erat: *et gloria plena domo*, fortasse ut: *in domo*. Auch.

terius: duabus (s. duae) velabant vultus, et duabus velabant pedes, et duabus volabant (Jes. 6, 1ss.). Cherubim exponitur *typus* vel *incendium*, nomina directe virtutibus apta; formae enim et typi sunt, quibus creator mundum figuravit, signans ac sigillans singulas in rebus dispositas qualitates: ideo itaque appellati sunt *typi*. *Incendium* vero propterea, quia consumunt privationem ab ordine, sive informitatem materiae, in ordinem eam reducentes et consequenter informem in formam, et inornatum in ornatum. Quoniam non corruptibilis ignis erant virtutes, sed salutaris, per quem omnia artificiose facta sunt. Quare, ut mihi videtur, etiam nonnulli philosophorum ignem artificialem asseruere in viam cadere ad semina in generationem producenda. Siquidem extensum illud lucis volumen, corporis conceditur oculis, evidens autem in invisibilibus natura, qua creatur formaturque materia, mentis velocissime videntibus oculis, qui densam crassitudinem aperuerunt. Circumspiciens autem artificialem illum ignem vidit, qui efficit divinas imagines, non inanimes, sed animatas et rationales.

7. Moses vero magis lucide dixit: [*] *Dominus deus tuus ignis consumens est* (Deut. 4, 24), consumens non modo corrumpendi, sed salutificatione; salvare enim, non autem corrumpere proprietas est dei. Porro desideratis fortasse audire rationem, qua, cum consumere putatur, integrum servat; facile tamen ex exemplis est discere. Quando dicimus zoographum consumpsisse (sive impendisse) tincturas omnes in picturam perficiendam, aut a statuario consumptum fuisse aeneum in statuam, aut a fabro ligna et saxa in domum, vel generatim ab artifice materiam in

pus artificiosum, num corrumpere eum dicimus? linime. Quoniam manet color in tabula et aës in tatua, et saxa lignaque in aedificiis, atque caeterae nateriae in singulis rebus peractis; manent autem in neliore quadam habitudine, receptis in se figura, orine et qualitate. Simili modo et deus, secundum losen omnesque secundum illum physiologos factos, onsumet materias, non ad nihilum vertens, sed ex dverso de nihilo in exsistentiam ducens conservanam, estque in cunctis salutis causa.

8. Eam quae crassior ac densior et gravior inter naterias est, consumpsit in terrae substantiam; subliorem autem et leviorem in ignis generationem; in quae subtiliorem, terrae crassiorem, ignis et aquae nagis aëream — nihil enim extra haec manet —: atue quatuor illas, omnium principia, materias in unctis consumpsit, ut dixi, non volens corruptioem, sed salutem.

9. De creatione vero universi loquar ad probanum id, quod audivimus, Seraphim singulos sex las habuisse, quarum [*] duabus pedes et duabus vuls operiebant, duabus autem residuis volare. Valde aturaliter. Quoniam pes inferiorem partem sortitus st corporis, et vultus superiorem. Mundi vero bais sicut pedes sunt terra et aqua, facies autem, quasi ultus, aër et caelum: Entis autem virtutes velut rura eorum ab orbe in orbem extensa; et universi edes, inferiores nempe ipsius materiae partes, teram et aquam atque vultum, aëra nimirum et caelum d superiora tendentes naturas includentem ad meius conservandum protegunt. Verumtamen nullae x solitis creaturis a longe distant ullo modo, sed

universim superius translatae in medio stantem principem illum patremque circumducunt.

10. Hinc et Physici quidam dixerunt, quod elementa, terra et aqua, aër et ignis, dilectio et oppositio sunt. Attamen propheta quatuor elementorum occultas virtutes quatuor alas symbolice dicit, vultibus pedibusque muri instar circum adhaerentes: oppositionem vero et dilectionem elevatas volantesque ad ducem principem. Siquidem belli et pacis, quae aliis nominibus dilectio et contrarietas vocantur, solus iste est conciliator.

11. Nonne hic ille est, quem subindicant aenigmate oracula Mosaici verbi: *Levavi vos sicut super alas aquilarum et duxi vos ad me* (Exod. 19, 4). Et illud in Magni cantico: *Servavit eum sicut pupillam oculi. Sicut aquila proteget pullos suos et in pullos suos misertus est, extendit alas suas et recepit eos, et levavit eos super medium dorsum suum. Dominus solus ducebat eos et non erat cum eis deus alienus* (Deut. 32, 10—12).

12. [*] Viden', quomodo praeclarum opus (in) Abraham statuit? quia terram et aquam et aërem et caelum suspendens creator de se ipso, per providentiam sursum traxit et elevavit mundum sicut custodibus? Custodibus inquam, suis virtutibus, muniens exterius ad salutem et perseverationem perfectissimarum creaturarum. Invidiam vero, ut iam dixi saepius, longius a se amovit; et quia propter magnificum consilium donorum largitionis amantissimus est, formam suam suarumque virtutum misit ad nos in auxilium adversus dolores et mala, quae prae se fert quicumque mortalis est naturae.

PHILONIS IUDAEI

DE PROVIDENTIA

SERMONES *).

[I, VII.]

Argumentum praefixum libris Philonis de providentia in codice Armeno.

Magnae sapientiae vir Philo Israëlita fuit, sed non constat, ex qua ex duodecim tribubus, siquidem dispersae non semel fuerant a captivantibus. Nam etsi Cyri, Darii et Artaxerxis tempore reversae fuissent sub Zorobabel, Esdra et Nehemia, regnante tamen Antiocho Maccabaeorum aetate, iterum dispersae sunt partim in Libyam atque Alexandriam Aegypti, partim in alias regiones, utcumque tulit sors. Hinc confusae sunt atque permixtae genealogiae, domus quoque possessionesque acquisitae in regionibus, in quas captivae ductae fuerant. Quod ex ipso Actorum libro constat, ubi legimus Hebraeos bene multos ascendisse Ierusalem festis diebus imminentibus ex Parthia, Media, Elamitide, Mesopotamia, Phrygia, Pamphylia aliisque proximis locis et remotis, eos vero, qui

---

*) Quae abhinc sequuntur Philonis de providentia sermones duo et sermo unus de animalibus, sumti sunt ex libro, qui inscribitur: „Philonis Iudaei sermones tres hactenus inediti, I. et II. *de providentia*, et III. *de animalibus*, ex Armena versione antiquissima ab ipso originali textu Graeco ad verbum stricte exsequuta, nunc primum in Latium fideliter translati per P. Io. Baptistam Aucher Ancyranum, Monachum Armenum et Doctorem Mechitaristam. Venetiis, typis coenóbii PP. Armenorum in insula S. Lazari. MDCCCXXII. Superiorum permissu.“ Caeterum conf. Vol. VI. editionis nostrae, pag. 279, not. * et †.

cum Stephano contendebant seque legis aemulatores venditabant, ex Alexandria magna ex parte fuisse. Ex horum numero et hic Philo [*] fuisse creditur *): etenim per ea tempora praefectus erat civitatis Alexandriae et legatus Romam missus ad Caium Caesarem, reversus est inde cum ignominia; quod tempore praedicationis Petri Romae contigisse testatur Eusebius Pamphili **).

(Primum inter eiusdem commentaria locum habent) *Quaestiones et Solutiones in Genesin. Genesim* dicit universarum rerum factam a deo increato creationem, quam narrat Moses ille theologus ex ordine illis verbis: *In principio fecit deus caelum et terram*, quibus breviter innuit intelligibilium ac sensibilium creaturarum originem. Ne autem confusae censerentur creaturae, ordinem quemdam Historicus sequitur, et diem primum et secundum et caeteros usque ad septimum recenset, quamquam voluntas et virtus dei universis simul condendis omnino par erat. Quod magnus iste sophus animadvertens testimonium perhibet historici verbis, quod deus non tempore indiget, sed omnia ante tempus et incircumscripta scientiae eius inerant incorporaliter, et quando voluit, intellectualium genus formavit et sensibilia omnia visibili qualitate donavit, quae essent invisibilium indicia.

Huc pertinet, quod refert fecisse deum germina et gramina, antequam plueret super terram, et antequam pullulasset germen, germina fecisse; et quae alia [*] de paradiso et fluminibus caeterisque rebus ad litteram dicit: tum quae de deceptione serpentis et assensu mulieris virique consensione. Deinde ex ordine exponit iustam poenam, proscriptionem nempe de paradiso; nec non oblationem hostiarum Abel a deo probatam reiectumque Cain

*) Haec undenam hauserit Armenus interpres, ignoro: quemadmodum quae paulo post subiecit de Alexandrina eiusdem Philonis praefectura. Auch.

**) *Euseb.* Hist. Eccl. II, 5. et Chron. P. II. anno Caii Imp. 3. Auch.

a facie dei; eventus denique omnes qui contigere unicuique, bono scilicet ac malo. Tum de arca Noë et vita Enos atque de punitione per ea tempora hominibus illata; demum de propagatione in benedictione trium filiorum Noë usque ad Abraham natum primogenitum.

Tum alterum volumen illud considerandum, ubi habetur apparitio dei Abrahae facta iuxta quercum Mambrae, et promissionis verba et eventu firmata promissio, et fidei eius laus, et servata inter Chananaeos quasi in terra aliena integritas, et per divinam benedictionem multiplicatio; et quae filiis eius posterisque evenére usque ad Mosem; et quaestio de decem gentibus*), quomodo illas Iudaei in potestatem redacturi essent. Haec hisque similia, sententiis praeclaris expolita atque in ordinem digesta, in isto (volumine) continentur.

Quae vero continentur in quaestionibus et responsionibus in Exodum, iuxta exemplum primae creationis mystice tractata sunt, initio vernalis temporis**), cum scilicet nationi propheticae ab ipsis iustis propagatae praeceptum fuit, ut mensium primum Nisan veluti caeterorum [*] mensium principium agnoscerent; quandoquidem primus est, et nomine et re, et ordine et virtute atque natura. Et revera aequum erat salutis initium dilectae deo atque propheticae nationi eo ipso tempore contingere, quo et rerum creatio (contigit) ex benefica dei virtute. Qui enim valido verbo et voluntate hac ipsa anni tempestate condidit universa, is profecto eodem anni tempore iustorum filios protectione sua atque virtute ex dira servitute se affligentium in libertatem restituit; duplicemque virtutem ostendit, quum et his vitam tribuit atque laetitiam, et illis aerumnosam mortem et luctum sine solatio: deditque his quidem sacrificia gratiarum actionis persolvere, illis vero horrore et stupore subitaneae mortis repente obsideri.

---

*) Quae nimirum nomine tenus commemorantur Gen. 15, 19. Auch.

**) Ubi supponitur ex sententia Philonis mundum creatum fuisse verna tempestate. Auch.

Post haec et Legum ordinem disponit et ascensum Mosis seniorumque in montem cum Hore et Aharone, nonnullis divinae revelationis lumen intuentibus, caeteris autem deorsum pro dignitatis suae gradu remanentibus. Addit tabulas lapideas receptas et reliqua usque ad oraculum legis decem verba complectens; cuius primum virtutem ipso numero praeceptorum comprehensam artificiose exponit, ac in quo perfectio huiusmodi sita sit, interpretatur. De amictu quoque sacerdotis mystice agit, ubi etiam Christum dei commemorat, et supremam eius cum patre potestatem profitetur *).

[*] Quandoquidem vero instructus imbutusque erat Philo omni fere Graecorum sapientia et sub divina lege innutritus, futiles Ethnicorum opiniones aggreditur, qui motibus periodisque prosperos ac adversos mutationum inferiorum casus tribuebant, et consequenter fortunae, fato et necessitati immutabili omnia censebant subiecta esse, ita ut providentia conditoris perpetuique rerum nostrarum arbitri prorsus tolleretur.

Itaque adversus illos imprimis divinam providentiam curamque demonstrat, tamquam peritus divinae legis, quam et Dominicam Scripturam appellat. Haec autem cum Alexandro doctrinae studioso et indagatore, et Lysimacho cognato suo, quem etiam fratrem suum appellat, philosophatur, atque utrique persuadet, providentiae omnia, quae sunt, esse subiecta **).

---

*) Hactenus interpres optime describit ordinem librorum Philonis, iuxta dispositionem melioris codicis nostri; ubi post *Quaestiones de Genesi* et *Exodo* agitur *de Sacerdotibus*, *de Altari* ac *de Decalogo*: deinde post nonnulla *de Sampsone*, *Iona*, *tribusque Angelis* collocatur sermo *de Providentia* cum sequentibus. Auch.

**) Quum duo sequentes sermones Alexandro inscripti sint, tertius vero tum ad ipsum, tum ad Lysimachum respiciat, iure interpres noster tertium quoque illum sermonem *de animalibus* agentem pertinere ad tractatum *de providentia* arbitratur; quamobrem et nos in unum tomum reducendos putavimus tres istos sermones. Quis autem sit ille Alexander et quis Lysimachus, coniectura tantum constare potest etc. Auch.

DE PROVIDENTIA

AD ALEXANDRUM

SERMO I*).

[I, 1. 2.]

1. [*] Quum ea, quae de Providentia dici possunt, exquisite indagare mihi proposuerim atque singularum rerum, quae in orbe contingunt, rationem expendere, dicendi modum, qui sapientum aures deceat, exposcendum esse putavi**), eoque adhibito hac de re disquisitionem suscipere, quamquam ea, de quibus inquirendum nobis est, difficiliora omnino visa sunt, quam ut facile comprehendi [*] ac inspici possint. Neque enim per rixosam disputationem, dicebam intra me, loqui decet; sed per evidentiam a comtemplatione rerum visibilium petitam, perficere demonstrationem contendam. Attamen quomodo tandem propositum assequemur, si huiusmodi quaestionem pertractandam aggressi iis tantum rebus insistere voluerimus, quae in oculos incurrunt? Posthabita nunc itaque harum rerum inspectione argumentis a ratione petitis rem in primis

---

*) Optime designaverat *Euseb.* Hist. Eccl. L. II. c. 18. in dinumeratione elucubrationum Philonis nostri, plurali numero *τὰ περὶ Προνοίας, illa (scripta) de Providentia*, sicut et nos re ipsa post praesentem sermonem primum edituri sumus alterum. Auch.

**) s. ita: *convenientes sapientibus aures novi petendas esse atque consulendas hac de re.* Auch.

persuadere conemur. Argumenta itaque huiusmodi sunt*).

2. Providentia irrationalisne est, an rationalis? Rationalis utique.

Qui vero accusatione providentiam afficit, rationaliterne id agit, aut irrationaliter? Rationaliter, dixerim.

Estne ipse quoque providentiae expers (i. e. improvidus), qui eam inculpat? Ita sane.

Quomodo ergo is, qui providentia destitutus est, providentiam accusare poterit, quum ipse careat providentia? Fieri enim nequit, ut legitimas accusationes proferat, quum prius eruditus atque intelligentia boni instructus ipse non sit. Verum est.

Quod si quis satis bonum accusatorem se prodit boni, utpote qui sapiens sit, hunc nullatenus dicemus expertem esse providentiae, quum qui illam carpit, sapienter quaerat providentiam. Ita est.

3. Sciendo vero providentiam noscitne improvidentiam? Utique.

Providentia estne opposita improvidentiae? Quidni?

[*] Si ergo ita res se habet, providentia ipsa detrectet improvidentiam**). Necesse est.

At non providentiam improvidentia. Non sane.

Qui ergo inculpat improvidentiam, ob rerum curam (s. ex cura aut diligentia) incusat. Verum est.

---

*) Haec patebunt ex toto cursu sermonis primi, qui solis rationibus constat, ideoque multam in se continet obscuritatem: cum sequens sermo exemplis familiaribus interspersus longe pronior sit atque expeditior. Auch.

**) i. e. Providentia ubi est, ibi improvidentia non erit. Auch.

Si itaque quoad rerum curam inculpat, datur providentia. Ita est*).

At bona estne providentia? Bona sane.

Improvidentia tamen non est bona. Non ergo improvidentiam dari dicit is, qui incusat providentiam. Ita.

Novit ergo providentiam. Omnino.

Quod autem noscit, habetne in animo? Utique.

Quod vero habet aut didicit aut invenit aut ex natura iam habet. Ita est.

Accusatne improvidentiam? Etiam.

4. Porro ipse parsne est universi? Qui non?

Pars, inquam, cum universo coniuncta? Necessario.

Atqui is qui universi est pars novitque universi providentiam, necesse est ut ab universo quid habeat providentiae. Si ergo ab universo quid habet providentiae, eo quod pars est universi, quomodo ergo non aderit providentia?

5. Caeterum qui doctrinae studio operam dat, laboris timore ab expendenda [*] re, quam inquirit, nunquam abstineat. Quamvis enim difficilis captu quaestio sit, tamen cum huius mundi summae pulchritudinis cognoscendae causa contemplationi immorabitur, animadvertet eum ita esse constitutum, ut per partes, quibus exstruitur, se ipsum declaret ac de se loquatur. Hinc qui optimae fidei esse existi-

---

*) Sensus erit: Ipse prorsus accusator providentiae (eo quod aliqua eius opera nolit probare), fateatur necesse est, quod providentia, eaque optima, omnino sit necessaria. Quo concesso facile diluuntur ridiculae accusationes humanae de divina providentia. Auch.

pantur, illos iuvat non demonstratio ex voluminibus desumpta, sed comprehensio, quae per sensibilia comparatur. Quorum nos debemus praeiudicia curare non verbis tantum contentiosis, verum etiam per manifestationem visus, ignorantiam ad captum veritatis fide dignae conducere.

6. Nam saepe fit, ut qui perfunctorie vagatur in observatione, putet ab aeternis annis ac initio carentibus esse ac constitisse hunc mundum, ita ut nullum creationis principium illi fuerit, sed perpetuam exsistentiam habuerit et nullatenus dissolvi possit. Quum tamen evidentiores observationes, quas subiiciemus, adductae fuerint, iam nec alterum illud longa ambage circumductum universale argumentum sophisticum efferri poterit, quo nituntur ostendere non incepisse deum aliquando creationem huius mundi, sed semper pulcherrimae huic universitati creandae vacasse. Dedecet enim, dicunt, divinitatem umquam sine operatione esse, quoniam otii atque inertiae est istud: sed absque initio, aiunt, condidit deus universa, haud intelligentes talis hypotheseos absurditatem; quippe qui volentes minimam accusationem a deo amovere, maximam in ipsum accusationem intentant.

7. Superest itaque ut dicant, materiam ornatu ac forma et figura carentem, qualitate ac forma ab eo donatam fuisse, et quae non erant in ea, figuras deinde sumpsisse: non enim umquam deus [*] illam creare iuxta eos coepit. Quod si sapiens illa creatio per deum facta, speciosam mundi formam condidit ex ipsa materia atque inde materia pulchram valde speciem sortita est, num hoc unum aiunt deum fe-

cisse, quum mundum creare coepit, et quae antea sine ordine ac lege atque errabunde moveri solita erat materia, tunc speciosum ordinem cum ornamento adepta est? num materia ipsa fuit deo principii loco (quum mundum conderet)? At creator iugiter istam intelligendo adornavit. Deus enim non prius intelligere coepit, quam agere; nec unquam (tempus) fuit, quando non ageret, speciebus (vel ideis) ipsis ab origine cum illo exsistentibus. Nam voluntas dei posterior non est, sed cum ipso est semper voluntas eius; naturales enim motus nunquam deficiunt. Itaque semper intelligendo facit et sensibilibus principium exsistendi praebet: ita ut haec semper coniunctim inveniantur et deum agere divino consilio et sensibilia accipere principium exsistendi. Neque enim fieri potest, ut cuiquam bene fiat per beneficium et interim beneficium a benefactore non sit: ita ut qui dedit, benefactor, et qui accepit beneficium, uterque boni particeps sit.

8. Quod si quis concedere haec nolit, atque fateri simul ista (fuisse), quomodo ergo antiquitus materia se habuit, quae nunquam sine ornatu suo in mundo reperta est? Si vero aliquod tempus fuit, quando ipsa ornamentis expers sit inventa, iam mundi principium tunc fuit, quum ornatus ei accessit. Quoniam si materiam intelligimus substantiam ornatu carentem omnique ordine destitutam, qui fieri potest ut non acciperet principium ornatus materia ipsa, quae nunc habetur in mundo?

9. Porro mundi partes, ut essent, [*] accepisse initium fatemur. Atqui partes si initium, ut essent, habuerunt, omnino necesse est totum quoque, ut es-

set, initium habuisse. Etenim si pars corruptioni obnoxia est, corruptioni obnoxium et totum sit oportet: sicut etiam partes mundi et partium partes, animalia terrestria, natantia et aërea, arbores fructiferae et, qui dominium habet super ista omnia, homo.

10. Quid vero est, quod extra mundum initium, ut esset atque exstaret, uspiam acceperit? Quid, quod non genitum fuerit cum mundo universo, qui ex contingentibus inceptisque partibus est compositus? Nonne apud omnes in confesso est, quod pars mundi est talis homo, quo homine humanitas exstitit? Nusquam enim humanitas erit, nisi prius homo aliquis: atqui homo ille initium habet generationis (sive creationis suae)*), et est pars humanitatis; neque enim datur humanitas sine aliquo homine, et sublato ipso homine quodam simul tollitur et humanitas. Si ergo homo quidam humanae generationis initium sumpsit, omnino necesse est et humanitatem subiacere creationi: sin autem unus ille accepit initium, ut esset, fatebitur omnis homo se subesse creationi.

11. Si itaque res ita se habet, nulla superest ratio, cur humanitas dicatur esse sine origine; quandoquidem partes eius creationi sunt subiectae, quum initium sumpserint a deo principii experte. Omnes enim ut essemus, produci debuimus: neque enim in infinitum [*] protrahenda series eorum, quae productione egent, ut sint; nam tandem in ingenitum (sive increatum) ens incurramus necesse est.

---

*) Quamvis in Gr. *γένεσις* proprie sit *fieri* s. *creatio*, et *γέννησις* *nativitas*, *generatio*, usus tamen tenuit, utramque vocem confundi inter se invicem secundum exarationem ac significationem. Auch.

12. Itaque oportebat semper aliquid esse, per quod ea, quae non erant, esse tandem inciperent. Nequit enim quidquam *ἀπὸ τοῦ non esse εἰς τὸ esse* venire, nisi prius causa aliqua intelligatur, per quam sit: ex quo efficitur, ut quaecumque nunc facta sunt, semper habuerint factorem (sive creatorem). Prima autem ipsa causa efficiens a nullo quopiam facta est: alioquin non esset ipsa prima causa efficiens rerum factarum, sed ipsa quoque a productis producta. Ubi vero causam inveniamus effectricem, si omnia sub creatione sint, nec ulla adsit causa rerum factarum?

13. Theoriam a nobis expositam alio modo expendamus. Corruptio particularum alicuius partis et iterum corruptio minimae partis huius particulae, si ex ipsa natura atque essentia corporis oriatur, praesignat corruptionem quoque futuram corporis totius. Quid enim est corruptio in aliquam corporis partem primum obrepens, nisi differentia quaedam parti vel particulae inducta, qua fit ut differant ab iis corporibus, ex quibus sunt sublatae? Siquidem quod unius eiusdemque erat naturae, dissolutionem subiit corruptionis, exspectantibus aliis quoque corporibus parem sortiri dissolutionem ac corruptionem, ita ut universa corpora mors in unum finem concludat.

14. Qui ergo naturali usus ratione, videt conditionem animantium animaliumque ratione praeditorum, et universim omnium rerum, quae in mundo sunt ac fuere, quod nempe in fluxu sint, nonne universum quoque mundum ad normam partium suarum habiturum esse corruptionem fatebitur? Coniicit enim ex [*] partibus quae iam periere, etiam ipsorum, quae adhuc exstant, elementorum futuram esse eius-

modi dissolutionem. Itaque hoc modo universorum naturam contemplantes adversamque sententiam oppugnantes oportet sapienter ac cum delectu ea quaerere, quae ad veri notitiam nosmet perducant, atque seposito praeiudicio certissimam investigationem adire.

15. Terrae itaque et aëris natura examinata atque perpensa nullam in istis invenies differentiam a caeteris mundi partibus, nisi quod unius eiusdemque naturae est totum in genere (*ut tota terra totusque aër*); et tamen utriusque terminus generatio est ac corruptio. Quum enim ista subiecta sint mutationi, variationi et conversionibus, finem etiam habent et permutationem naturae suae ab igne, ita ut consumpta longo opere ac deficiente tota naturali fertilitate germinationem non ulterius terra prae se ferat: quae sane semper ita habere voluisset, sed non potuit, ab igne impedita, ne germina producat, vel corruptione aquarum coenosa reddita, et aliter etiam aliis variationibus permutata. Quomodo illam itaque immortalem dicere praesumant, qui sapientiae vestigiis institerunt?

16. Porro theoriam a me prolatam nec a Graecorum disciplina reiici animadverto: quippe qui dixerint sensibilia mundi corpora sub fluxu ac corruptione esse, utpote loco, motui, tribusque, quas exhibet, dimensionibus obnoxia. Ubi qui [*] caeteris sapientiores fuere atque magnam sapientiae laudem obtinuere, negant corpora sensibilia perpetuo uno modo se habere, naturali necessitate vetante; sed id soli deo iure tribuendum esse, nempe ut perpetuo se habeat eodem modo.

17. Ne ergo quis ab aliis sophistis illusus aliter sentiat, per factam a nobis interrogationis ope inquisitionem, indubia etiam theoria, certa evidentique demonstratione patuit, quamvis artificiosis verbis ab illis undique impediatur. Neque multum laboris superest, si constanter tu ipse personam iudicis assumas. Quum enim, ut ostendi, partes mundi per destructionem corrumpi videam, cur non maiores quoque et vel ipsa elementa, caelum, inquam, et terram, destruenda fore concedam, quum iam de partium corruptione omnes consentiant?

18. Ac primum, non iam peculiarem mihi sententiam commentus, sed certo consilio haec pertractare aggressus, agam luculentissime de terra atque aëre, non minus ipsam aëris naturalem affectionem considerans, quam animadvertens ipsum nunc varias passiones experiri, et rursum in sanitatem redire: unde etiam medicorum iudicio per commutationes eius oriri morbos statuitur; quoniam languescere per hunc dixere corpora in mundo exsistentia naturali eius participatione. Qui ergo obnoxius est morbo, tempestati ac corruptioni, quidni ipsa quoque vita non demum privetur?

19. [*] Si quis autem aërem putat immortalem esse, ita ut perpetuum istum permansurum dicat, quomodo, quaeso, in corpore immortali mortales mori soleant? qui nempe vitali aëre perpetuo saturari illumque sugere consuevere? Nam si alias translata corpora morerentur, ubi non haberent immortalem iuxta se aërem, pronum esset dicere hanc esse causam moriendi: siquidem delirum insanumque mihi videtur putare vitam immortalem in mortali inveniri

posse. Quum tamen omnia eiusdem sint naturae, iam facile creata corpora debitam sibi variationem corruptionis assumunt, quando ille qui ea creavit, velit dissolutionem ipsis afferre.

20. Porro de mundi dissolutione deque conditione creaturarum vel ipse apud Graecos sapiens Plato ita dicit in Timaeo*): ,,Tempus nonne cum caelo factum est? Itaque simul nata simul etiam dissolvantur, si umquam et ipsorum dissolutio aliqua advenerit.“

21. Atque ille paulo ante**) suam de creatione (mundi) sententiam indicavit, inquiens: ,,Quaerendum itaque primum de eo est, quod in omnibus primum (vitae) considerare oportet: utrum nimirum (mundus) semper fuerit, principium creationis habens nullum, an factus sit, a principio quodam incipiens? Factus fuit; quoniam visibilis est atque tangibilis et habens corpus. Omnia autem huiusmodi sensibilia (sunt): sensibilia vero, quae per sensus percipiuntur, facta et producta fuisse [*] apparet.“ (Et deinde)†): ,,Atque sensibilis mundi creationem, (sensibile) argumentum ad mundum intellectualem esse dixerunt.“ Itaque dicit††): ,,Quum haec ita sint, omnino necesse est mundum istum imaginem alicuius esse.“ Simul et creatoris istum indicium vocans et ostendens sensibilem istum mundum fa-

*) Platon. Tim. III. p. 38 edit. Steph.: *Χρόνος δ' οὖν* (Noster legebat *οὐκ* vel *οὐχὶ*) *μετ' οὐρανοῦ γέγονεν, ἵνα ἅμα γεννηθέντες ἅμα καὶ λυθῶσιν, ἄν ποτε λύσις τις αὐτῶν γίνηται.* Auch.

**) Ibid. p. 28: *Σκεπτέον οὖν κτλ.*

†) Ibid. in epilogo p. 92: *ὁ κόσμος . . . εἰκὼν τοῦ νοητοῦ αἰσθητός.* (?) Auch.

††) Ibid. p. 29: *Τούτων δὲ ὑπαρχόντων αὖ κτλ.* Auch.

ctum fuisse:' ita ut fuerit deus semper intelligibilium factor, quique sensibilibus principium dederit ut essent. Mundus est autem secundum Platonem harmonia quaedam caeli et terrae et earum naturarum, quae in ea sunt, constans ex igne, terra, aqua et aëre, nec non ex diis, daemonibus, hominibus, animalibus, plantis atque materia.

22. Haec Plato a deo facta fuisse novit, et materiam per se ornatu carentem, in mundo cum ornatu ipso prodiisse; hae enim erant primae causae, unde et mundus fuit. Quoniam et Iudaeorum legislator Moses aquam, tenebras et chaos dixit ante mundum fuisse, Plato autem materiam (causam mundi ait exstitisse), Thales Milesius aquam, Anaximander (item) Milesius infinitum, Anaximenes aërem, Anaxagoras Clazomenius homoeomeriam (partes similes), Pythagoras (et) Mnes regis filius numeros, commensurationes et harmoniam, Heraclides et Hippasus*) Metapontius ignem, Empedocles Agrigentinus ignem, aquam, aërem, terram, et duo principia, amorem et odium, Aristoteles Nicomachi filius formam, materiam, privationem, elementa quatuor [*] et quintum aetherem, Empedocles mundum unum, nec tamen universum illum, sed minorem istius universi partem, reliquum vero vacuum esse materia (s. vacuam esse materiam), Zeno Menae filius aërem, deum, materiam et elementa quatuor. Caeterum superius dicebat: ,,Cuius pars sub corruptione iacet, necesse id est totum quoque obnoxium esse corruptioni. Nec enim sine toto partes constare possunt, neque totum sine partibus; nam mundus universus

*) Vide Diog. Laert. Lib. VIII. Auch.

unum corpus est e multis partibus a deo compositum." Nec tamen, ut alii quidam sapientum, animal esse mundus censendus est, sed artificiosa quadam harmonia compactus.

23. Verum enim vero creationis eius pulchras asseruere causas: nempe deum, *a quo*, materiam, *ex quo*, instrumentum, *per quod*. Instrumentum autem dei est Verbum. *Ad quid* denique? ut sit argumentum (i. e. ut se deus manifestaret). Creaturarum ergo causa est deus, ut creator; corruptionis autem (idem deus), ut iudex.

24. Quod vero habeat creator naturam providam creandisque rebus aptam vi sapientiae suae, id sollicite disquirere nequaquam necesse est. Nam creaturae ipsae effectrices et mundi partes sapientiores atque particulae satis nobis insinuant. Ubi tamen intueri rursus velimus, qua ratione unaquaeque creaturarum perfectarum, a sapienti providentia atque efficaci intelligentia procedat, quaenam est ex mundi partibus, quae non aut sapientia aut providentia praedita sit!

25. [*] Eum itaque, qui universis maxime curam impendit, providum dicamus. Providet enim et homo filiis, et armentarius pecoribus, et agaso equis, et gregi pastor, nauclerus navi, et infirmis medicus: ipsa quoque apis sapiens et formica provida est. Haec autem partes sunt et particulae partium universorum, partes tamen sapientes et provide curam habentes. Cuius itaque pars sapiens est ac provida, nonne et totum sapiens erit? Atqui haec omnia, quae recensuimus, habent principium creationis: quod vero habet principium, incepit: et quod incepit, a

quodam, initio sumpto, incepit: ab alio ergo principium duxit ille, qui incipiendo factus fuit sapiens ac providus.

26. Caeterum quomodo erit quis providus sine providentia, aut sapiens sine sapientia? Si ergo providus et sapiens nemo erit sine providentia vel sapientia, utique fuit ens aliquod providum atque sapiens, a quo initium haec sortita sunt. Siquidem oportet, ut creator provide curam habeat rerum ab ipso creatarum, nihil est enim, quod ab ipso non curetur. Quomodo ergo rationalem dei providentiam non appellabimus, maxime quum ea ipsa, quae ab eo facta sunt, providentiam prae se ferant (s. receperint)?

27. Proh sane brutam invidiam! ipsi qui se providos esse volunt, hi deo adimunt providentiam. Unius domus aut civitatis felicitatem omni cum abundantia videntes providentiae id opus dicimus et diligentiae, quae praeparata comperitur vel ipsis hominibus vilissimis indignisque, ita ut non indigeant etiam necessariis, nec illi quidem qui poenis et suppliciis damnati sunt. Mundo tamen universo nec procurationem ullam neque curam adesse dictitant, nec ullam [*] ipsi legem ab ullo cum pulchra providentia (s. praescientia) constitutam.

28. Et quomodo non insanum istud delirium habendum erit, ut quum intellectus noster, qui princeps est in nobis, curam habeat tum corporis sui, tum pecudum, tum subditorum, tum filiorum, ille ex adverso, qui universorum princeps est ac rector ac velut munerarius certaminis, nullam mundi habeat curam? Nonne id potius maiore ratione statuendum est?

29. In viventis natura profecto datur cogitatio prudens, omnia exornans sapientesque motus efficiens. Quare iis, qui corpora intuentur*), manifeste patet in iis, quae sensibiliter operantur, motum dari spiritus praemoventis et praevidentis invisibile consilium animae, ut opus instrumentorum operi ipsi inservientium perfectius reddatur**). Non alio modo profecto accipiendi sunt et motus illi in orbem terrarum diffusi a providentia, ita ut vel nescientes providentiae voluntatem videamus iam evidenter eam peractam fuisse†). Etenim fieri nequit, ut haec omnia putentur a nullo aut animo aut voluntate profecta esse, quum et ipsae partes minutissimae, consilio et instinctu providentiae cuncta exsequantur.

30. Quod si partes mundi et partium particulae cum iudicio, non vero inconsulto aut temere iudicium ferunt in indignos, quomodo non omnino oporteat certum consilium providum optimamque sapientiam divinae ipsi providentiae ante omnia tribuere, ob principatum illum, quo omnem publici iudicii [*] constantiam virtutemque continet? Nescio veritatis desiderio iudicium ardere††).

31. Porro certissimum argumentum intelligibilium (sunt) sensibilia. Non enim licet asserere, partes universi sapientes esse ac providas, patrem au-

*) s. *ex ipsis corporibus sub visu cadentibus.* Auch.

**) s. *ad opus perfectius agendum ab instrumentis ministralibus.* Auch.

†) Ad verbum: *iuxta providentiae incognitam voluntatem iam evidenter (totum) peractum.* Auch.

††) Verba id sonant; sensus autem erit: *Non video in iudicio humano desiderium veritatis;* (supple:) *si quis nolit his cedere.* Vel: *Non puto, quod studioso veritatis iudicium immineat.* Aut: *An nescis veritatis studiosum esse iudicium?* Auch.

tem ac principem totius mundi nullam prae se ferre providentiam. Ecquis consilia prudentis providentiae dedit ei, qui virtutem desiderat? Si non est providentia, cur non et nos absque diligenti cura, inconsulto et sine praevia notione operamur omnia?

32. Etenim si providentia tollenda sit, cessabit musice, philosophia, geometria, nautica et omnis sapiens intelligentiae adinventio, ac natura totaliter insensata atque immobilis evadet. Neque enim decet insipienti cogitatione partes universi prudentes esse ac providas existimare, eam vero, quae ab initio inest universis, providentiam inter entia creata otiosam atque incuriosam esse, quum ex una universali harmonia ac compositione sint omnia. Quae enim a se invicem pendent, non sine utriusque motu actum sortiuntur. Itaque partes sapientes per acta perfecta, quae oriuntur ex ipsarum symphonia, argumentum praebent et declarationem universae providentiae invisibiliter omnia moventis.

33. Nonne sapientiam ostendet fructuum [*] productio, stellarum mira dispositio, solis ac lunae invariabilis cursus, maris situs secundum legem, montium celsitudo haud modum excedens, denique omnium sensibilium legi providentiae obtemperantium concordia? Nonne haec manifeste demonstrant immutabilem prorsus seriem ordinis ex lege providentiae ac instar animae universitatem rerum moventis?

34. Providentia enim est, quae obedientes regit, super autem inobedientes constituit iudices distributos et exterminat hominum contumaciam, ut virtus per obedientiam decoretur a deo. De medio enim tol-

litur providentia, posita aequali distributione donorum mundi, ut iis et impii fruantur: et pulcherrimus flos quasi per corruptionem aufertur iusto iudici*) tum, quum caelum et terra transierint. Etenim laetitiae deliciarumque iucundus in mundo locus auferetur, quum iudex in retributione iusta mensura rependet iniquis hominibus secundum improbitatem eorum. Siquidem qui per distributivam iustitiam iudicis officium exercet deus, non permittit, ut ea, quae dignis tribui debent, ea impii amplius possideant per omnia tempora.

35. Erit ergo causa creationis mundi ipsius dei creatoris creatrix natura; corruptio vero mundi ac consumptio referatur oportet ad iudiciale ius eiusdem dei cuncta creantis, quatenus aequa lance iudicabit omnia. Quoniam stolida malitia quasi veneno naturales insipientium mores corrumpens, trahit iudicem ad vindictam, illum provocans, ut iusto iudicio decorem suum mundo auferat, atque eo ipsum pertrahat, ut antiquam [*] illam sibique propriam deformitatem, sibi iam iterum induendam esse certo sciat: quandoquidem decorum illi videtur, si corruptam illam atque infandam scelestorum hominum vitam alat atque cupiditates.

36. Non enim oculus tribunalis (iudicis) incendium animae combustae lascivis immundisque facinoribus negligit: sed potius, more patris filios instituentis, modo timore, modo donis ingentibus, novit impedire ea opera, quae iniqua sunt atque exorbitantia. At qui dissoluti omnino sunt molitie caduca-

*) Vel potius: *a iusto iudice*, sc. *per iustum iudicem*. Verum tunc aliqua deesse in praemissis dicendum erit. Auch.

rumque rerum specie decepti, quum nequeant ipsarum damna ferre, hinc in vitam impiam adhuc violentius adducuntur. Sed quoniam isti penitus a divinae providentiae curis super humanae animae originem esse abduxerunt, iram eam, quae universis elementis imminet, et ipsi subibunt; et quoniam perfectissimum hoc opus providentiae subtrahere conati sunt, cessante pulcherrimo hoc summi creatoris opificio, eadem et ipsi calamitate obvolventur. Etenim qui inobedientes exstitere, his condignum iudicium retribuet, ac compotationem, ut ita dicam, iucundae laetitiae illis deus adimet: tum ipsum instrumentum operationis, venustam (scilicet) mundi speciem excipiet dissolutio corruptionis; quoniam morum dignitas ab hominibus periit per inconstantiam consilii, praecordiis a malitia iam captivatis.

37. Superest autem inanis quaedam sententia a quibusdam excogitata, nempe improvidentiam evidenter constare. Non tacebo, sed dicam, ac rebus certo consilio perpensis ostendam facili declaratione, quam sint insana quorundam argumenta. Ne tamen per ignorantiam [*] forte aberremus a veritatis regula, liceat haec praemittere. Ac primum mala mundo inesse dicuntur. Huiusmodi sunt improvisi aquarum illapsus ex imbrium copia super materiam anima carentem, qui nunc excedunt modum, nunc deficiunt; grandinis super germen et terram virentem decidentis impetus, quae corruptio est exitiosa. Consumi videntur omnes (vel omnia) impii ac iusti aequali calamitate poenam sustinentes et aequaliter mortem subeuntes saeviente pugna, peste et fame. Probi viri paupertate pressi, impiis ditescentibus et vitam feliciter traducentibus.

38. Quibus ultro dicendum: Eruditionem melius est velle, quam contentionem; animas enim ignorantiae vitio laborantes consilium veritatis solum sanare potest. Primam itaque quaestionem disquirentes, sic procedamus. Providentia suam visitationem prius exercens supra materiam anima carentem, admonet homines, eos excitans ad arripiendam comprehensionem veritatis. In ligna ac saxa fulmina mittit, haud materiam dolore volens afficere, sed prudentem providentiae disciplinam ostendere hominibus; ac in ipsa materia animo carente invisibilem hominibus providentiam tamquam per operationem visibilem demonstrans, ex ipsis factis probat essentiam suam atque exsistentiam.. .

39. Ecce etiam illi, qui non sunt imperiti agriculturae, quum frumentum in terram immittunt, si viderint atram tempestatem in aëre impendentem, [*] aggrediuntur aërem flagellis verberare: nec eius causa id agunt, qui dolore minime afficitur, sed industrio studio nocivas semini res (aves) in aëre discurrentes repellere volunt. Neque tamen eos insipientes dicimus, ut qui aërem ad servanda semina torserunt. Porro id et sapientem dei providentiam per fulmina, quae super inanimantia mittit, provide facere dicimus. Quoniam timorem et flagellum super res creatas (s. factas) per sapientem providentiam immittit, ut ad certam indagationem istius modi factorum homines redeant. Qui enim timuit apparitionem fulminum, is profecto nequit non indagare, utrum id repeti ab re inanima ac improvida debeat, quod fit per materiam inanimam, ac utrum sine providentia aliqua, quae hominibus praesit, caelestium minarum furor in mundum irruat. At iste

quomodo deinceps non videbit prudenti consilio adorabile (numen)?

40. Etenim si nec providêntia est nec universalis motor, nihil omnino in mundo moveri poterit. Quis enim dicere potest, totius mundi compositio inanimata quum sit, animatos motus fieri posse in natura perfectae creaturae? Quod si non constat, argumenti loco sit civis huius mundi homo ipse, qui tamquam parvus mundus*) in magno mundo factus est, quum sine anima nequeat corpus actiones suas perficere, nisi prius consilio eius optimo velut amici cuiusdam utatur: quandoquidem postquam praevaluerunt in animo deliberationes invisibiles, visibiliter sequitur sensibilium (vel sensibile) [*] membrorum officium. Animae enim deliberationes practicae, sensibilium vero operationum opera peracta manifesto argumento sunt.

41. Si ergo sagitta ex arcu in hostes emissa aut hasta vibrata inimicum occiderit, anne conveniens erit dici, quod illa etiam vim habeat rationis sine anima haec operandi per membra? Si autem id fieri nequit, ut revera impossibile est, reliquum est dicere, quod est ista cura attentionis animi per manum haec evidenter operantis. Quod si animalium brutorum et animalium rationalium actionis vim esse novimus factum**), dicamus in omnibus mundi partibus animam quandam ac voluntatem (id est providentiam) operari, nec sine anima motum haberi.

42. Nam etsi cogitationes nostrae per considera-

---

*) Graece *μικρόκοσμος*. Auch.

**) Aut sic vertere liceat: *vivum brutorum et rationalis animae impetum esse novimus factum.* Auch.

tionem falsum hoc esse suadere videantur, nos tamen ex nobis ipsis sumentes exemplum, secundum iudicium iam dictorum, examinemus studio eruditionis. Quum enim appetitiones animi nostri prius intra nos per consilium prudentiae efformare consueverimus, postea vero exsequi nostram voluntatem, profecto, si antequam principalis dux*) anima suum arbitrium manifeste declaret, quis agat, tunc quae ex illo opere oriuntur, absurda erunt, et quae antea praevisa non erant, ea sub finem unusquisque per se testatur falso se credidisse nec rem animae iam notam fuisse. Quoniam si anima ante rem factam consilium iniisset, nihil imprudenter egissit. Pari modo esse aliquem, qui plenitudinem rationalium mundi partium moveat, patet per se: quemadmodum ubi artificiose artis alicuius opificia per homines [*] industrios elaborata cernuntur, statim haec ipsa videntibus, et si procul artifex sit, esse tamen aliquem aperte patet. Opus siquidem ipsum evidenter demonstrat factorem, quamquam is minime adsit. Ecce ex materia aerea elegans artis peritus artificiosam machinam sollerti ingenio perficiens, instrumentum tempora discriminans dabat civitati, ut temporum quantitatem per mensuras divisionis distributam praestaret iis, qui vellent assequi plenam notitiam eius rei. Siquidem circuli artificiosus gyrus duodecim horarum diem suggerebat per regulatas distantias**).

43. Praeterea illud quoque maxime mirari opor-

*) Graece fortasse τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς, h. e. animi pars s. facultas, quae caeteras regit. Auch.

**) Mira descriptio horologii, quam tamen machinam nonnisi saec. XIV. vel XV. inventam nonnulli arbitrabantur. Auch.

tet, quod ars ingeniosa materiam exanimem variis figuris efformans, vocem figuris ipsis indit diversorum animantium, ita ut automa vocem emittat animalium viventium. At qui opus illud artificiosum vident, non ipsam machinam fabricatam mirati abscedunt, quum haud nesciant illam esse materiam exanimem, haud per se habentem actus illos, sed ipsum musicum opificem laudantes, et si opus eius praeclarum pertractant, illum tamen intueri concupiscunt.

44. Non ergo decipimur, quum providentiae opus esse dicimus fulminum iactus, ab ea nempe providentia perfectos, cui mundi partes sapienter obsequentur, quemadmodum materia nutui artificis: diximus enim vel ipsum instrumentum temporis indicem ex arte sapientis factoris obsequenter homini motus perficere.

45. [*] Quod si homo, rationale animal idemque que pars mundi et partis pars, potest per se atque ex virtute sibi indita semperque officiosa opera utilia prudenti animo facere, cur providentia, illa universi mundi anima, a qua rationales etiam partes acceperunt esse et exsistere, nequeat facere quicquid vult, quin ullis instrumentis utatur, sed intima prorsus virtute sua?

46. Nonne nimia fiducia, immo extrema audacia est denegare sagaci providentiae sapientem deliberationem operandi ad instructionem, quoties corrigere vult totum hominum genus, intendens ornatos in eo mores efficere ac per pavorem ac donum disciplinamque ad ordinem decentem invitans? Instar nimirum bonae nutricis puero diligentissimam cu-

ram adhibentis nihilque amplius agentis, nisi quod ipsi decorem ferat, nempe ut, puer etsi similis sit matri suae, ea quoque auferantur, quae pudori illi esse possunt. Quod si contumax ille reperiatur respuens curas sibi adhibitas, non ideo desistet nutrix, nunc aures puero vellicans, nunc plectens, alias quoque minis perterrefaciens, ut, quamvis invitus, recipiat honestum corporis habitum. Oportet enim, quae in filio velut ossa superflua pudorem afferunt, tolli a parentibus, etsi dolore affici et ipsi videantur, imo licet quandoque doleat ipsa quoque nutrix atque tristetur.

47. Itaque providentia immittit grandines, fulmina, locustas, ut variis flagellis ad virtutem filios adducat, etsi isti insipientia ducti contumaces sint: neque enim decet providentiam, relinquere homines velut providentia destitutos. Nam si providentia non esset, nullo dolore [*] afficeretur animus, neque morbo ullo vexaretur, eo quod nemo esset qui flagellaret. At si non corripiatur, non acquiret sanitatem mentis; deerit enim ei admonitor. Qui ergo non cognoscit providentiam, cognoscet ex morbis: quum alioquin mortua natura putanda sit, quae non sentit dolorem.

48. At improvidentia nulli rei aptà esse potest; nam quasi mortuum corpus iners est neque, etsi sit, quicquam praestat, sed perinde est ac si non esset. At providentiae proprium est utrumque praestare: siquidem florescit ut viva, afferendo quod habet; dat sicut deliberans, et affligit tollendo. Nam virtutis bravium (*βραβεῖον*) honestat, prae se ferens liberalitatem sine invidia: ita ut congaudeat illi, qui accipit, et ei, a quo aufertur, condoleat.

49. Quod si quis non hanc esse dixerit eius naturam, ut haec semper in se habeat, et inde det, unde habet, interrogabo ego eum hoc modo: Si qui accipit, quum ipse pars aliqua sit mundi partisque pars, providus esse videtur, quomodo ille non erit providus, qui creata haec dona hominibus affert, quando vel ipse, qui ab illo haec accipit, providus esse cognoscitur?

50. Dicat mihi Epicurus, quotquot ipse scriptiones edidit, utrum ex providentia sapientiaque scripserit, an sine sapientia? Si enim sine providentia sapientiaque scripsit, anne sibi gloriae tribuet, quae scripsit huiusmodi esse, ut sapientia et disciplina destituta esse videantur? Quod si sapienter scripsit atque prudenter, quomodo sapiens erit, quod non est ex sapientia, aut providum, quod non est ex providentia? Siquidem non (est) sapientia sine providentia, neque providentia sine sapientia.

51. [*] Quod si haec ita se habent, fatebitur certe providentiam, qui ex providentia est, et docebit providentiam, quatenus providentiae pars est: quoniam partes sine toto non consistunt, nec totum sine partibus. Quis enim dixerit totum sine partibus, quibus sublatis non est totum? Quae ergo inutilitas ac improvidentia erit, ubi quisquam ipse ante omne opus comperiatur sapiens ac providus? Si enim scientia est, etiam provida est: atqui datur sapientia ac scientia, a qua edoctus fuit; est enim sapientia sapientes edocere, non autem insipiens est scientia. Quod si non est insipiens, sapiens erit; si autem sapiens, provida utique erit: quia pervigil sollertia provide omnia agit. Ideoque iterum dicam:

Cuius pars provida est, necesse est ut totum quoque providum sit. Qui vero velit ab universa natura tollere providentiam, prius oportet ut partium eius providentiam irritam reddat: quia indocta erit omnis anima, si non datur providentia. Nec formicam quis providam censebit, nec apem ingeniosam, neque hirundinem industria praeditam: non enim praescientia ex natura id novit.

52. Si vero liceat audacius adhuc ac fidenter aliquid dicere, cessabit iudex de iniuriis quaerere neque curam geret quisquam civitatis, qui non norit providentiam: quum non detur providentia, a qua haec edoceatur. Quomodo ergo, quando princeps sapienter regens civitatem providentiam exercet, istius [*] laudant principatum tamquam omnia prudenter operantis, formicam etiam, ut amplius quid dicam, apem, gruem caeterosque in aëre volantes providos esse ac sollertes probant? Iudicem etiam urbis, qui iudicio mortis aliquem damnat, quando opus suum id exigit, haud vituperant, providentiam vero videntes fulmina desuper mittentem grandinesque super ligna, saxa et impios, improvidentiam appellant?

53. An nec animalibus neque mortali hominum generi participationem providentiae volunt tribuere? Mellificium ab ape*) apto ordine dixerunt perfici, dispensatoris more formicam noverunt semina inter foramina colligere: et tamen in providentia otium quoddam omnino comminiscuntur, non videntes

*) Ad verbum, si mendum desit, ita exponitur: *Mellificium ante apem s. ape anterius;* quo dato fortassis interrogationis nota locum habebit. Auch.

omnium omnino, quae sunt in terra, eam esse vivendi causam.

54. Et quid imperite agit providentia, in impios paucos numero fulmine animadvertens, ut mali timore acti providentiam ediscant — quippe qui ex natura sint rationali —, ne servorum more, imo et brutorum, prae inscitia acriter castigati, universim morti tradantur, quum nolint cessare a malitia? Nihil enim est, quod providentia despiciat. Et profecto benignitatis est argumentum id quoque, quod super saxa lignaque identidem cadant fulmina; monitionis enim causa ita disponit providentia, nolens penitus delere genus humanum, ac terrorem praebet, suam longanimitatem manifestans [*] elatis animo, atque ut vigilantem deliberationem arripiant, evidenter ostendens in visibilibus elementis potentiam suam.

55. Noli autem dubitare, amator veritatis, de doctrina nuper exposita, quum etiam ex lapide ignis non prodeat, si lapidi aliquis homo non accedat nec adsit qui eum eliciat. Siquidem debet materia exanimis obsequium praestare animali rationali, huius voluntati obsequens. Quando enim ex materia lapidis ignem accendere quis vult, ex ipso naturali motu illi insito, qui ratione praeditus est (s. ratione cernendus est), ignis in opera utilia e lapide elicitur. Itaque continent quidem elementa naturalem sibi ignem, at providentia motum praestans, ex subiectis corporibus, ut anima ex corporibus sensibilibus, visibilem effectum producit. Eodem modo per totum mundum dilatabit providentia invisibilem elementorum ignem ad impios iudicio obnoxios, quin

iustus circumdari fulmine debeat*); nam cum electione omnia iudicat providentia.

56. Corruptio autem fructuum ex grandine, imbribus caeterisque calamitatibus obveniens, haud dolore afficit iustum; quum enim nihil habeat, quo privetur, non ipsi iniuria infertur. Etenim non offendit iustum ullo modo, praesertim eum, qui tranquillitate omnino decoratus est: is enim prout assuefactus est, moderate rem accipit (s. pro exercitio s. probatione accipit), animo passione omni carente minimeque perturbato. [*] Quod si mutationem animi patiatur iustus, vel possessionibus sublatis, vel iniusta morte superveniente, iam non est iustus; quum donorum et mercedis gratia divinitatem colat, omniumque superbissimus revera sit huiusmodi iustus, qui nullo modo dolores exspectet, sed gloriam et laudes, ita ut tota eius vita superbiam redoleat.

57. Ecquis providentia ipsa sapientior est, ut vituperet quae ab ea fiunt? Quis sapientum incusabit medicum, qui remediis adhibitis praevenire morbum conetur? Atqui eodem modo etiam providens universo mundo natura sapientissima est, quamvis immissa pluvia cum iustorum etiam detrimento germinum foecunditatem impedit, satis sibi conscia id se impedire, quod ipsa fructuum abundantia singulis detrimento futura esset.

58. Quomodo vero providentiam effectricem esse negabimus, quum causam iniquitatis effectricem auferat, quum hoc modo efficiat, ut impiorum minora

*) Non negare se monstrat Philo iustos etiam similia pati, sed instat diverso animo perpeti, ut patebit ex infra dicendis. Auch.

sint delicta? Etenim oportebat providentiam, quippe quae prudens sit, iis qui vitae innocentiam secuti essent, medicinam praestare, quae illos ab animi morbis tutos redderet: quoniam arx magna patet iustis, si providentia haud leves exercitationis*) causas ipsis relinquat: audacia enim consilia vix laudabilia sunt, imo nociva, etsi a iusto profecta. Haud ergo peccat providentia, quando praedicta aufert a iustis; solet enim in [*] aequitate eos servare, haec auferendo.

59. Caeterum in praesentem quaestionem cadit illud etiam, de quo disputant eruditionis gratia nonnulli dicentes: Quomodo mortis pavorem immittit providentia etiam iustis proelio imminente? Nec non aberrante navi in vastitate maris, iusti ac iniusti eodem tempore et loco aeque a morte obruuntur? His et alia similia insuper obiiciunt.

60. Verum interrogandi sunt, quodnam tribunal sit, quod discernat inter iustos et iniustos? Non est enim facile homini id statuere, quum non apparent singulorum mores; non enim licet insipienter de his iudicare, neque ullo modo quis potest metiri ac intueri uniuscuiusque vitam, quomodo acta sit. Quoniam sunt quaedam occulta aliisque non visibilia facinora ab ipsis perpetrata, quamquam ipsi iusti apparuerint, quum tamen solam providentiam nihil lateat. Si ergo incognita est hominibus vita singulorum, non erit dicendum iustos cum impiis perditos fuisse; quandoquidem sapienti iudicio omnia operatur providentia. Ac nos quidem ignoramus, quis impius

*) Gr. ἀσχολία, Lat. *vacatio*. Auch.

sit, quis iustus: providentia tamen tenet arcem scientiae, haud nescia, quae sit certissima singulorum vita. His ita se habentibus nullatenus vituperare quis praesumat providentiam, ac si sine iudicio comprehendente unumquemque ad finem adduxerit, quasi vero singulos sine delectu rapiat ignoranter.

61. Attamen si etiam iusti cum impiis [*] perirent, atque hoc quis tueri vellet, licet non habeat prae manibus demonstrationem firmam: nihilominus humaniter nos audiat, multa, nec ea tamen verbis comptis neque falso ornatu ficta scribentes, sed vera ac indubia argumenta, ex quibus veritatem quaesitam hoc lemmate deducere poterit.

62. Providentia quum plectit iustum, non iure iudiciali agit, auferendo dona ei data: non enim mutat iusti mores, vitiis involuntariis subdens hominem virtute praeditum. Si ergo semper similiter se habet vir generosus, ita ut, etsi in proelium advenerit, in tranquillitate sit semper et nihil eum tristitia afficiat, estne itaque locus dicendi improvidenter factum fuisse, ut pugna superveniat, etsi occidatur iustus cum iniusto? Nam qui virtutis ardebat desiderio, vix malum censebat se cum iniusto mori, eo quod anima eius semper remanet in integritate. Si ergo hominem virtute ornatum nullatenus offendit providentia, non utique iniuriam facit iusto, etsi cum iniustis moriatur; quoniam nullum is vitium praetulit in mente principaliter dominante. Qui vero permanet in consilio vitiis carente, quomodo vitium in se ferat? Quomodo iste providentiam accusabit, quum ipse nihil in mente passus fuerit*)? Quandoquidem quae con-

*) s. *consulto passus* s. *nihil* (*mali*) *passus eius consilio*. Auch.

tra voluntatem accidunt, eas quidem licet passiones dicere; in iis vero, de quibus gaudet quis suapte voluntate, etsi cum malis caeteris passim connumeretur, nullo modo id, quod patitur, passionem putabit, quamquam nimis dolorosum sit.

63. Siquidem et haec quoque magna est gratia iusto, nullo modo mortem timere: ideoque constantem hunc dixerim, [*] eo quod iustitiam (suam) neque mors deturbare potest, quia providentia non ipsum derelinquit. Impii etiam extra proelium mors improvidentia dicenda est: qui vero secundum iustitiam virtutem colit et eiusdem veritatis colorem sibi assumit, non exigit a providentia, ne cum impiis moriatur, pro nihilo id reputans; sed potius deliberatione vitiis carente illi semper est paratus, tranquillitatem semper suo animo comparando. Hanc optans accipere magnam gratiam, novit immortale consilium, providentiam per integritatem assequi.

64. Patiatur morbum et moriatur, qui providentiam non novit: dolore afficietur, et ita morietur, sine consolatione illa, quam praestat providentia. Iustus autem fortiter, imo hilariter morte suscepta, providentiae fidens integritatem animae prae se feret. Non enim licet felicitatem constituere in copia fructuum omniumque reliquarum rerum, et corporis sanitate, visibilique gloria, quum non simul adsit virtus.

65. Croesum Pactolus aureas undas ferens nihil iuvit. Xerxis turba illa ingens iam nullibi est. Alexander Macedo nonne mortuus est? Nonne a muliere turpiter bellicosa Cyri consilia impedita fuere? Ubinam sunt tot et tanta epularum et diversi generis

coquorum ministeria inutilia? Ubi sunt corporum vires? Narret Aiax, si adest; dicat Achilles. Daturne alicubi pulchritudo corporis? Dicat Helena, narret Paris, Amazones referant. Quod si haec animae providentiam [*] constituere nequeunt, quae gemens suspiransque ab his recedit, quomodo nunc dicamus dona fructuum possessionumque impiis felicitatem afferre? Ditescat impius, ut amplius doleat his sublatis, ut et nauta opibus navalibus deperditis: quum tamen iusti animus maneat integer, quamvis haec abierint.

66. Noscant itaque, iterum dico, noscant adversarii amatores accusationis, quod iustus nullam omnino in se patitur passionem, etsi nimium multae sint corporis afflictiones, donec animus permanet in integritate vitiis carente, etsi inopia et fames et infirmitas superveniat; quoniam providentia ea praestat iusto, quae integris eius moribus respondeant, alio modo adimplens voluntatem, etsi malis circumdetur. Providentiae siquidem proprium est curam gerere singulorum, quum sit inornatorum animorum providentia ad virtutem invitans.

67. Porro si rationale illud animal, hominem inquam, eo quod pars sit et partis pars totius mundi, diximus providentiam habere ad curanda tam bruta animalia quam rationalia, cur non maiore iure virtutem suam universalem exerceat providentia insita universo mundo, cunctorum habens curam, quamvis effectus impediatur quandoque apud nonnullos ratione praeditos? Si autem providentia non corripiat, non puniat, non bona faciat, non leges ferat, qualis illa erit [*] providentia, omnibus hisce inutilibus ac otiosis manentibus?

68. Atqui tunc patri erit similis, qui filium non instruat et improvidus sit; aut magistro, qui (haud) fideliter doctrinam praebeat proximis*). Sed tu quidem, ut convenit, quamvis moleste alii ferant, scis quae singulis debeas iuxta retributionem. Nec ullo modo dicere potes, quod aliquid mali factum sit a te, officium utile singulis debitum adhibente. Unde quaeso haec habens facis? Quandoquidem naturae mundi haec ipsa desunt, eo quod exanimem ipsum dixisti et providentiae expertem. Et quomodo providus fuisti sine providentia? Maxime quod pars es totius mundi, partes autem a toto accipiunt disciplinam. Itaque si, quasi in utero, in mundi natura originem sumpsisti, omnino necesse est, ut ab ipso habueris et illam, quae in te est, providam naturam. Quoniam si infans, qui in utero vitaliter producitur, ab ipso nutrimentum accipit, sine quo nequit habere vitam, quomodo, si hoc idem ab illo, qui se omnibus obligavit, non praestatur, tu dicis habere te naturam providam, quum tamen in compagine totius mundi motus providentiae diffusus non sit?

69. Quod si commentitia adstruens verba atque artificiosa adversus providentiam vis armari, ut tollas de mundo sapientissimam providentiam, et ideo quaeris, quomodo iustus infirmatur patiturque afflictiones? (Ad haec dico:) Quomodo iustus erit, nisi paupertatem iniuste sibi illatam, velut opulentiam laetabundus [*] suscipiat? Quandoquidem ornatum virtute nihil omnino est quod turbet aut deflectat.

*) s. ita accipe: *Pater filium minime struens similis erit, nec etiam magistro* etc. Aut sic: *Neque magistro cedat, ut proximos edoceat, sicut convenit.* Obscuritatem auget sequens allocutio cum altera persona, sive cum adversario, sine connexione cum praecedentibus. Suspicor itaque aliqua deesse. Auch.

Providentiam is non accusat, verum accusatoribus valedicens vel in ipsis morbis providentiam profitetur.

70. Terra perpetuo ac patienter easdem producere plantas non cessat*). Caelum ordinem suum immutabilem servat. Sol et luna caeteraeque stellae a decenti cursu non cessant. Mare regulam mandati non excedit. Aquatilia, volatilia et terrestria debitis officiis non desunt. Solus libertate praeditus mundi civis, homo, cui et principatus quidam imperialis concessus fuit, talis inquam providentiam dimisit legemque iustitiae neglexit. Nonne iniquum videtur reiecta providentia semet ipsum sui provisorem esse dicere, ac molientem omnia ingeniose tamquam vir prudens? Et quomodo non sit iste iniquus, pertinaciter universalem providentiam reiiciens, qui se doctissimum iactat caeterosque homines prudentiae compotes sibi vult esse subiectos?

71. Cui dicemus utique: O sapiens, unde habes virtutis et prudentiae facultatem, quum, quae te genuit natura, insipiens est, et universalis providentia nulla est? Sed vae huiusmodi hominibus tam audaci praesumptione occupatis, qui tam amenter se ingratos providentiae praebent, quippe qui sibi ipsis immerito sapientes videantur! Ego tamen numquam negabo esse providentiam permanentem inter fines comprehensionis suae, eamque exsistere, etiam cunctis elementis fatentibus. [*] Nonne et ratio asserit opus artificiosum esse non posse, nisi ab ingenio quodam, quod opus ipsum moliatur, suscipiat perfectionem suam?

---

*) s. ita: *Terra ad productionem plantarum, non sine passione vitiorum, fidelis perstat.* Auch.

72. Ecce enim statuam videntes statuarium intelligimus, et imaginem venuste pictam cernentes pictorem ipsum admiramur, atque navem ingeniose fabricatam intuentes architectum navis laudibus celebramus. Si ergo artificiosum opus videntes artificem ipsum sollertem agnocimus, quomodo non magis universorum sapientem providentiam per comprehensionem perceptionis concipiat oculus animi propter constantes mundi partes sapienter ordinatas?

73. Malus autem homo stulte nimis sibi persuadet non esse providentiam. In perditione fructuum aquarum copiam ex pluviis grandinibusque cadentem culpat negatque providentiam mundi dispensatricem, eo quod ipse fructuum diminutionem passus fuerit, quoniam damnum sibi illatum novit et cor eius vulneratum est: quae vero facinora ab ipso (corde vel homine) patrata fuerint, non videt, ut prius se ipsum damnet iniqua operantem. Discat tamen per ea, quae ipse a providentia passus est, dolere ex corde super iis, quos ipse iniuste iniuria affecit. Verum enim vero iniquum istum oportet reputare, quoniam suis factis paria non vult pati a providentia, et tamen quas ipse non est passus iniurias, inique aliis infert.

74. Maior autem eius impietas ea est, [*] quod his non obstantibus scimus illum procurare aliorum miseriam, quam pro nihilo ducendam ultro fatetur. Idque pro honore sibi ducit nihil recto iudicio agens, sed tantum cupidini obsequens effraenique animi motui, ac iumentorum instar, quae obvia quaeque depascuntur: nec enim altius attollit cogitationes suas, ut providentiam per indagationem inspiciat,

sed quae sunt super terram solum et omnino intuetur.

75. Quum navem per mare currentem ad portum appulisse quis viderit, is nauclerum laudat, quoniam nullatenus nescius est a sapiente navarcho eam gubernatam fuisse: ita ut navarchi solius perfectionem miretur, non operis. Etenim quod est inanimatum, non recipit gloriam de factis rebus, sed qui per ingenium industrium prae se tulerit artem, meretur laudem navi debitam, eo quod utili artificio moderatus clavum fuerit ad procedendum. Si ergo qui classem cernit, statim agnoscit esse aliquem navarchum principalem nec ignorat esse et ministros eius; cur quaeso providentiam ante omnes mundi partes non fateatur, si cuncta elementa ab ipsa gubernantur?

76. Siquidem nihil, quod sit providentiá sapientius, possum proferre, a qua cuncta corpora efformata necessariam distributionem suscepere eiusque potestati subiecta ab ea semper reguntur. Si quis vero nolit (obsequi), providentia suos fines non transgreditur. Insuper exempla naturae primo intuitu providentiam esse demonstrant; etenim rerum species et formae satis sunt, ut notum faciant artificem, etsi voce destituta corpora ordinata silere videantur, quandoquidem amant formata ab aliquo proprium auctorem confiteri.

77. [*] At est homo solus inter homines, qui fateri nolit, dari universorum providentiam effectricem, ex illa audacior evadens, quae ipsi inest libertas arbitrio praedita: hinc enim ex sana mente in delirium venit, miratus improvidentiam potius quam providentiam. Quoniam reiicit ille fraenum suis

dentibus a providentia impositum, non sustinens accipere ab ea sanam sapientiae vitam, sed omnia per eam (s. in se ipso) facta ad genethliaca commenta, fatum fortunamque reducit, totamque ipsam mundi naturam ab stellis dispensari dictitat.

78. Enim vero hoc nec clarum nec luminosum mihi videtur argumentum, sed iniuria ingens ab animali homine excogitata, et adinventio artificiosa, quae fallaci illudat deceptione: ita ut se ipsum libero arbitrio privare quis velit et adversus obiurgationes iniquitatum ab ipso patratarum praetextum sibi comparare. Lapis utique repertus durus, eam quae in pravitate prae se ferebat voluntatem, haud sui consilii proprii opus dictitans, sed astrorum in caelo circumactorum, quae qualitates motuum necessario in animis singulis perficiant.

79. At qui veritatem amat*), et praesentis quaestionis solutionem optat certa constantique voluntate, is lucido ac fideli animo cernit evidenter satisfactum fuisse huic interrogationi. Nam si alio atque alio modo consilia transmutentur, oberrant a rectitudine. Verum illud ante omnia quaerere oportet, anne errans delinquat ille, qui libertatem hominis abscidens omnia adscribit genethlialogiae? Id modo multiplici interrogatione [*] indagabimus. An scilicet rectores civitatum oporteat sententia mortis animadvertere in malos, quippe qui non libero arbitrio mala fecerunt, sed stellis mutatis in mala ruentes, vitam propriam ipsi per se recte ducere nequiverunt, ex tyrannica astrorum potentia per vim ducti?

80. Nam quae illa est iustitia, eos qui inviti pec-

*) s. negative cum interrogatione: *Alioquin nonne studiosus veritatis . . . ?* Auch.

carunt, poenis tradere, quum ea facinora non voluntarie peregerint, haud habentes ipsi potestatem supra mores proprios? Quae lex potest detinere animum, ne in operibus imitetur pravam electionem voluntatis, si nulla sit in ipso libertas? Quomodo potest obstare fato, a quo vel invitus abducitur? Quicumque libertate donati sunt (s. cuicumque insit s. praesit libertatis lex), illis quod libuerit lex imperet; habent enim mores eorum voluntatem libere agentem, a nemine impediti. At cui animus omnino destitutus sit libertate, huic licebit dicere iudici etsi iusto: Dissolve, libera me a vinculo natalitiorum, et postea da mihi legem, quae tibi placet; quando vero non mandetur a me exsecutioni, inducito super me vexationes tormentorum, varia vincula, et morte ipsa deperdito, nisi faciam iudicis mei placitum.

81. Sin autem obstant natalitia sidera voluntati uniuscuiusque, quis reprehendat hominem a caelestibus astris in malum per vim tractum? Non sane deus ipse, si legem ferat; potest enim subditus iste dicere deo quoque: Solve animum meum a natalitiis, et habebis legis observatorem. Quis parricida ac matricida iure [*] subiiciatur sententiae iudicii, qui ab astris coactus tractus fuerit ad internecionem parentum? Aut quis talem mulierem adulteram accusare velit, per vim sane astrorum impulsam ad iniquas coitiones? Quam plurima alia in terra a quibusdam indigne facta qui viderit, quomodo is poterit inculpare eos, qui brutorum more a natalitiis necessarie abducuntur (s. inculpari is poterit, qui ... abducitur)? Eos enim excusant *) natalitia astrorum universis hominibus inevitabilia.

*) Graece fuit, ni fallor: ἀκαταγνώστους ποιεῖν. Auch.

82. Quod si a natalitiis omnia disponuntur, cessabunt tacebuntque lex, ius*), iustitia, iudicum sententiae; haud enim libera est voluntas hominum ad agendum, quod est sibi propositum. Itaque sublato libero arbitrio ac natalitiis cuncta operantibus deinceps nec gloria debetur virtuti neque malitiae vituperatio; non generositas nec integritas animi aliquid esse dicetur, quum animus omnia agat invitus. Deinde aut inanes videbuntur carceres iudicum; aut dicendum erit, quod tribunalia iniusta sunt. Cur enim, quaeso, sententia mortis dicatur in eum, qui non ex se delinquit? Et quomodo non perperam mali vinculis ac carceribus coerceantur, quum a fato, pessimo principe, subiecti fuerint vinculis necessitatis?

83. Quod si malefactorum malitiam destruere iudices per timorem possunt, non ergo natalitia singulis imperant. Nam scelesti veriti tormenta, modestam ac pacatam eligunt sibi vitam, trepidantes ex metu mortis aut in deserta loca [*] demigrantes oberrant, siquidem malum facere iuxta impetum motus proprii adhuc volunt: ac utut sit, vexationem tormentorum timentes mala abhorrent. Datur enim in eis liberum arbitrium eo declinandi, quo unusquisque velit. Quoniam libertatis natura ad omnia, quae sibi placent agenda, expedita est.

84. Nonne et Iudaei legem circumcisionis libero arbitrio elegerunt, quam nusquam dimisere, sed potius per successionem posteris suis praebuere, ita ut nec natalitia neque constellationes potuerint eam tol-

*) Arm. est *dignitas*, Gr. ἀξίωμα, quod variis gaudet significationibus: hic vero est aut *auctoritas* aut *enunciatio iuridica*. Auch.

lere? Lex enim mentis imperat eis, non genethlialogia. Eodem modo cessant ab operibus die septima, quam Sabbatum ipsi appellant. Nec non ab illis carnibus, quas lex non permisit, abstinent. Nequit autem dici, quod unum ac idem omnibus contigerit natalitium, quo adigantur per vim id servare, quod Mosi deus in mandatis dedit. Si ergo diversis temporibus, horis ac diebus Iudaei prae se ferunt ex utero natalitium et nihilominus una est illis ratio vitae ac ordo legisque disciplina, quomodo universos homines dicamus genethlialogiae esse subiectos?

85. Quum Scytharum gentes praeter mores Iudaeorum propria sibi lege disciplinaque utantur turpemque commixtionem cum matre adoptaverint, idque filiis suis ac posteris Scythae tradiderint, ita ut processu temporis consuetudo illa vim legis obtinuerit, ubi est iam circulus zodiaci, ubi astrorum cursus? Quum enim non simile omnium sit natalitium, unam tamen vitae rationem omnes sibi adscivere.

86. Quae autem genethlialogia dedit [*] Aegyptiis huiusmodi disciplinam, ut sordidis cultibus sese dedicarent? Aegyptusne sola habet tales stellas, ut apud solos Aegyptios sit talis consuetudo? Quod si variis diebus horisque contigit horum omnium nativitas, quare non etiam variis moribus utantur? Quorum enim dies atque hora diversae sunt, sint quoque vita atque opera (diversa) itidem necesse est. Sicut etiam qui uno eodemque tempore nati sunt, aequam sortiri debebant sapientiam.

87. Si civitas universa debellata fuit ac capta, proelio superveniente debeone dicere nativitatem quoque eandem esse civium cunctorum? Si pestis

grassata est, nec iam unum aut plures tantum occidit, cur innumeram multitudinem eodem contigit tempore corrumpi? Ubi est natalitiorum nomen immutabile? Et quis invenire potest certum tempus generationis hominum, quum incertum sit tempus seminati seminis? Nequit enim dici stabilitum aliquod esse tempus, unde dignoscatur generatio puerorum, utpote ii, qui astrologi nuncupantur, inde horam désumpsisse comperiantur. Sed qui ob hoc constituti sunt astrologi, argumentum sustinere aggrediuntur: volunt enim promittere invenire se posse ex secundo natali primam seminis seminationem. Attamen fieri non potest, ut per manifestam nativitatem inveniatur incerta altera: quis enim potest ingerere se rei invisibili, praesertim quum nequeat inveniri, ubinam uniuscuiusque stellam exsistere accidat, semine seminato? Siquidem dixerunt, qui satis periti istarum rerum erant, velocissimam esse ac nimis festinantem natalium circulationem, ita ut fugiat eruditissimos quoque certus cursus.

88. Ne ergo cuiusque liberum arbitrium sub servitute natalium cadat, [*] animadvertendum est, oportere virtuosis verbis quemque excitari: id exercitationis optimum genus censendo, ut unusquisque per laborem animi accipiat inventionem quaesiti, stellarum autem motum nemo dominari in homines putet. Quem ergo circulum zodiaci vocant, illum ab ipsa providentia conditum superius diximus. Quod si astris terrificat (homines) providentia, id agunt astra propter quod facta sunt; quae vero aguntur, ab alio accipiunt, ut sint causa generationis. Et providentia universalis est omnium causa, generatio vero ab ipsa accipit essentiam ac exsistentiam.

Quae vero initium accepere generationis, cognoscunt creatorem. Quod si animalia terrestria, aquatilia et in aëre volantia cunctaque entia initium generationis acceperunt ut essent exstarentque, omnino necesse est et totum mundum generatum (s. creatum) fateri, quum partes eius ac minimae quoque particulae causam habeant generationis suae. Nam, ut diximus, cuius pars originem habet generationis, totum quoque habet originem generationis; et cuius pars corruptioni obnoxia est, omnino necesse et totum etiam subiacere corruptioni.

89. Quandoquidem vero humana natura a providentia declinans, ut desolata ac destructa, improbam sibi vitam ascivit, ita ut ab universali humanae animae origine abstulerit providentiam, aequissima erit totalis dissolutio elementorum aliquando futura. Haec est enim providentiae summa vindicta in creaturas rebelles, condignum iustumque iudicem impiis praeponi, ut nempe ab iis ea auferat, in quae veluti in quoddam perfectae felicitatis convivium ferebantur. Fugiant itaque elementa, abscedant, quae providentiae minas iustas [*] nequierunt ferre; quaeque instrumenta erant varietatis mundi pulcherrimi, dissolutionem corruptionis sortiantur: quoniam dignitas morum ab hominibus evanuit, inconstantiaque praevaluit in perturbatis animi praecordiis, malitia praeoccupante eiusdem mansionem.

90. Quae quum ita sint, ut dictum est, quo iure mundus ulteriorem durationem habere voluerit, quum providentia longanimitatem suam iam per multa tempora demonstraverit? Invitus licet, deinceps terrore afficietur et trepidabit elementorum nobilitas, provi-

dentiae ira conspecta, et praepositi mundo custodes*) illum derelinquent prehensum a condigno iudicio. Non est iam in eo venusta species elementorum; ablatum decus est; tristi deformitate universa affecta sunt; materia formam exuere properat; una cum eo periit civis mundi, homo, a malitia sane superatus, virtutem negligens, providentiam nesciens, quia honesta ac sana consilia ab ipso abierunt, quippe qui providentiam noscere nolens non vidit eiusdem effectum pulcherrimum, neque intellexit sapientissimae providentiae opera perfecta.

91. Unde vir probus**) (detur), o sapiens, quando non datur virtus? et iusti quis sit factor, quum iustitia tollitur? et si providentia sapiens nulla est, quis operum actor sapientum? Quandoquidem neque perinde convenit dicere esse aliquid vile aut malum, si causa nulla exstet, cuius viribus peragantur effectus. [*] Quoniam vero nec sine providentia aliquid provisum sapienter esse potest nec iustum sine iustitia neque sapiens sine sapientia, quomodo erit malus homo sine malitia?

92. Quae quum ita sint, non est malitia a providentia: pulchra enim optimaque est providentia, et bonus a providentia bonum habet; quoniam malitia opponitur virtuti, et malitiae expultrix est virtus, ex libero arbitrio sumere potens destructionem.

*) Angeli videlicet, quos Platonicorum daemoniorum loco asserit Philo huic ministerio addictos; satis enim peritus erat doctrinae sacrarum litterarum. Auch.

**) Ad verbum: *virtuosus*. Auch.

DE PROVIDENTIA

AD ALEXANDRUM

SERMO II.

[I, 44. 45.]

1. [*] PHILO. Diluculum adhuc est altum, ita ut amici solos amicos ac consanguineos cognoscant, quos sibi obvios adesse cernunt. Ego tamen nunc video oculis apertis ipsos amicitiae radios quasi emicantes. Etenim alios vix cernere potens, Alexandrum meum ex longinquo certe discerno, qui venit ad nos fortassis, ut audiat, quae de providentia dicenda supersunt. Quid enim aliud oportet cogitare, quum speciem ipse prae se ferat tamquam id iam praemonentem, ad quod festinat? Itaque quod qui sibi invicem occurrunt facere solent, nempe ut sese excipiant amice, id mihi quoque agendum est. (Itaque) Alexander mi, ave magnopere! Sed utquid tantum desiderium iucundum attulisti?

2. [*] ALEXANDER. Feriunt me, o Philo, de his rebus sollicitudines non paucae, quae me somnum capere haud sinunt. Siquidem parum abest quin dicam, totam me noctem vigilem transegisse, quae a nobis ambobus dicta sunt*), ruminantem. Nam et continenter ea mihi videbantur insonare auri-

*) Anteriorem namque sermonem a Philone in sua praesentia sermocinatum supponit Alexander. Auch.

bus meis, et ab aliis etiam cogitationibus distrahebar, quarum noscendarum desiderio vehementer incendebar, sive proficuae mihi futurae sint sive indignae quibus pascar. De quibus curiose interrogans singillatim, paratum me praestabo ad auditum scrutationemque veritatis. Quandoquidem in iis etiam quae heri confessi sumus, immanendum est, ut in concessis a nobis. Ne tamen imperfecta relinquatur quaestio, iamiam unde decet incipere, exordium ducam.

3. (Idem) Alexander. Providentiamne*) esse dicis in tanta rerum perturbatione et confusione? Quid enim eorum, quae secundum humanam sunt vitam, legitime ordinatum est? imo quid non est inordinatis actis refertum ac corruptione? Tune solus nescius es, quod malis et sceleratis copiose bona omnia affluunt, divitiae, [*] optima fama, honores, multiplex principatus, item valetudo prospera, sensus perfecti, pulchritudo, robur, fruitio voluptatum semper parata, ob copiam opum pacatamque corporis constitutionem? Qui vero consilii sapientiae et omnis virtutis studiosi atque amantes sunt, universi fere pauperes sunt, egentes, inglorii, humiles**), alimento carentes, infirmi toto corpore, sensibus hebetes, pedibus, manibus caeterisque partibus commodis languentes, morbosi, lividi, intestinis tumen-

*) Cf. Fragm. ex Eusebio supra Tom. VI. p. 209.

**) Hic interrumpitur Gr. textus, postmodum iterum continuandus, ut vides in sequentibus; quare consulto Euseb. hoc loco haec notaverat: „Quae quidem ille, ac sexcenta id genus alia refutandi animo et voluntate complexus, tum illa omnia, quae hoc in genere pugnare videbantur, ita dissolvit.“ Ubi editor minime advertens hanc periocham non Philonis esse, sed Eusebii, prosequitur commatibus eo modo, quo edit ipsa Philonis verba citata, tam in Gr. quam in Lat. Auch.

tibus, hydropici, prae esurie oculis deiecti, vultu aspero tristique. His vero positis nonne summae dementiae est dicere providentiam dari? Etenim si legislator aliquis aggrediatur legem scribere, qua malis atque ignavis honores tribuantur et probis supplicia, quid illum putas ab iis, qui audiant, passurum? Mihi lapidandus videbitur, atque poena acerba mulctandus, qui praesumpserit iustum bonumque repertum in natura rerum proscribere, sicut falsarius nummorum. Adde, nonne velut quaedam civitas totus mundus scatet huiusmodi iniuriis? Quum ii, qui in omnes invehuntur (s. in omnibus rei sunt) *), tam verbo, quam consilio et factis, praemia magna adipiscantur; qui [*] vero illis subsunt **), opprobrium et improperia pudore plena ac damna perpetuo patiantur.

4. Iniquum esse dixerim, putare deum praesidem aut auctorem esse huiuscemodi certaminis, in quo victores privantur corona et victi coronantur celebranturque. Victores enim illi sunt, qui virtutis agonem feliciter exercuerunt, propter veritatem in iudicio damnati, moenia vitiorum malorumque viriliter diruentes; victi vero, quos aut indignatio in furorem egit aut tristitia subegit aut cupiditas remotorum decepit aut lasciviae libido perturbavit. Et quid his damnosum vel illis utile accedit? imo quid non istis utile et illis damnosum, ut dixi?

5. Nonne Polycrates tyrannus super omnes maiores ac minores ferarum more furens nihilque remit-

---

*) Vox Arm. aequivoca: *victores* aut *victi* etc., ita ut etiam vertere liceat: *iniuriosi* s. *debitores;* s. melius: *rei sunt.* Auch.

**) s. *persolvunt.* Auch.

tens ex operibus insipientiae, non solum ex numero eorum, qui dicebant deos providere hominibus, verum etiam ex ipsorum deorum ministris non parvos, imo plures mactavit: atque vel ipsos pueros ab utero modo egressos*), velut bestias pro ludibrio habuit: et nihilominus non tantum a dicentibus deos curam gerere hominum, sed etiam a diis ipsis donatus est opibus, gloria, honore, corporis valetudine et integritate appetitus ciborum, [*] idemque voluptatibus plurimis usus est?

6. Dionysius autem senior postquam amicorum propinquorumque plures occiderat multosque in lapicidinis misera deperditione corruperat, unde et situs latomia dictus, adhaec ducenta super mille ex delubris talenta sacrilege eripuerat atque multa derisionis verba adversus templa dixerat, nempe divinitatem praevalentem potentemque nihilo indigere et aureis vestibus meliores ad indumentum purpureas esse, sicut inter multiplices coronas magis gratae (frondeae) ut divinae habentur, ideoque ab imaginibus simulacrisque pium opus esse demere aurum, velut aggravatis pondere: is tamen athleta facinorum assecutus est, quae maxima habentur ex bonis humanis, ut principatum, amplas divitias, vigorem animi corporisque, liberorum multitudinem, adolescentiam florescentem, senectutem fortunatam atque placidam optabilemque vitae finem. Duas enim ditiones valde porrectas optimasque, ex continente Italiam, ex insulis Siciliam obtinuit, atque maxime clarus atque insignis inter eos, qui sua aetate principes erant, factus, nec non omnes in fortitu-

*) s. *in utero adhuc degentes*. Auch.

dine ob opum copiam superans omnem suam voluntatem exercuit, corporis etiam libidini indulgens. Rediit etiam securus ex longis peregrinationibus, et iuventute ita felici ac vitae securitate usus est, ut duas mulieres sibi duxerit, unam Syracusiam, alteram Locrensem. Ex Syracusia procreavit Hyparinum, Nauseon, Aretem (Virtutem) et Sophrosynam (Sobrietatem), ex Locrensi vero Hermocritum, Dionysium; turpiter contaminans virtutum (δικαιοσυνῶν) nomina, [*] quibus ipse contraria operabatur. Adhaec autem nec vidit mortem prolis vel in ipsa fortunata sorte provectae senectutis, imo filios filiorum adultos aetate videre potuit. Praetereo alia quaeque commemorare, quae Syracusiorum cantorum vires superarunt tabulasque (pictorum). Ita sane iucundo hilarique animo multis annis in laetitia peractis, corpore animoque felix ad sua redux fuit sine fastidio, optima senectute fruens ac convivils pro tempore.

7. Attamen filius eius, fortasse quis dixerit, non modo excidit a principatu, sed etiam tota Sicilia expulsus Corinthum fugit, nullum prae se ferens vestigium dignitatis aut felicitatis prioris, nullum opulentiae prioris insignisque claritatis: ita ut deinde, ne fame periret, mercede conductus Corinthiorum iuventutem litteras doceret et cantum cantatrices, vel invitus satisfacturus dirae egestati. Porro quis in causa eius rei fuit? nam deum dicere nefas. Nec enim homo moderatus, iis omissis qui iniuriam faciunt, in proximos eorum odio fertur, ita ut omissis poenis in obnoxios in innocentem cumulet vindictam. Quis umquam magistrorum, graviter ferens tarditatem discipulorum, eorum cognatos pro ipsis castigandos accipiat? Nemo umquam. Si medicus

urere vel secare pro patre vel matre aegrotantibus filium sanum aggrederetur, nonne aut furere aut exitiale quid moliri evidenter censeretur? Quantum ergo absurdius erit, id quod neque de hominibus dici potest, id de diis credere? Mihi certe nullatenus hoc sapienter actum creditur, sed potius qui iniuriam fecit, hunc poenas [*] luere iudicii fas est lege prorsus sapientissima.

8. Nobis quidem plurima obstacula pedibus obiecta impedimento sunt in itinere, imbecillitas, dubia, defectus temporis, item societas, consanguinitas, preces, deceptiones, dona, spes utilitatis caeteraque his similia: deus tamen immunis est ab his omnibus. Itaque si, ut Aeschylus dicit,

Iovem ex sceleratorum genere eximit
et ab iniustis lex,

oporteret contrarium esse illum ex iniustis (s. in numero iustorum). Non ita tamen res se habet. Siquidem Socrates, qui mirabilis fuit sapientia et in hodiernam usque diem orbem terrarum ad celebrandum perpetuo memorabile nomen suum laude gloriae impellit, insidiis ab obscoeno pravoque homine deperditus est, qui neminem ex civitate nec minorem nec maiorem interfecerat, quo peccasse crederetur, nec ullam occasionem malignis ad accusandum se praebuerat.

9. Etenim invisa esse solet communis curae attentio, dum in theoriis exercitiisque naturae se occupat et eos, qui proficere cupiunt, a pueritia coërcet, quibus et monitoris et patris adhibet aequitatem, docens copiose sine invidia et nihil, quod ad disciplinam pertinet, occultans: quemadmodum nunc

Sophistarum invidia ac livore tumens gens agit, siquidem (Socrates) universos [*] hortabatur non solum disciplinae leges ediscere, verum etiam laudabili exsecutione studere politiae verbi vitaeque.

10. Zeno autem Eleates, quia tyrannum quendam invadens ut illum occideret, dum hoc amore populi perficere tentabat, manu aberraverat suppliciis tentatus, ut nominaret ac revelaret complices, ultro accepit tormenta gravissima amator civitatis, ut calamitates saevissimas impediret imminentes ab ignaro nimirum tyranno, qui vindictam intentatae sibi mortis exigebat. Quum itaque viribus destitutus esset, maluit linguam manducare propriam, ne forte invitus rem panderet complicemque suppliciis subiiceret, atque ita decisam ante tyrannum abiecit (linguam). Sic ergo impediens omnia viriliter constansque repertus in consilio, magnam virtutis laudem adeptus est.

11. Quid autem Anaxarchus, quem Nicocreon Cypriorum tyrannus velut granum frumenti aut hordei excorticandum tundi iussit (in pila)? Quoniam is quoque in optima sententia persistens contempsit corporis dolorem, ita ut dixerit, Anaxarchi follem tundi, non quasi hominis partem unitam, sed tamquam exanime atque insensibile vas alicuius alterius. Non enim potuit affligi is, qui divinae partis dignus est factus excellitque omne humanum machinamentum. Habeo alios quoque complures recensere homines in sapientia perfectos, quorum vita per miseriam acta fuit; verum satis ad rei confirmationem hactenus dicta sufficiunt.

12. [*] Philo. Tu, o Alexander, eorum qui no-

lentes miseri facti sunt, aerumnas mihi retulisti; at ego tibi alios etiam dicam, qui volentes in paupertate, dedecore ultimisque discriminibus fuerunt. Anaxagoras quippe copiosae, ut dicitur, possessionis heres effectus, totam contempsit, unicae pulcherrimae possessionis amore, virtutis scilicet, dimittens multa animo carentia: et boum quidem armenta dimisit, ut suopte ingenio per spatia locorum pascerentur pro lubito, ideoque licet pastoralis officii ignarus heroice nutrivit.

13. Democritus autem, alter opulentus et possessor multorum, eo quod ortus esset ex illustri familia, desiderio sapientiae familiarissimae deditus, caecam invisamque opulentiam, quae pravis et vilibus tribui consuevit, inhibuit; eam vero, quae haud caeca est ac constans, eo quod cum bonis solis assuescat, acquisivit. Propterea universas patriae leges dimovere visus est, et quasi malus genius reputatus, ita ut periclitatus fuerit, ne sepulcro ipso privaretur, ob legem apud Abderitas vigentem, quae insepultum proiiciendum statuebat, qui patrias leges non observasset. Id sane subeundum erat Democrito, nisi misericordiam sortitus esset benignitate, quam erga eum habuit Hippocrates Cous; aemulatores enim sapientiae inter se erant. Porro ex suis operibus celebratis, quod appellatur magnus diacosmus*), centum, ut nonnulli dicunt, adhuc amplius, Atticis talentis CCC aestimatum fuit.

14. [*] Verum fortasse risu dignus censeor, proferens quae mihi contraria sunt, et quae melius est

*) sc. ornatus, ordo, ubi Arm. interpres legit *Diocosmus*, h. e. *magnus Iovis mundus*. Auch.

tacere, aut si alius dixisset, obvelare. Condigne tamen memoravi haec, ut argumento sint rerum urgentium, quod mox significabo, ea praemittendo, quibus uti solent veritatis impugnatores.

15. Dicunt enim*): Non est deus sicut tyrannus, qui crudelitatem violentiamque, et quotquot dominus aliquis agrestis ac duri principatus opera exerceat, sed rex humanus et legitimus prae se ferens principatum cum iustitia, quippe qui communiter totum caelum**) et mundum in finem felicem dirigit. Et regi nullum nomen est magis familiare quam patris: quam enim relationem per consanguinitatem ad filios ferunt patres, eam rex ad civitatem, et ad mundum deus. Quamobrem †) apud probatissimum laudatissimumque poetarum Homerum *pater virorum et deorum* vocatus fuit Iuppiter, duas res omnino pulcherrimas naturae illi immobili quasi lege ac indissolubili unione coaptans, principatum simul et providentiam. Nam sicut [*] desperatos filios non deserunt parentes, sed miseria ipsa miserationem provocante curam adhibent et alunt, arbitrantes infensorum atque implacabilium inimicorum proprium esse, miseriam quasi pedibus conculcare, amicorum vero et affinium allevare lapsum: quo fit, ut istis saepe††) magis quam modestis sobriis largiores fiant ac multa concedant, satis conscii, quod illis validum ac magnum subsidium vitae est temperantia, istis vero spes una parentes sunt, qua si priventur, haesitant de necessariis. Sic deus quoque, quia ratio-

*) Cf. Fragmentum ex Euseb. supra Tom. VI. p. 209 ss.
**) Cod. Arm. *terram*. Auch.
†) Citatio Homeri omittitur apud Eusebium. Auch.
††) s. *allevare lapsum saepe convenit*. Auch.

nalis naturae pater est, cunctorum illorum qui rationem sortiti sunt, curam habet, et fovet illos quoque, qui reorum instar vivunt; simul et tempus ad correctionem eis concedit, nec a propitia sua natura recedit, quam sequuntur virtus et in homines benignitas: isque optimus illi ordo est perlustrare divinam domum (suam).

16. Unum itaque verbum hoc in animum*) accipe ac corde tuo reconde: [*] tum alterum quoque ipsi consonum atque conveniens. Ne adeo umquam mendaciter proferas de veritate, Alexander, ut felicem quemquam malignorum esse putes, etsi opulentior sit Croeso et Lynceo acutior visu ac longaevior Amentilone**) pulchriorque Ganymede:

Quem et assumentes rapuere dei, ut Iovi vinum administraret,
propter suam pulchritudinem.

Verum enim vero si quis suum daemonem, videlicet mentem suam, plurimis, non paucis, dominis in servitutem dederit, amori, cupiditati, voluptati, timori, moerori, liberae libidini, formidini, iniustitiae, numquam poterit felix esse: etsi multi aberrantes a veritate ita credant, quasi dono corrupti a geminis malis illis, fastu et inani aestimatione (sive vana gloria), saevis istis vitiis irritantibus seducentibusque inconstantes animos; de quibus rebus sollicita est ut plurimum gens hominum.

17. Quod si oculos animi quasi aperiens †) [*] ve-

---

*) Gr. *o anima!* Auch.

**) In Gr. habetur: *virilior Crotoniate Milone.* Auch.

†) Lectio confusa erat, quoniam interpres Arm. legebat in Gr. *τινὰς*, *quosdam*, ubi Gr. communis habet melius *τείνας*, *tendens*. Auch.

lis videre mentem (seu providentiam) dei, quatenus fieri potest humana cogitatione, solidiorem ac veram, quae ad veritatem est, boni recipiens notionem, ridebis ea, quae apud nos sunt, eo modo quo antea miratus es. Semper enim ob absentiam optimorum honorantur deteriora, quae illorum tenent locum; apparentibus autem illis prostrata ac depressa secundariis praemiis contenta sunt.

48. Admiratione itaque obstupescens illud divinae speciei bonum honestumque, omnino intelligas, quod apud deum nihil ex illis antea dictis per se proprii boni loco dignum habitum sit. Quapropter metalla illa argenti aurique terrae sunt partes deteriores, producendis herbis servata tota parte residua. Non est enim similis cibo, sine quo non vivitur, opum possessio. Una est istorum probatio decisiva, evidens et constans, fames, qua necessarium ac utile pro veritate exploratur: facile enim thesauros universos commutabit homo pro exiguo cibo. Quando vero abundantia copiosa rerum necessariarum multiplici proventu omnino redundans per civitates fluxerit, tum nos naturae bonis [*] gestientes, non in iis solis aequum ducimus persistere, verum etiam crapulam et edacitatem, quamquam pessimam, nobis ducem facientes argenti aurique possessionibus immergimur omnino. Quorum vice*) lucrari aliquid sperantes altercamur etiam caecorum instar; nec iam amplius mente videntes ob pecuniarum amorem, quod in terra sunt fastus (vel terrae sunt tumores), quorum causa vel in ipsa pace frequens et continuum bellum.

---

*) Legit itaque Arm. *ἀντί, pro*, ubi Gr. fert *ἄν τι, si aliquid.* Auch.

19. Vestes vero ex ovibus sunt, ut poëtae iam dixerunt, flores: secundum autem operativam artem textorum laus.*

Quod si per gloriam quis magna de se cogitabit, quippe qui ab improbis acceptationem laetam consecutus fuerit, sciat, quod et ipse improbus est: simile enim simili gaudet. Verum oret ut munditiam attingat, sanando aures, per quas animis graves morbi contingunt.

20. Discant etiam quicumque viribus validis superbiunt, ne cervices extollant, [*] intuentes cicurum et agrestium ac indomitorum animalium catervas infinitas, quibus vis et robur congenitum est. Etenim ex absurdissimorum serie est, de illis quae in belluis insunt vires, eaeque magis expeditae in vita, hominem gloriari.

21. Et quare, qui optime sentit, de corporis pulchritudine exsultabit, quam breve tempus exstinguit, antequam diutius floruerit, fallacem communiter (vel fallentem oculos vulgi) deficere ac marcescere faciens? Et hoc praecipue, postquam id vidit etiam in rebus inanimatis et pratis, in pulchris operibus pictorum fictorumque, ac in caeterorum artificum vivis picturis et imaginibus (sive statuis) atque in tincturae texturaeque varietatibus apud Graecos et barbaros secundum varias civitates vigentibus celebratisque.

22. Porro istorum, quae dixi, nullum apud deum boni alicuius loco haberi dignum fuit. Et quid miramur, si non apud deum? Siquidem neque apud amatores dei inter homines, apud quos quae ad veritatem spectant, ea ut bona honestaque in pretio sunt.

Nam eam ex natura fortunae partem nacti sunt et per exercitium naturam exornarunt, [*] quorum genuina ac propria philosophia opifex est. Qui vero adulterinae disciplinae studiosi sunt, haud illi medicos imitantur, famulum animae corpus sanantes, licet ipsi dominam ipsam curare sese iactare soleant. Nam illi (medici), quando quis fortuna dotatus aegrotabit, etiamsi magnus erit rex, omnia praetereuntes, tecta, forum, cellas, picturas, imagines, argentum, aurum, tam ignobilium, quam nobilium poculorum (et vestium) contextorum copiam, caetera quoque regiae mira ornamenta, nec non famulatum numerosum atque dilectorum et affinium subiectorumque satraparum ministeria; haec inquam praetereuntes, per custodes corporis usque ad lectum pervenientes et ea ipsa, quae iuxta corpus sunt, contemnentes, non quod cubile gemmis [*] distinctum totumque aureum sit, admirantur, nec quod aranearum more subtiliter textum fuerit stragulum lapillis descriptum, neque quod vestes sint diversae speciei, pulchritudine ac multitudine distinctae; adhaec seposito etiam vestimento illi immisso tangunt manibus et venas premunt, diligenter explorant vibrationes (sive pulsus), salutaresne sint; saepius etiam interiores tunicas relevantes, alvusne tumidus sit, explorant, fervidumne pectus an quietum, corne resiliat; postea autem suam curationem adhibent.

23. Porro oporteret philosophos, qui medicum opus aggredi se dicunt, ut animae, quae regia vere est, opitularentur, despicere omnia, quae inanis gloria caecorum more confingit; et interius subeuntes mentem ipsam attentare, an ab inaequali ira celeriter ac praepropere ac praeter naturam in ea agitentur

vibrationes; attentare et linguam, an sit asperior et maliloqua, vel detorta in unam partem ac carens custode; attentare et ventrem, an insatiabili laxitate intumuerit; omnes denique omnino morbos aegritudinesque, si mixturam [*] aliquam admisisse videantur (animae), scrutari, ne priventur sanitate ipsis conveniente. Nunc autem exteriorum radiorum illuminati claritate, intelligibile lumen videre non possunt, atque ita oberrantes frustra insumunt vitam suam, regium conclave attingere haud valentes, sed usque ad vestibulum portae aegre pervenientes, quae pro virtutis foribus sint opes, gloriam, sanitatem affiniaque istis mirati adorant. Verumtamen sicut maior excessus est dementiae, ad electionem rerum visibilium*) caecos iudices adhibere aut surdos pro tonis secundum musicen: sic etiam improbos homines, ubi agitur de veritate bonorum; quoniam isti proprie dominatrice in eos mente obcaecati sunt, super quam tenebras profundas insipientia offudit.

24. Quid itaque miramur adhuc, si Socrates et alii huiusmodi iusti homines [*] in paupertate decesserunt? Homines, qui nihil umquam utilitatis suae causa moliti sunt, verum etiam si quid oblatum fuisset ab amicis opulentis plurima possidentibus ipsaque regum dona magna, id quoque respuere aequum duxerunt: quoniam solam virtutis possessionem arbitrati sunt bonum esse et honestum, cui studium laboris impendentes cuncta bona despiciebant. Et sane quis non contemnit quod adulterinum est ac alienum, et quod verum est et genuinum, assequi

*) Arm. ad syllabas: *possessionum;* unde patet eum legisse in codice suo Graeco *χρημάτων*. Sed melius legendum fuit *χρωμάτων, colorum*. Auch.

non avet? Mortale corpus sortiti, pleni sumus humanis aerumnis, et in tanta multitudine iniuriarum vivimus, quarum neque numerum comperire facile sit. Quod si contigerit, ut damnum tulerint insidiis obsessi (iusti), num accusare liceat (naturam ipsam), quum nempe oporteret iniuriosos ipsos invasionem facientes vituperare et malam dicere immanitatem istorum? Etenim si in aëre fuissent pestilenti, omnino necesse erat, ut morbo laborassent: atqui conditione sane aëris pestifera adhuc deteriorem corruptionem importat malitia. Quemadmodum quando pluit, necesse est sapientem, si sub dio versabitur, imbui, aut si aër borealis frigidus spiret, frigore tremere, [*] contrahi ac algore rigere, aestate vero superveniente aestuare — secundum enim annuas mutationes corpus simul pati naturaliter consuevit —, eodem modo, qui in huiusmodi locis habitant, ubi caedes aliaeque huiusmodi pravae gentium consuetudines vigent, in se recipere istiusmodi rerum poenas necesse est.

25. Nullatenus ergo decet eos felices putare, qui paulo ante memorati sunt (tyranni), etsi fortuna iuvare eos videatur. Polycrates*), condigne iis quae patraverat inique impieque ut eorum promotor et auctor, sortitus est deterioris vitae infortunium, atque iussu magni regis diu tortus et clavis confixus crudeliter consummatus est. Illa vero (phantasmata

---

*) Linea una vel altera desideratur in Gr. ac vice versa deest in Arm. nomen *Polycrates* explicite: vereor, ne pro *ἐπεὶ Πολυκράτει γε* habuerit in autographo suo: *ἐπεὶ πολὺ κράτει γε*, et consequenter reddiderit: *per multum temporis tenet*. Fatendum, quod etiam sequentia in nostra lectione obscuritatem prae se ferunt, quae quodammodo ex hodierno Graeco potest declarare sapiens lector. Auch.

sua sive oracula) dimiserunt eum, quae non multis ante horis gloriae speciem ferebant, ante solem ungi et lavari a Iove*). Quae enim per aenigmatica ista symbola manifestationes antea factae fuerant, per opera manifestiorem acceperunt fidem, non sub fine tantum, sed etiam ab initio; quum tamen [*] ille ignoraret magis, quam corpus, animam sibi esse iam suspensam. Quandoquidem semper metuens ac tremens multitudinem invasorum agitabatur, certe conscius, quod nemo erat amicus, qui fideliter bene illi vellet, sed omnes inimici insidiatores mali in calamitate summae inopiae.

26. Frequentis vero ac assiduae anxietatis testes sunt, qui Siculas res conscripserunt, dicentes, quod etiam cordi suo gratissimam coniugem suspectam habebat. Cuius rei signum erat, quod transitum introitus in cellam, quo eam vellet ad se venire, iussit sterni tabulato, ne ignoraretur, quando (illa) ad se intraret, sed crepitu tabularum sonituque nuper conculcantis prius proderet adventum. Adhaec non solum sine vestibus, verum etiam detectis iis partibus, quas non licebat a viris videri, in conspectum suum venire iusserat. Praeterea continuo circum excavatae erant viae pavimenti in rusticae fossae latitudinem profunditatemque concisae, ob metum, ne quis pro insidiis lateret inobservatus, qui sane aut saltibus aut [*] longiore transitu deprehendendus foret. Quot putas mala, qui haec praecavebat, exspectasse, quum haec moliebatur pro uxore quoque, cui prae caeteris fidem habere debuisset? Porro videtur unus eorum fuisse, qui, volentes per

*) Id fortasse in somnis viderat paulo ante Polycrates et fausta sibi ominari arbitratus fuerat. Auch.

abrupta montis caeli naturam apertius cernere, per speluncam vadunt: qui vixdum pervenerint usque ad prominentes scopulos nec ultra progredi possunt, de residua celsitudine retracti, neque descendere praesumunt ob visos hiatus ipsis phantasmatibus mente capti. Optans enim tamquam divinam rem tyrannidem eamdemque acquirere molitus contentione, nec (in ea) permanere, neque subterfugere (eam) tutum esse credebat. Si enim permaneret, super se invicem effluebant mala immensa interius; si autem deponere vellet, periculum imminebat vitae ab armatis, sin minus corpore, animo saltem et consilio adversum se.

27. Quod probat et factum ipsum, quo usum aliquando dicunt (Dionysium) erga eum, qui beatos putabat tyrannos. Nam vocans eum ad lautum opiparumque convivii apparatum, tenuissimo filo [*] iussit securim peracutam suspendi supra eum. Quum ergo accumbens illam repente vidisset, nec surgere ausus est, neque frui ullo ex praeparatis a tyranno ob timorem; quisquis enim erat*), abundantem magnamque voluptatem contempsit et elevata cervice ac vultu interitum exspectabat. Quod intelligens Dionysius: Videsne, ait, exoptandam semperque memorandam nostram vitam? Talis certe est, ut si quis nolit sese decipere, eamdem irrideat omnino. Habet enim in se copiosa dona, possessionem vero decentem nullius boni, sed potius terrores unum super alterum multos et pericula morbumque incurabilem

*) Is fuit Damocles: confer cum scriptis a Cicer. L. V. Quaest. Tuscul. c. 21. et Perseo Flacco etc. Nescio unde hauserit Glossator Arm. illud, quod margini codicis mandavit: *Plato erat*; nisi quod iste in Sicilia affuisse dicitur ad tyrannum instruendum. Auch.

cancro ac tabe diriorem, qui sine remedio semper ducit ad exitium. At plerique stolidorum illustri specie delusi, eundem passi sunt casum cum illis, quos lenocinio suo capiunt veluti hamo quodam tetrae meretrices; quae damnum deformitatis vestitu, auro vultusque medicamentis obtegentes, eo quod genuina familiarique pulchritudine destitutae sint, [*] spuriam insidiis moliuntur ad captandos spectatores. Pleni sunt malo hoc genio qui nimis fortunati sunt, cuius excessus ipsi inter se iudicantes nequeunt ferre; sed sicut illi, qui arcana, quae silere vellent, tamen coacti tormentis exponunt, emittunt ex passione certas verasque voces ob congressum suppliciorum praesentis atque exspectatae vitae, pecudum instar, quae ad sacrificium saginantur: nam et isti (s. istae) multa foventur cura pro mactatione in epulum multis carnibus praeparatum.

28. Sunt etiam, qui illico impietatis non occultas, sed potius manifestas poenas luant, quorum multitudinem singillatim recensere supervacaneum est. Satis ergo erit unum factum pro argumento omnium apponere. Dicitur itaque ab illis, qui conscripserunt magnum illud, immane ac sacrum bellum in Phocide factum, quod lex erat statuta, sacrilegum aut dari praecipitem aut demergi aut cremari. Tres illi, qui templum [*], quod Delphis erat, spoliaverunt, Philomelus, Anomarchus et Phyllus, distributa receperunt supplicia. Unum enim per durum praecipitium saxosamque petram ac disruptam iecerunt deorsum et lapidarunt. Alterum equus ipse, quo vehebatur, habenis excussis, usque ad mare deduxit, ubi impetu facto in pelagus ac in immensam abyssum ipsum sibi insidentem detraxit. Phyl-

lum autem aut tabe (duplex enim de eo sermo est) fervente consumptum fuisse, aut in Arae templo periisse concrematum tradunt. Haec sane contentiosus solus vir potest dicere casu contigisse eis. Quoniam si quidam variis temporibus aut aliis suppliciis castigati fuissent, conveniens erat inconstantiam quoque casus praetexere: nunc autem cunctis simul eodem tempore, neque alias, quam quae in lege statutae erant, poenas luentibus, convenit omnino fateri, quod dei iudicio prehensi sunt.

29. Quod si nonnulli ex tyrannis reliquis iique supra multitudinem insurgentes inque servitutem redigentes non solum [*] populos alienos, verum etiam regiones proprias sine suppliciis finem habuerint, nihil est mirum. Primum enim non similiter ac homo iudicat deus; quia manifesta nos exploramus, ille vero usque ad abyssum adytumque internum animae penetrans sine ullo strepitu, perinde atque in sole clarissime mentem perlustrat, subductis velaminibus, quibus tegebatur et nuda cernens consilia voluntatis et noscens illico quid ignobile ac vile et quid probatum electumque.

30. Nullo modo itaque nostrum iudicium divino anteponamus, ita ut certum illud ac infallibile, optime cogitatum ac constans esse dicamus. Non est enim id licitum, nec sacrum. In hoc enim multa sunt, quae in errorem trahunt et delictum, sensus fallaces, passiones, insidiae malitiae et, quod gravius est, superbia. In illo vero nihil ex iis, quae deceptionis sunt fallaciae, sed iustitia et veritas, quibus quicumque in certamine usus fuerit, laude rectitudinis ornari consuevit*).

*) s. *qui usus fuerit laudabiliter, rectitudinis praemium sortiri solet.* Auch.

31. Deinde, o generose vir, noli inutile putare identidem tyrannidem esse; nec [*] enim punitio inutilis est, sed ipsis honoribus*) aut utilior probis viris est aut non ita minor: quapropter poena omnibus, quae rectae conscriptae fuerunt leges, adiecta est. Qui vero scripserunt, ab universis laude celebrantur; sicut enim in populo tyrannus, sic in lege punitio. Verum enim vero quando virtutis egestas ac penuria summa supervenit civitatibus ac magna copia insipientiae pervadit (eas), tunc demum deus velut gurgitem quemdam torrentis, deflectere colluviem malitiae alias cupiens, ut purificet genus nostrum, ipse robur et potestatem praestat istis ex natura praevalentibus**): siquidem sine crudis animis non expurgatur malitia. Et quemadmodum civitates ob homicidas, proditores et sacrilegos†) carnifices alunt, non mores horum hominum approbantes, sed officii utilitatem recognoscentes: simili modo magnae huius mundanae civitatis moderator tamquam populi carnifices praeficit tyrannos iis civitatibus, in quibus sentiat violentiam, [*] impietatem, iniurias aliasque malitias multiplicatas. Ubi vero mox cessando saniores redditae sunt, tum demum et illos, qui in causa fuerunt, quoniam non sano consilio, sed immundo ac crudeli animo ministri exstitere, praeter alios velut principales quosdam aequum ducit visitare (suppliciis)††).

---

*) Ubi legit interpres *τιμαῖς* pro *τιμωρίας*. Auch.

**) Arm. sonat: *naturam corpulentis*; legebat ergo in Gr. *τοῖς τὰς φύσεις σαρκικοῖς*, ubi tamen nunc habetur *τοῖς τὰς φύσεις ἀρχικοῖς*, quod magis ad rem facere nemo inficiabitur. Auch.

†) Accurate se invicem exprimunt Gr. *θεοσύλοις* et Arm. *deorum s. divinorum spoliatoribus*. Auch.

††) s. *super istos constituit alios ad vindictam capiendam*. Quod si constet, aliqua deesse in Gr. hodierno dixeris. Auch.

32. Sicut enim ignis vis, postquam immissam in eum materiam consumpsit tamquam absorbendo, deinde et ipsa exstincta tollitur: ita et qui supra multitudinem violentam potentiam assecuti sunt, quum consumpserint (civitates) et vacuas ab hominibus effecerint, poenas ipsi denique luentes universorum, iure pereunt. Et quid miramur, si per tyrannos deus malitiam propagatam in civitates et regiones nationesque a se amoveat, quum passim sine aliis ministris per se id faciat, famem inducendo pestilentiamque et motum (terrae), vel alia quaeque divinitus immissa, quibus copia magna et ingens hominum [*] quotidie perit et magna pars mundi corrumpitur, ut virtuti provideatur?

33. Satis itaque impraesentiarum dictum, ut nempe nec malum ac nequam quemquam fortunatum, neque ex adverso*) iustum quemquam infortunatum esse credamus: quum hinc potius constet esse providentiam. Si tamen necdum acquiescere vis, adhuc magis et diligentius dubium tuum dic fidenter, ut quis nostrum veritatem teneat, simul laborantes sciamus**).

34. Alexander†). Illud praeter rationem, o Philo, mihi videtur, imo puto tibi quoque et cunctis ita videri: quod quae nimirum neque vilis quis ho-

---

*) Deest in Graeco hodierno pars periodi sermonis secunda eaque necessaria. Auch.

**) Plura deinceps praeterit Eusebius, dicens: *Καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν φησίν· Ἀνέμων καὶ ὑετῶν κτλ. Et post caetera iterum dicit: Ventorum et imbrium etc.* quae inferius tibi occurrent, post alterum nempe interiectum fragmentum. Auch.

†) Arm. hic in genitivo casu dixit: *Alexandri;* sed facile credi potest litteram ultimam commutatam fuisse. Auch.

mo vellet facere, ea deus secundum providentiam suam, ut dicitur, facere non moretur: apparere videlicet, bene facere vituperantibus accusantibusque se, et male facere laudantibus se et benedicentibus. Hesiodus enim nihil omittens eorum, quae spectant ad impietatem ac blasphemiam daemonum, spiravit poëmata, in quibus [*] scribit ea, quae praesumpsit hoc pacto proferre:

35. Caeli Saturnus filius est et illum pro beneficio generationis virilia resecuisse patri, Iovem vero adempto Saturno imperio in tartarum eum immisisse, et his similia.

36. Quare vatis encomium dii admirati carmina pulchra illum docuere:

Agnos) pascebat in Helicone monte a diis habitato.*

37. Homero tamen perfectiorem poetices apicem tribuere. Quamobrem? Quoniam Vulcanum claudum retulit et pede prehenso proiectum ex divinis liminibus**). Atque Venerem ab homine vulneratam et quidem crude. Et Iovem praeter eam, quam habebat, quamvis nefas erat, sororem simul et coniugem, duas praeterea adduxisse ad insolubile cubile: ideo accidit eum tamquam ex laqueo suspendi, quippe quod per necessum, quibus quis antea cesserit, nequeat cessare. Quasi vero magnum quoddam potuerit perficere, iactabunde narret, dicens †):

An non meministi, quando pependisti ab alto de
pedibus,

---

*) Hesiod. Theog. v. 23: *Ἄρνας ποιμαίνονθ᾽ Ἑλικῶνος ὑπὸ ζαθέοιο.*

**) Homeri Ilias 1, 590 ss.

†) Homeri Ilias 15, 18 ss.

et incudes duos demisi de pedibus tuis et in manus vincula misi,
aurea vix frangibilia? Tu vero in aethere et nubibus
pendens stabas: supplicabantur autem dii per longum Olympum,
solvere autem non poterant.

38. [*] Quid plura singillatim recensere oportet ab illo adversus deos obscoene dicta? Plena sunt enim poemata eius abundantibus blasphemiis. Nonne itaque iustius esset, non tam Thamyren Thracem cum Musis de cantu certantem oculis mulctari, quam eos omnes, qui de diis omnibus oblocuti sunt, puniri, non poematibus solum, verum etiam linguis abscissis? Nunc autem venustas poëtici nominis mira cum melodia operit sententiam, dum oblectat aures: quapropter a iuventute usque ad senium incessanter eam legentes fallimur, damnum pro utilitate ducentes. Ideo caeteris cunctis sceleratis in oblivionem datis, attamen mirabilium semperque memorabilium poetarum de diis loquacitas perpetuo durat.

39. Furum enim Mercurius refugium est tutissimum, adulterorum Mars, omnium vero dux Iuppiter: et omnes sunt mendaces, quandoquidem vera de diis poetarum nemo dicit, quia semper qui consimiles perpetrant iniurias, apologiae loco eadem referunt de supremo quoque atque optimo. Non ita tamen Xenophanes aut Parmenides aut Empedocles sive alii, quicumque theologi a poesi capti sunt divini viri, sed potius theoriam naturae iucunde sibi accommodantes et vitam omnem ad pietatem laudemque deorum dedicantes, optimi quidem viri comper-

ti sunt, poetae tamen non felices: quos oportebat divinitus spiritum sortiri gratiamque de caelo, metrum, carmen digitumque caelestem ac divinum, ut poemata vera relinquerent velut prototypum libri perfectum, et pulchrum cunctis exemplar [*] (sive indicium, argumentum).

40. Philo*). Nescis, o sapientiae amator, per ista dicta (vel per dictos poetas) interim insipientiae accusans totum genus humanum, non ita rem se habere. Si enim pervenit usque in orbem terrarum gloria Hesiodi et Homeri, in causa fuere sententiae sub rebus comprehensae: quorum enarratores quamplures sunt cum admiratione, et ab ipsis eorum temporibus ad hodiernam usque diem admirationi sunt. Si tamen in nonnullis rebus deliquisse visi sunt, non ideo oportebat illos vituperare, sed potius propter plura recte peracta, quibus vitae utilitati profuerunt, laudibus celebrare. Etenim et mundum ipsum convenit laudare, nec quae vilia in terra sunt, attendere, ut scarabaeos vel formicas aut pulices et alia consimilia, sed caeli naturam contemplari, solis circuitus, lunae formas in crescendo, maris extensiones, elationes fluminum, aëris mutationes, annuas tempestatum vicissitudines, generationes animalium, plantarum proprietates, fructuum proventum aliaque quam plurima, quorum unumquodque divina factum arte mire pulcherrimum est. Omitto, quod neque illud paulo ante a te memoratum blasphemiam includit de diis, sed est indicium inclusae physiologiae, cuius non licet apud illos, quorum capita minime sunt un-

*) Hic quoque Arm. in secundo casu dixit: *Philonis*. Auch.

cta*), patefacere mysteria. Verum obiter tibi specimen aliquorum [*] velut per exemplum indicabo, quatenus nempe quis poterit sententiam confirmare secundum legem; siquidem vetat lex mysteria iis, qui inhabiles sunt ad mysterium, exponere.

41. Si quae de Vulcano fabulose referuntur, reducas in ignem; et quod de Iunone, ad aëris naturam; quod autem de Mercurio, ad rationem; sicut etiam caetera, quae cuique propria sunt, ad ordinem iuxta vestigium theologiae, tunc profecto poetarum a te paulo ante accusatorum laudator eris, utpote qui vere decenterque laudibus celebrarint divinitatem. Quod si regulas allegoriae aut sententiarum non admittas, eadem patieris cum pueris, qui ob imperitiam, Apellis praetermittentes picturas genuinas, adhaerent eis, quae in nummulo expressae sunt, imaginibus: admirantes quod est ridiculum, et quod condignum est omni acceptione spernentes.

42. At quare Empedocles, Parmenides, Xenophanes aemulatorque istorum chorus non sortiti sunt spiritum Musarum, quum theologiam exercuerunt? Ideo scilicet, o vir optime, quia non decebat hominem deum esse, quasi omnia integre in se condentem, sed remanere hominem participem generis humani, cui error et deliquium cognata sunt. Oportebat itaque eos ultimo loco in veri investigatione contentos esse: ad illud autem, ad quod non erant ex natura destinati, minime satagere pervenire. Et melius quidem tum sibi, tum philosophiae consu-

*) Ut Mystici, mysteriorum ministri; vel teleturgi, initiati etc. Verum ad praesentem locum potest referri illud S. Io. Damasceni dictum, quod notatur inter Fragmenta Philonis (supra Tom. VI. p. 234): Οὐ θέμις κτλ.

luissent, si omissa poesi disputationes aut dialogicas [*] conscriptiones secuti fuissent; quod omnino magnus Plato effecit. Nam, licet deditus poësi, ab ea deficiebat plus quam vellet, ad ea potius, ad quae natura ipsum vocabat, deflectens, interrogationes responsaque Socratica et adhuc vetustiorem Pythagoricam sapientiam in suis dialogis descripsit, quae venustatis titulo aut sublimitate sermonis minime distant a poetica maiestate. Imo increpat etiam illos, qui quum non sint natura ad poesin apti, poetice scribant aliquid, dicens*):

43. ,,Qui sine furore Musarum, ad poeticas fores accedit, persuasus, quasi vero ex arte sufficienter poetam se evasurum, imperfectus ipse (comperitur), et poesis a sobriis profecta longe inferior illa, quae a furentibus componitur."

44. Similiter si quis raucisonus, horrisonus ac melodiae expers praesumat canere, duplicis inelegantiae in musica praebet specimen, tum quoad instrumenta, tum maxime quoad mores: quoniam tegere turpia expedit potius, quam exponere. Noli ergo mirari, si vir iustus qui nescit currere, superetur ab iniusto cursore; non enim sapientiae opus est velocitas, neque, ut a vobis putatur, poesis.

45. Alexander. [*] Esto, caetera admittantur: at illudne etiam haud bene inter impossibilia reputatum sit?

Philo. Quidnam?

Alexander. Aut natum dicere mundum oportet,

---

*) Plato in Phaedro (III, 245. ed. H. Steph.): Ὃς δ' ἂν ἄνευ μανίας κτλ.

quatenus communis omnium natura nata est — nihil enim aliud anterius suffert divisio proposita —, aut si natus non est, non ergo ille iuxta providentiam peractus fuit neque aliud quidpiam in eo factum, sed animalium ac plantarum genera per se eficiuntur: quoniam nata plantatorum naturam prae se ferant necesse est, non vero facta*).

46. Et primum, quomodo ex nihilo aliquid fiet? Deinde si aliquando providentia non habeatur**), iam Iuppiter ipse non sempiternus apparebit; et quid erit quod magis atheismum redoleat? Praeterea si proprium est naturae ipsius τὸ esse factam, convenit explorare rationem quantitatis eius: cur enim nec minor nec maior facta fuerit? Quum nihil impedimento esset iis, quae si essent, decentius temperamentum naturae et dispensationis suae habuissent. Cur quatuor haec tantum elementa velut fundamenta exsistunt? Num per pauciora vel ampliora dispensator ille naturae universorum non poterat mundum creare?

47. Philo. [*] Papae! nonne indagatrix curiosa est mens humana atque ratiocinatrix? Viden', quantum elevata est? ita ut circumspiciens contempletur supernam naturam totius caeli, quaerens, quod careat qualitate et specie, et tamen species omnes omnesque qualitates percipere sufficiens? Verum, o Sophe, non retro me relinques, quamquam curras; sed velut uno eodemque animo aequaliter curram, ut bravium (βραβεῖον) de exsistentia providentiae arripiam per ea, quae mihi dicenda restant de his.

*) s. iunctim cum sequenti adverbio: *non primum facta*. Auch.

**) Neque enim habetur providentia, si mundus aut natura non est. Locus tamen est obscurus in Arm., ita ut punctis mutatis diversae elici possint sententiae. Auch.

48. Age interim ponamus inter nos universum ingenitum ac sempiternum iuxta illud quod suggerit sermo celeberrimorum philosophantium, sicut conscribunt Parmenides, Empedocles, Zeno, Cleanthes aliique divi homines ac velut verus quidam proprieque sacer coetus. Atqui ex ingenita materia, quid miramur, si pars aliqua generetur aut corrumpatur, partim per providentiam dei, partim ob rerum ordinem? Namque et caeterorum artificum unusquisque materiem generare haud solet, sed quam sibi sumit, eam figurat formatque et artis ordinem ei imponit. Annon vides statuarium? Non enim ipsum aes creans simulacra conficit. Istorum quidem ipse est factor, aes autem ex terra effossum pars est terrae. Quare iuxta huiusmodi hypothesin deus materiam primam [*] non generavit sempiterne, sed materia ad usum sumpta per eam caelum et terram atque species animalium plantarumque et omnia fecit, inspectione ac cura habita, tamquam pater proli suae et artifex operi suo officium praestans: quod nihilominus nullatenus impedit esse providentiam, etsi una cum materia mundus ingenitus supponatur.

49. Quomodo? Quia non solum creare et edere materiam proprium est providentiae, verum etiam conservare moderarique, quod est factum. Qua in re similis censeretur ephoro apud Lacedaemonios, is enim non constituit politiam: quoniam vero magnus est et potens, perlustranti oculo proprio nulla pars eius (politiae) relinquitur sine inquisitione. Similiter itaque magnam hanc civitatem deus tamquam ephorus semper oculatim intuetur et ordinem, in quo unusquisque constitutus sit, velut optimum lauda-

bilemque admittit et conservat, curam adhibens eis. Haec ergo satis.

50. De quantitate*) autem materiae specialiter factae id profecto dicendum est. Expendit deus ad mundi facturam materiam sufficientem, nihil ut deesset [*] neque redundasset (s. amplius esset): alias absurdae amentiae esset, particulares artifices quum aliquid faciant, praesertim ex iis, quae multum pretiosa sint, materiam omnino sufficientem expendere, illum vero, qui numeros et mensuras atque aequalitates in illis occurrentes primus adinvenit, nihil curasse de sufficientia. Dicam autem fidenter, quod nec minoris nec amplioris materiae opus erat ad mundi fabricationem; alioquin factum ipsum non fuisset perfectum, neque cunctis partibus integrum, pulcherrimum opus perficeretur. Sapientissimi enim est in arte propria, antequam incipiat aliquod opificium, sufficientem nosse materiam.

51. Verum enim vero homo etsi caeteris praestet intelligentia ingeniosa, quum tamen nequeat omnino se eximere cognato mortalibus errore, deluditur fortasse circa quantitatem materiae: ita ut, quum per artem aliquid facit, nunc quod deest, superaddat, nunc autem quod redundat, detrahat. At ille, qui fons est intelligentiae, nihil minus vel amplius apponit, mensuris nimirum sufficientiae usus, diligentia naturam ipsam superante et in opus insumptis omnibus quam laudabiliter. Qui vero velit aliter nugari, numquam finem faciet et [*] cunctorum opera artificum accusabit; perinde ac si quis opificium

*) Huc pertinet alterum Gr. fragmentum apud Euseb. (supra Tom. VI. p. 198): *Καὶ ὁ Ἑβρ. δὲ Φίλων ἐν τῷ κτλ.*

nactus bonum velit notare quicquam, ut superfluum de iis quae in materiis discernuntur. Sophismatis enim opus est verba excogitare, sapientiae vero singula examinare, quae in natura occurrunt, honesta modestia et congrua perceptione (aut acceptatione).

52. ALEXANDER. Videris arguere me, o Philo, tamquam indigne ferentem haec et tanta: ego tamen haud soleo hominum rationem habere, ut dicit Plato, sed quae videntur mihi perspicua, dicere sine assentatione. Quare nunc etiam quoniam me valde increpitat animadversio contra providentiam, tacere omnino non possum: ecce enim pervenit usque in linguam et os, ut respirando proferam sequentia.

53. Immensum vacuum, ut novissime nonnulli dicunt, datur idque excedens mentem; patet autem, quod non est factum secundum providentiam, sicut neque locus. Est enim, quemadmodum syllogistae dicunt, vacuum, locus mox a corpore occupandus. Atqui si nec locus neque superficies, ergo neque figura mundi secundum providentiam in verum [*] globum polita est. Sequitur ergo, etiam caetera omnia sine praesidentia*) facta fuisse et visitatione (i. e. providentiae cura) carere. Quin imo et tempus est infinitum; neque ergo iure dicitur per providentiam dei esse. Quod si ita se habet, ergo neque temporis sectiones, dies et noctes mensesque atque anni et tota circumactio.

54. Quandoquidem vero ad incorporeorum quoque ascendimus rationem, nec ea praetermittenda sunt, unde dialecticae quaestiones et ideae constant; quoniam quaestiones istas de absolutis nominatis

*) h. e. sine mente praeside vel modum statuente. Auch.

speciesque, casus et coniunctiones et quicquid consimile sit, per providentiam fieri asserere summa est amentia: nisi prius constituatur, omnium omnino incorporeorum materiam vi naturae suae vacatam esse oportere; unde sequitur, neque species artium neque artes ingeniaque ex deo esse. Si ergo nec vacuum nec tempus nec termini nec figurae neque sectiones, aut quaecumque per voces significata soleant appellari, queant dici divino ingenio facta fuisse, quid aliud de residuis liceat dicere?

55. Philo. Audi, o vir admirabilis; interroganti enim respondere expedit, imo et illum quoque, quem nemo passim interrogat, hunc decet adhibere liberaliter et sine invidia doctrinam. Dicis deum locum novum non condere ideoque neque corpus creasse. Disce tamen, quod dico tibi, certius civitates aspiciendo. Istas enim singuli principes antiqui condidere: Theseus Athenas in Attica et Laconica (regione), et Alexander Macedo [*] nominatissimam Alexandriam iuxta Aegyptum. Attamen nec Theseus Atticam Laconicamque neque Alexander Aegyptum vel Libyam (formarunt), sed opus naturae praeparatum reperientes, hoc est eas regiones, certa quaedam spatia circumdederunt moenibus, caeteraque privata et publica aedificia construentes nominatas ediderunt urbes. Similiter et deus, quin novum quidpiam elaborasset, de novo magnam istam urbem, mundum, creavit ac una cum eo locum etiam oriri fecit. Quoniam plenitudine corporis data, spatii, sicut et tu existimare aequum duxisti, nulla pars erit, quae non sit locus. Evidenter itaque de vacuo locoque haec interim satis dicta sint.

56. Figura autem mundi, sicut et mundus ipse,

amice mi, per providentiam globi in formam facta fuit: primum, quia omni figura velocius mobilis est, et deinde magis necessaria, ne forte remissus (mundus) deorsum ferretur ad immensam vacuitatem, cunctis partibus in suum medium inclinantibus; sic enim solummodo consistentiam habiturus erat, erga se invicem ad medium tendente aequali orbe (vel sphaera). Occurrunt autem in Timaeo Platonis, qui mirifice laudent figuram perfecte sphaericam cum sua utilitate atque commendent, ita ut nullo praeterea indigeat laudis additamento.

57. Quod vero attinet ad tempus illud confictum sine praeposito inspectore, quod adducebas in medium, bene advertendum est, quod infinitum incorporeumque tempus deus minime creavit, sed dies mensesque annosque sole et luna usus in hac mensura atque reliquorum planetarum periodis propter animalia generationemque fructuum, [*] quae nequeunt sine annuis tempestatibus consistere. Ad hoc dirigi cumulatim ortus et occasus solis consueverunt, quod nempe sol et totum universim caelum ac mundus, quemadmodum ecce demonstratum fuit, per providentiam regantur.

58. Post haec, ut mihi videtur, de rebus dialecticis sermonem inducebas, quasi vero non sint deo digna iuxta sententiam (tuam) tum reliqua, tum dicta de speciebus, neque iis, qui in studio claruere, conveniant. Quid tamen, quaeso, sit umquam species, nisi universalis alicuius comprehensio? et intellectui quid occurrat universale aliud, quod deus prius non fecerit, menti inserens foecunditatem, quae optime est apta ad admovendum sibi singula, occur-

rentibus signis vel antea conceptis, pro naturis inquirendis, ita ut ea, quae sine clamore sermonis firmiore facto veritatis constant, pro certo argumento possint sumi?

59. ALEXANDER. Facile quidem erat, quod scias velim, singulis resistere dictis; ne tamen verbum verbo annectentes iisdem de rebus prolixiores in sermone videamur, ad sequentia transferamur. Exigamus nimirum antesignanorum a te rationes.

60. Quamobrem vasto in medio universorum conditam erexit terram, supra se habentem maria, et concedens terrae spatium secundum, aërem super aquas elevans, eum sursum delatum usque ad [*] aetherem extendit? Quod vero a nobis (fortasse) audire vultis, praesto est responsum: necessitate videlicet quadam naturae leviora a gravioribus sursum pelli contigit. Occultis autem certam faciunt fidem haec, quae sunt manifesta. Situlam si quis aqua plenam sumens, oleum ei superfundere arenamque velit, arena inferius abit; oleum autem supra perstat, aqua vero medium obtinet spatium. Etenim aqua, eo quod levior sit terrena materia, sursum acta resilit: quoniam vero gravior oleo est, sub leviore cogitur subsidere. Eodem modo et mundi partes affici videntur, ut dicit Empedocles. Discedentibus enim ab aethere vento et igne atque volantibus, tum caelo latissime expanso ac desuper circumducto, ignis qui paulo inferior caelo manserat, ipse quoque in radios solis adauctus est: terra vero concurrens in unum spatium et necessario condensata apparens in medio stat. Porro circa eam undique, quoniam nimis levior erat, volvitur absque dimotione aether. Quietis autem

exinde ratio datur per deum, non vero per sphaeras multas super se invicem positas, quarum circumrotationes poliverunt figuram*), quia circa eam coarctata fuit sphaera ignis mirabilis; magnae enim et multiplicis theoriae (s. speciei, formae) vim habet: ideo nec huc nec illuc cadit ista.

61. Deinde ratiocinatus de mari, ait: Concreta est extremitas orae, maxime in grandinis morem resiliente aqua limosa: quae enim in terra humiditas passim est, in demissis depressisque eius locis amat frequenti ventorum impulsu impelli, [*] fluctu uno alterum sustinente more nexuum quorumdam fortissimorum. Absurdum autem est dicere, iuxta providentiam esse tantam multitudinem aquarum, quae minime bibuntur; quandoquidem maria sunt non pauca inclusa intra Herculeas columnas, magnum autem mare extenditur praeter legem naturae debitam, Itaque quae ex terra defluit humiditas, aqua est facta; similiter et aër vapor exhalatus ab aqua terraque, sicut in balneis solet esse, ubi aqua extenuatur per calorem, secundum necessariam elementorum ad se invicem commutationem.

62. Philo. Adverte, ut optime verba tua colligas, Alexander, sicut qui amputant arbores agricolae accurate; quia fructus pars est plantae, et qui rite utuntur eo, proficiunt. Perpende, quod dicis, a gravioribus sursum agi leviora. Quoniam non omne, o vir optime, corpus pondere gaudet, ita ut quaedam omnino non gravia dici apud physicum expediat, velut opposita gravibus: magnam enim vim habet contrariorum compositio, ex quibus mundus

*) i. e. in speciem sphaerae mundum conglobavere. Auch.

est factus. Inane utique erit quaestioni de gravi levique aliquid addere in praesenti inquisitione, sed sufficiet tantum dicere, quod aër et ignis naturaliter habentes motum in sursum absque gravitate nec a terra neque ab aqua sursum premuntur. Fuit autem elementorum extensio per providentiam opus creatoris patrisque. Et terra occupavit medium: primum quidem, ne abrepta aliquatenus a centro dimoveatur, nam eius nisus ac statio in centrum tendit; iterum autem, ut ita circumcirca habitetur, in quantum enim [*] perstat, recte omnia super eam stant, quum et ipsa in centrum ferantur. Quo probatur et figuram eius per providentiam factam fuisse globosam, quia iam dictam circumhabitationem non patitur alia figura, quod patet ex iis quae philosophice considerantur de figuris habitationibusque; nihil enim sine ratione esse conceditur a nobis. At non proinde licebit quaerere rationem, quae non concordet cum veritate, sed eas quae congruentes comperiantur.

63. Id vero idem est, ac si quis gymnasium ingrediens videat globos et vacuos discos, quae omnia ad usum exercitationis puerorum magister praeparaverit, quae certe speciem aliquam exhibent providentiae artis periti: diceret globos ob levitatem figurae, quippe qui facile mobiles sunt, necessario factos fuisse ut magis aptos ad exercitationem corporis iuventutis, vacuos vero discos ob circulationem, ut nullo negotio iaciantur. Statim enim aliquis in medium accedens doceret, non suapte natura, sed per artem studiumque experientia firmatum pro utili fine haec facta fuisse. Quamobrem nemo, qui bene sentit, contemplans mundi partes differentiasque in istis occurrentes, naturalem necessitatem singularum com-

positioni causam fuisse putet, sed solummodo principem opificem considerans illum laudibus celebret propter sapientiam intelligentiae, quatenus ordine quodam harmonico singulas earum ordinaverit.

64. Tu autem haesitabas, quare nimirum tanta vis non potabilis aquae diffusa sit? Superfluam nullam invenias naturae [*] partem, o Alexander, si velis per te ipsum investigare. Quandoquidem diligentis intellectus non es expers et ab aliis edoctus ad instar eorum, qui perlustrarunt viam sapientiae: quos et nos sequimur, assueti habere verba ad infirmos (*inconstantes*). Verum inexhausta quodammodo ex fonte sapientiae hauriendo auditoribus discendi studio ardentibus istis satisfacere procurantes, maiora aggressi sunt negotia inter se invicem connexa. Ideo dicunt extensum mare hominum deorumque commodo. Diis enim ita fere adornari dicunt: Sol quem nonnulli rectorem esse dixerunt, eo quod largitur necessaria, ex mari, inquiunt, nutritur, quippe purgatissimas partes humidi elementi ad se trahens sorbet. Pro indicio sit praeter alia, quod per anni tempestates in contrarium tendit cursus solaris, aestate per Cancrum, et hieme per Capricornum. Nam circumambulans Sol aeternos illos terminos haud transgreditur. Et ipsae quoque nutrices fixae (stellae) nutriuntur, ex aëre purgatam ad se trahentes humiditatem, quod ita probant*); etenim paululum ipsius humoris nullo modo permixtum constanti lege, sub aurora iugiter frigens in terram remittitur, aquae colore accepto, quod ros nominare mos est.

*) Cod. primum habuit exaratum: *multum est.* Sed postmodum aliena manu reductum in *manifestum est*, aut *manifestat.* Auch.

65. Sicut autem*) magnae utilitatis est in totius caeli sustentationem mare, ita quoque ad hominum vitam. Quoniam incolarum terrae cum habitantibus in [*] insulis et insulanorum ad terricolas nulla fuisset mutua communicatio neque bonorum commutatio in singulis regionibus nascentium. Itaque quemadmodum natura nullum animal effecit haud indigum aliis, sic neque regionem ullam permittit ea omnia habere, quae in usum proprium sunt necessaria: quaedam enim deficiunt, quaedam vero abundant, ita ut nequeat fieri, ut quis accipiat, quin det; vult enim, ut simul stent et prodesse et proficere. Argumentum autem firmissimum harum rerum sint qui in variis civitatibus sunt portus et multitudo navium, quae qualibet anni tempestate ingrediuntur mare, circumaguntur per mundum, necessarium peragendo officium: quo universo generi humano geminum bonum concordantis utilitatis constet.

66. Haec obducentes nonnulli, qui prorsus aliena a sapientia loquebantur, linguam accusatricem nimis effraenam relaxando, praesumpserunt blasphemare partes naturae: quippe qui tamquam supervacaneum ac quasi sudorem terrae mare dixerunt, licet praedictas utilitates suppeditet caelo et terrae, et iis qui sortiti sunt habitationem utriusque partis mundi. Causa autem impietatis voluptas est; ea enim quae non nutriunt neque serviunt ventris cupidinibus, velut minime necessaria incusarunt. Universa enim aqua marina quum non sit potabilis, ansam praebet vituperationis hostilem animum habentibus amantibusque rixas.

*) Cf. Fragmentum ex Ioan. Damasc. supra Tom. VI. p. 234.

67. At ex terra vapores ad quid utiles? O mirabilis vir, ex aëre distincta compositio annon est salutifera, non animalibus tantum, verum etiam plantis? Imo, si oporteat adhuc procedendo asserere, iis quoque, qui solida natura secum invicem commixta sunt, causa est [*] ut stent. Animantium imprimis esca est et ciborum omnium potuumque frequentissima: iis enim qui non sunt insatiabiles adinstarque mergorum piscibus viventium semper prodesse potest. Nam quae in corpus recipiuntur, ea tum ob nauseam tum ob dissolutionem cupiditatum, licet insatiabilium, innumeris fastidium et fatigatio subit*); quod autem per aërem alimentum est, tam vigilem, quam dormientem sequitur donum naturae, continuo a iuventute usque ad senium perpetuo connexum: quapropter si aliquantisper corrumpatur, pestilentiam efficit.

68. Nullatenus ergo vos post tot et tanta quae ita utilia sunt, alliciant ad impie sentiendum ii, qui levitatem suam praesumunt in divinitatem ipsam retorquere, quos oportebat inter immortales mortalesque oppositionem certo modo cognoscere; omne enim, quodcumque supervacaneum, inconstans erroneumque est, a caelo longe expulsum est et in sublunari pervagatur spatio.

69. Alexander. De caelo, inquis, detrusus est error et superfluum. Ubinam tamen plus quam inibi evidenter patet? Tantam extensionem stellarum minime erraticarum non vides? putasne illas ordinem quemquam exhibere? Fierine poterit ordo in im-

---

*) Verba obscura sic se habent: *quibus etsi non (est) satietas, veruntamen fit in illis labor, et defatigantur.* Auch.

mensitate, in multitudine inque amplitudine rerum, ad quas mensura mentis naturaque numerorum deficiunt omnino? Alter est ex adverso ad normam [*] exercitus cuiusdam ordinatus eorum chorus, qui planetae dicti sunt; et imprimis inaequaliter. Quandoquidem nullo modo septem illi soli sic nominati aequipondio possunt esse contra immensam multitudinem non erraticarum: quid enim esset hac amentia absurdius? Deinde isti quoque (planetae) inter se adversantur maxime per differentiam. Duo enim cum sole currunt semper, Mercurius et Venus, quorum primus Hermes, alter Aphrodite vocatur. Caeterorum autem impares sunt velocitates periodi; nam aegre XXX annis Saturnus videtur peragrare sphaeras proprias, Sol mensibus duodecim, Mars annis duobus, Luna sola diebus iisque minus quam triginta. Atqui quomodo tot temporum inter inaequalitates, quibus morae dispares velocitatesque motorum corporum constant, potest esse ordo laudabilis chori?

70. Lunae vero lumen nonne inepte putatur, a sole iuxta providentiam desumere lucem, quum potius instar speculi casu in se incidentem formam recipiat? Quemadmodum Empedocles (dixit): Lumen accipiens lunaris globus magnum largumque, mox illico reversus est, ut currens caelum attingeret. Quid autem et occasus stellarum? numquid in nostram utilitatem comparatae sunt et non potius necessitati periodi serviunt, circumactae cum universo? Nam aliae oriuntur, aliae occidunt, periodum aeternum commutantes, praeter eas, quae Plaustri sunt; istae enim semper perspicuae sunt.

71. Noctis terminationem dieique [*] magnitudi-

nem dicere in commodum hominum factas fuisse nonne superbientis nimium animi est? Rationem enim istarum prae se ferunt indicantque aestiva hiemalisque, per quas Sol fertur, sphaerae variabiles, imparibus sectionibus, horizonte definiente utrumque hemisphaerium. Testantur autem magnopere providentia destitutam necessitatem eclipsis Solis defectioque luminis Lunae — nam istae utilitatemne afferunt generi nostro? — quum adsint multiplices causae adducendae. Sol enim deficit, Luna sub eo intrante coniunctionis tempore, quum advenit interlunium vel novilunium; eclipsis vero Lunae latentis sub umbra terrae, quando tres illi globi ad invicem sunt ex diametro.

72. Philo. Sustine, non enim nescius sum, quod iis, qui amant obloqui, abundantes caelestia exhibent accusationis causas ac difficiles ad tuendum. Verumtamen ex humana imbecillitate ansam capere accusandae divinitatis maxime iniquum est. Deum enim sicut creatorem patremque decet scire singulorum rationem veram, mortalium vero neminem assequi physiologiam, quoniam et istud ad ordinem spectat. Itaque probabilitatem attingentes, respondebimus subreptitiae huic accusationi: et primum de non erraticis (astris), ex quibus nempe et tu initium ducere visus es.

73. Notandum ergo, quod Fixae in causa sunt etiam temperantiae aëris, quia natura sunt frigida compositae, de se liquefacta diffundunt, et iste (aër) [*] dilatatus causa efficitur animalibus generationis faciendae, sicut etiam iam factis (natis) respirationis causa comperitur: ad subtilitatem enim cooperatur

multitudo, at ad illud, quod non ex parte, sed totus dilatetur aër, circumlatio periodica. Distantiarum vero in tanta siderum multitudine apta proportio nos latet. Ille qui fecit, omnino id accommodavit. Siquidem et qui urbes condunt, non tres vel quatuor domus aedificandas sibi ducunt, sed numero maiore, respondentem circumferentiae adaugent domuum multitudinem.

74. Item sine labore ac defatigatione est eorum circumactio, primum utique ob proximitatem ad divinam naturam, ac deinde etiam propter ignis virtutem, quae nequit debilitari, eo quod optima esca instructa sit, neque tempore lassari. De non erraticis ergo satis dictum sit. Numerus autem planetarum prodest universo; verum hominum est otio praeditorum dinumerare singulorum utilitatem. Haec autem nota sunt non solum ratione, verum etiam sensu, ita movente providentia, quae, ut dicit Chrysippus et Cleanthes, nihil praetermisit pertinentium ad certiorem utilioremque dispensationem. Quod si aliter melius esset dispensari res mundi, eo modo sumpsisset compositionem, quatenus nihil occurreret ad impediendum deum.

75. Si itaque quis quaerat, cur duplex factum sit Plaustrum, Sol autem minime, ac quaecumque sic facta sunt exempla, is supra dicta contemplans edocebitur: discens nimirum, quod aliter nequiebat melius esse, quam quod perfecit deus summo consilio, ante quod nostrum consilium humanum, tamquam [*] lucernae ad comparationem solarium radiorum, exiguum lumen est, obscurandum a diffuso splendore solis. Itaque Plaustra semper patent, ut praeter alia

emolumenta, facile maris iter redderent: etenim quodammodo ista ducunt in transitu marium via comparata infallibili eos, qui navigant per vastitatem eius, et perducunt usque ad portum, quo properant. Quoniam igitur navigatio opus est mirabile et audax nimis opus putaretur terricolas istos praesumere transmeare provinciam a natura datam aquatilibus, necesse erat eos uti divinis ducibus: alioquin huiusmodi itineris, diis solis noti, perpetua ignoratio in causa esset, ut nemo iter faceret. Praeter enim solis evidentissimam indicationem Plaustra magis indicant viam navigantibus. Die enim pervagatur navis, et nocte postea ad rectam dirigitur viam his ducibus, adhibita navali peritia. De his ergo satis.

76. At iubar Lunae, inquiebas, non secundum providentiam esse, sed secundum perceptionem et redintegrationem lucis solaris, a quo componitur. Ego tamen ex adverso argumentum id divinae providentiae esse assero. In primis enim mensium periodos Luna apposite coaptavit, quae totidem sunt mensurae cursus Solaris. Deinde per incrementum et diminutionem variationes commutationesque pro emolumento universi facit. Fidem faciunt certam quae in aëre sunt conditiones status, serenitates, ventorum cessationes, nubes, violentiae ventorum et his similia: praeterea vastissimi maris refluxus; nunc enim deorsum absorbetur, nunc iterum fluctibus resilit. Maxime vero [*] animalium quorundam variationes adimpletorum evacuatorumque, sicut testaceorum ratio habet, et reliqua, quae mira incredibiliaque in se probant, quorum singula ad totius statum cooperantur: quamvis enim nos nequeamus rite

apologiam construere, res tamen ipsa evidentissima est. Hoc dicto in alteram transferar apologiae partem.

77. Lunae phasibus speciatim fructus nocte quodammodo maturescere videntur; debiles namque et magis femineos emittens splendores, nec non serenos (aut rore praeditos) optime lactat enutriendo et adaugendo. Quandoquidem nimius violentusque calor exsiccando arescere facit; qui vero absque exustione est, leniter ac paulatim calefaciendo solet perficere.

78. Dierum autem noctiumque inaequalitatem Sol producit, inaequaliter ac varia lege circumactus, et per accessum secessumque aestates, hiemes et aequinoctia peragens, quae sunt tempora annua, nascendi, crescendi, perfectionis omnium sub caelo causa.

79. Eclipses vero luminis etsi supponat quis haud primarium esse dei opus, primarii tamen consequentiam omnino esse non dubitabit, fateatur enim necesse est cooperari ad universi firmitatem: si enim causam explorabis, qua haec aguntur, magnum amplumque opus invenies, quod incomprehensibili constantia animum possit exhilarare.

80. Vide, quam bene expergefaciat abhorrentem a philosophia, lyricorum [*] poetarum optimus Pindarus, eclipsin intuitus lucis Solis. Dicit enim:

Radium Solis, tyro, multum intueri,
ne nimis concedas tuis oculis corporeis.
Sidus superexcellens diem vocatum,
quod regem constituisti,
virtutem eius, quo et sapientiae
viae evanescunt tenebrae,
regere iuveniliter, quam anterius.

Verum te in curru Iovis eque deus (s. in Iovis equo deus) rogo
indemnes ad temperantiam sint commutationes.
Quam cantabo, o gloriam modesta aequissima (s. communissima) ars!

81. Istarum autem rerum scientia a metu malorum daemonum ac terrore iudicio suo eximit. De his ergo, quae ad singula spectabant, dictum est; oportet tamen et de cunctis simul id noscere.

82. Per providentiam nimirum dicitur mundus regi, non quod omnium causa deus sit — nec enim malorum neque eorum, quae extra naturam fiunt, neque eorum, quae nullum praestant usum utilitatis (causa per se comperitur deus) —, sed quemadmodum urbs virtuosa per legem dicitur regi, quatenus abundantia in ea et res necessariae, consilia, principes, iudices, laudes honoresque bonis, reprehensiones et supplicia poenarum iniustis, et quaecumque ad haec referuntur optimae constitutiones, bene ordinata sunt, violentiae vero et rapinae ac consimilium non lex in causa est, sed iniquitas incolarum legem contemnentium. Similiter per providentiam regi mundus dicitur, non quod omnia procuret deus, sed quia dignitas eius naturae est, ut omnino bona utilissimaque sit; contraria vero vel materiae vel malitiae naturae immoderatae [*] erroris sunt foetus, quorum deus non est causa.

83. Alexander. Verba huiusmodi assentationes sunt, quibus putant aliqui allicere deum ad instar hominum, qui delectantur adulatione. Alioquin, si certa veraque esset providentia, cur, quaeso, non tota terra universim habitanda fuisset, ad normam

unius civitatis? Nunc tamen ex quinque partibus duae aegre incolas habent homines additis cunctis animalium generibus, tres autem residuae inhabitabiles remanserunt, quaedam earum praeter alia ob frequens frigus rigidum, quaedam vero medio in spatio ob solaris aestus combustionem atque vicini maris extensionem.

84. Philo. An tu putas nos propter mundum, et non potius mundum propter nos factum fuisse? Nam minime id considerans ruminasti, quod rite disposita sit sectio terrae pro habitatione hominum proque spatio ad usum deorum respectu sensibilium. Nobis enim per distributionem concessae partes plus quam satis sunt pro habitatione; oportebat tamen et sideribus convenientem praeparare escam, nutriendis nempe ex mari magno. Praeterea inutile esset totam habitare terram. Quare? forsan quis dixerit. Quoniam quotannis corruptio contingeret animalibus plantisque, tam ob nimium atque immoderatum frigus, quam ob aestum excessivum. Si enim transgressus Zodiacum pergeret Sol per Coluros (s. [*] ultra tropicum), dum est in oriente, deflectens ad meridiem, tunc frigefaciens per longam distantiam laederet partem septentrionalem; quando vero Plaustrum versus flecteret, pars australis laederetur (frigore); et iterum ex conspectu directe versans super verticem, multas simul flammas disseminaret. Nunc autem usque ad tempestatum puncta motus, ipse nutritur praestatque partibus terrae sufficiens temperamentum aëris, ubicumque habitatio nostra extenditur.

85. Alexander. Ne ultra, ut videtur, altercemur eorum more, qui sectas oppugnare solent. Iam

enim vi verborum, quae usurpasti, declino ad legem sententiae tuae. Nihilominus volo ad indubiam sapientiae confirmationem, caetera, quaecumque ad tranquillam oeconomiam faciunt, minime subticere; quibus sublatis venusti bravii (βραβείον) loco consensionem lucrabimur.

86. Philo. Dic fidenter; haud enim dubitamus sane de necessaria solutione.

Alexander. Dicam, tua licentia, incunctanter, etsi non esses hortatus, non de universis paene apud alios laudatis, sed de his rebus, quae mihi soli accusationem mereri videntur.

87. [*] Ventorum violentiae ad quid factae sunt, si vere omnia aguntur secundum providentiam? Num ideo, ut undis fluctuet mare, et qui iter illac faciunt mergantur, aut saltem multo cum labore aegreque salventur? Ii autem, quibus ignota est facilitas navigationis*), in ipsa terra penuria rerum necessariarum laborantes, fame opprimuntur, quandoquidem (vento) percussi excidunt seminum arborumque omnes fructus producti, passim vero accidit omnia totali arefactione corrumpi ex vento calido, quemadmodum sub vernali tempore auster flammeus solet supervenire.

88. Itidem pluviarum frequentiam nonne insaniae est dicere pro favore provisam esse a deo. Quoniam pluit super vastitatem maris ad nullum emolumentum, pluit et super terrae situs magis desertos infructuososque. Saepe etiam tempore minime opportuno cadens pluvia valde perniciosa probatur,

*) Verba haec produnt: *neque (somnum,* vel iuxta marg.) *in somno facilem navigationem sentientes.* Auch.

hieme in ver conversa, et aestate in hiemem mutata. Caeterum pluviae prodesse forsan dicentur. At grando ac nix quid emolumenti afferunt sive animalibus sive plantis? Nec ista sufficiunt, verum ad haec alia adduntur deplorabilia potius quam stupenda: ut sunt ad perceptionem vel ad formidinem facti crepitus tonitruum fulguraque fulminum igneorum sub sole vel circa solem. Sed quasi pauca haec sint, occurrunt identidem circa Lunam varia phaenomena, ut trabes, cometae, lampades, ad similitudinem aliorum astrorum, sive stellae ardentes fervoribus. Expedit porro istorum causam adscribere elementis mutationibusque eorum; ex rarefactione enim et [*] condensatione multa ex memoratis evenire consuevere.

89. Circulus tamen lacteus ad quid est? Etenim qui de meteoris agunt, ita inter se dimicant, ut dissimilia de illo sentiant*). Siquidem nonnulli arbitrantur luminis esse revibrationem ex stellis refulgentibus, quidam vero commissuram totius caeli, ubi coaptantur hemisphaeria; aliqui antiquam ab initio viam solis; alii Geryonis pecudum viam, per quam eas duxit Hercules; alii vero ex γαλακτικοῖς, sc. lacte plenis, Iunonis uberibus: quod etiam Heratosthenes sensit. Quare dicit: Miror, si aggrediar Iovis sacra vestigia pedis, quod cornu appellat huc usque, et circulum festinantis velocisque suffurantis paleas**). Praetermissis itaque istorum adin-

*) s. ad verbum: *Num ideo, ut apud sublimia lustrantes invidia moveatur et contradictiones occurrant? Ne haec de illis putent.* Auch.

**) *Via lactea* Latinis dicta Graeco more, Armeniis est *Hartacol* s. *Hartogh, paleae fur,* qui nempe in fuga sua paleam portandam vel invitus sparserit huc illuc. Nescimus, an sensum solum expresserit hac voce interpres Arm., an legerit in Gr. aliquid simile, ut *ἀχυροφόρ* s. *ἀχυροκλέπτης* s. *ἀχυρῶν* etc. Auch.

ventionibus minus probandis, quae ardore dimicandi sunt prolatae, convenit dicere, quod ignis est ista glomeratio ab aethere causata naturali necessitate, non providentia.

90. Caetera vero habentne providentiae congruentem rationem, quae videlicet in damnum hominum solent coalescere? Subitanei motus terrae saepe una hora mundum concusserunt; aliquando etiam hiatus terrae immanes aperti integras civitates deglutientes perdidere. Alias civitates pestilentiae supra laetitiam cadentes repente vacuas ab hominibus [*] reddidere. Imbres autem fortes inundationesque, aestus et casus ardoris, ignis instar vitalem istum aërem combusserunt, ita ut non animalia sola; sed plantae quoque laederentur; quod plenius Aeschylus asserit dicens:

Dira lues vacuam maxillam voracem
in populos circumferens, adimplet,
mortuorum corpora sepeliendo.

Nec tamen mors dira est, sed quae adduntur infirmitates et morbi difficillimi ac acerbi, tum qui superveniunt dolores corporum diri ac irremediabiles. Animae vero amarissimos et solatio carentes dolores desperationesque quis referat, quamvis verbotenus facile videatur? Nota est, quae sub bello Peloponnesiaco pestis fuit quaeque a Thucydide refertur, tum plures vix memorandae umquam morborum species novitatem redolentes, quas Poeonius haud tentavit curare in iis, qui concurrebant ad eum quique nequiebant sese abducere, sed gravitate rapiebantur a malo, sicut dicitur, a lapide Herculiano (magnete) ferrum. Verumtamen nec hucusque solet

acquiescere malum, sed procedit magis ac magis in augmentum infinitum indeterminatumque.

91. Talisne sit curator noster ac inspector? Dives miser evadit ex multiplicibus causis concurrentibus: sicut nonnullos ursi invadunt, aut apri aut leones aut aliae ferae silvestres; et post haec illum putabimus cogitare maxime de nostro genere? Melius profecto per Iovem illis attendere liceat, qui ex insipientia arbitrantur, haec animantia pro exercitatione hominum naturam procreasse, ut firmarentur robore; [*] quandoquidem quos praevia exercitatione instructos vident, ipsos timent aufugiuntque, quum in venatione et in obviatione occurrunt. In eos vero qui solent agros colere et tranquillam vitam exercere, neque maioribus student rebus, in huiusmodi certamine periculoso irruunt et insidiantur.

92. Sint tamen, agedum, lupi, apri et leones instructores hominum, exercitabunt ad robur corpora nostra; num etiam viperae et basilisci scorpionesque et caetera huiusmodi? Quid enim praestat scorpio sub lapide? Et quae alia veneniferorum innumera sunt genera, pro exercitatione factane sunt? quandoquidem non ipsum praeexsistens robur solum, verum etiam valetudinem destruunt explioduntque, imo amplius ipsam vitam abscindunt, molestos ac saevos dolores inducendo. Praeterea, quod magis curae esse debet hominibus, nonne oportebat perniciosa longe procul collocare, utilia autem sola vicina nobis esse? Attamen omnino contrarium cernitur, quia capreae, cervi et lepores procul a civitatibus expulsi sunt, venenifera vero ac exitiosa conferta sunt in singulis domibus, in cellis internis in-

sident, et in ipsis loculis templorum latent. Id ipsum cernitur et in volucribus, quoniam turdi, salami, palumbes, perdices, anserumque gruumque genera in deserta fugiunt, hirundines autem et corvi, qui nihil prosunt, in habitationibus hominum nidificant et in civitatibus. Quod autem magis prodigiosum est: quicumque hominibus mortem minatur, inter reptilia potius, sine laboratione habet cibum praeparatum ab ipsa natura; qui vero refertur ad utilia vitae cooperaturque, ac si supplicio affectus pro utilitate sua, angustam haesitationem [*] patitur de necessariis, nisi properans homo quasi mercedis gratia adhibeat herbam familiarem.

93. Id sane et in plantis ordinatum observatur, ad evidentem certamque notitiam, ut puto, etiam nimium stupidi. Mori enim et sycomori, oleastri, tubercula ervaque*) valde redundant et absque agriculturae arte pullulant. Malus tamen punica, pomum, palma, olivae vitesque raro neque ex se nascuntur, indigentes semper eo, qui accrescere ea faciat, ut aegre annuatim fructum ferant: ita ut plerumque qui plantarunt, non eo perveniant, ut iis frui possint, sed posteris suis heredibusque condant labores suos ad iniquam possessionem.

94. Item lethales terra herbas innumeras ex se germinat, hordeum vero ac triticum per angustiam curae indefessumque laborem agricultorum aegre nutrit. Nec forsitan durum esset, si ubique idem fieri contingeret: nam in miseria quod commune est malum, levius comperitur, similitudine in multitu-

---

*) Incertae hic sunt significationes Arm. vocum per coniecturam aliquam a nobis expressarum in Lat. *tubercula, erva*. Auch.

dine communi diminutum. Nunc tamen magis genti atheae Cyclopum abundanter exhibentur necessaria ob fertilem terram. Satius profecto esset, ut quamvis reliquus totus mundus crassa terra praeditus ac ferax fuisset, illis tristis ac sterilis regio data fuisset. Caeterum providentiam feliciorem putare indignis [*] operibus retribuendam fore iniquissimum est.

95. Poeta itaque inducit errorem turpem, dicens*):

In Cyclopum terram arrogantium, lege iudicioque carentium,
pervenimus, qui diis freti immortalibus
nec plantant manibus plantam neque arant,
sed ita inseminata et inarata omnia nascebantur,
triticum et hordea et vites, quae ferunt
*vinum optimi botri et repentinus**) imber crescere facit.*

96. Ex adverso nihil fere remanet pietatem colentibus. Tota Hellas aut tenuis terrae est, aut aestu et pluviis frequentibus, vel aliis damnis haud fertilis evadit. Durius est audire, quod extranea diligentia atque ope navium pene omnia barbari quotidie istac afferre solent: quippe quod oportebat in improvidentia rerum gentem optimam paupertate laborare, pessimam autem amplam assequi possessionem.

97. Adhaec autem aliam saepe animadversionem ac sententiam audire liceat a Sophistis, qua dicuntur

*) Homer. Odyss. 9, 106 ss.
**) Ergo Armenius interpres in suo autographo legebat *αἰφνίδιος* pro *καί σφιν Διός*. Auch.

parsimonia, religiositas et sobrietas virtutes esse [*] deo gratissimae: gula vero et aviditas immunitasque ab angustiis, malorum summa. Miror tamen, quomodo si ista sunt vera, per providentiam dicatur mundus administrari? Quandoquidem praepositum curatorem nutritoremque decebat dona cupiditatum cohibere, ea vero, quibus sapientia et intelligentia coalescit, praestare largiter absque invidia. Nunc tamen, quae istarum rerum causae sunt, minima sunt; quae vero illarum, maxima et plurima. Partes enim naturae fere omnes plenae sunt rebus voluptati servientibus, ut aër avibus, piscibus stagna, flumina et mare, terra autem terrestribus domesticis silvestribusque. Nec ea sola, quae ad usum cibi et potus, sed etiam ad delicias ambitiosas referuntur; excessus enim crapularum exquisitorumque conviviorum suppetit, tum fragrantia odoris diversi generis. Quia violae et rosae, crocus nardusque et quae aliae verno tempore in hortis, viretis campisque floris sunt varietates, nec non myrrha, thus variaque unguentorum copia et incomprehensibiles differentiae ad quid factae sint? Nonne ad sanitatem et venustatem, vel potius ad edacitatem, luxuriem exquisitasque delicias?.Quae omnia ab iis esse respuenda dicuntur iis, qui prudentiam ac mentis sanitatem sectantur, tamquam vilissima obiecta, quae omnes corrumpunt, ita ut neque videnda sint, si fieri potest*). Dicunt enim, quod ex arte medicamenti, unguenti similique studio fugam capessere aequum est propter virtutes communi vitae humanae proficuas. Cui tamen commento opponunt sese optima et valde recta

*) Obscuritas constructionis in Arm. varie poterat explicari; sed ubi sensus datur integer, nihil curandum de verbis. Auch.

consilia, destruendo et [*] impediendo et multorum populorum vim enervando, laudeque celebrant naturam, quae exhibet materias singulis artibus convenientes. Dantur etiam aliqua, quae, sicut minime egentia artium, ad usum quotidianum delectationemque faciunt. Quid tamen praestitisset ars, si non prius essent materiae? Nam quemadmodum epularum dapes praeparare frustra esset conditoribus ciborum, ante eos qui impendia fecissent, similiter insaniae esset criminari artes neglecto datore naturae ipsarum. Haec mens vulneris expers procreavit.

98. Philo. Urgent haec maximeque indiga, quae accurationem medicam recipiant magnam; oportet enim diligenter versari in ipsis. Incipiendum vero inde, unde et tu originem duxisti accusationis.

99. Ventorum*) imbriumque productiones non in damnum navigantium per mare, ut tu putasti, neque agricolarum, sed in utilitatem totius nostri generis deus fecit. Aquis enim terram purgat totumque, quod sub luna est spatium, vento: utroque istorum animantia ac plantas [*] alit, auget et perficit. Quod si pro tempestate navigantes colentesque terram aliquando offendit, mirum nihil; exigua enim pars isti sunt, cura vero totius generis est hominum deorumque**). Quemadmodum igitur in thermis et in gymnasio oleum pro unctione ponitur ad utilitatem, saepe tamen accidit, ut tam gymnasii, quam balnei praepositus ob civiles rationes consuetae horae mutaverit ordinem, proindeque destituantur nonnulli, qui sole-

*) Cf. Fragmentum Graecum ex Eusebio supra Tom. VI. p. 220.

**) Deest in Gr. *deorumque*, sicut et in sequentibus *balneorum* nulla mentio. Auch.

bant sese ungere: sic deus perinde ac civitatem unam procurans totum hunc mundum, aestatem in hiemem transmutare hiememque in ver reducere consuevit pro utilitate universorum, etsi nautae quidam vel agricolae ex istorum inconstantia aliquid damni ferant.

100. Itaque elementorum in se invicem commutationibus, ex quibus mundus coaluit constititque, notatis opera necessaria sine impedimento exhibentur. Pruinae vero et nives atque alia eiusdem [*] generis, aërem sequuntur quoad frigus, nec non congressus collisioque nubium fulgura atque tonitrua, quorum nihil fortassis secundum providentiam (principalem) sit, sed pluviae ventique et aliarum causarum vitae ac incrementi eorum, quae circa terram sunt, comperiuntur consequentiae. Gymnasiarchae liberalitate honorifica plerumque largis sumptibus factis, pro aqua nonnulli ex bene experimentatis oleo lavantur, pavimento guttis irrigato, quod illico lutum efficit nimis lubricum. Sed nemo qui bene sentit, dixerit lutum et lapsum in lubrico opus esse providentiae magistri, sed haec subsequi nimiam liberalitatem sumptuum. Itaque dicantur et Iris et Halus*) et consimiles mixturae in nubibus consequentiae esse, non opus esse naturae primario studio, sed inter naturalia adnumerandae opera. Nihilominus praestant et ista usum necessarium sapientibus, malaciarum ventorumque aestus et hiemis, ab istis firmam praenotionem scilicet recipiendo. [*] Nonne vides atria in urbibus ac tecta, quod magna ex parte

*) Pro Gr. vocibus *Ἶρις δὲ καὶ Ἅλως*, *Iris autem et Halus* (corona lucis), lectum fuit abs re in codice interpretis *ἐρεῖται δὲ καὶ ἄλλως*, *dicatur et alias* vel *varia*. Auch.

meridiem versus expansa sunt? Nempe ut qui ambulant in iis, hieme incalescant et aestate frigus habeant. Subsequitur tamen et aliud, quod non ad morem voluntatis fabricantis sit. Et quid illud? Quae de columnis cadunt umbrae, diei mensuras notant et horas. Immo ecce et ignis naturae est opus oppido necessarium, consequentia autem eius fumus; nihilominus ipse quoque identidem utilitatem praestat. Quoniam lampade interdiu accensa, quum flammae lux evanescit solari lumine obruta, per fumum denunciatur expeditio inimicorum. Sicut ergo de Iride, ita etiam de lucis defectione ratio datur. Prodigium enim naturae est, quod solem lunamque subsequitur eclipsis luminis. Ad haec praenunciant aut regum obitus aut civitatum excidia, quod et Pindarus aenigmatice dixit de eclipsi facta in praelaudatis suis verbis.

101. [*] Circulus autem lacteus eiusdem naturae particeps est cum caeteris stellis: difficile tamen est ostendere, quod ita sit. Non tamen animum deponentes desistant, qui solent naturam explorare indagareque: nimis enim utilis est inventio, placida ac dulcis et per se privata quaestio apud amatores doctrinae. Quemadmodum itaque sol et luna per providentiam facti sunt, sic quoque quicquid in caelis est, totum; quamquam nos singulorum naturas virtutesque assequi non valentes supersedeamus.

102. Terrae motus autem et pestilentiae fulminumque casus aliaque id genus, etsi dicuntur divinitus immissa, vere tamen non sunt. Deus enim nullius mali causa est omnino, sed elementorum mutationes ista gignunt; non tamen primaria sunt natu-

rae (opera), sed sequuntur necessario et praecedentium consequentiae sunt. Quod si aliqui (etiam) inter bonos capiant istorum damna, non licet accusare dispensationem. Namque in primis, non qui boni [*] apud nos putantur, veraciter etiam sunt. Dei enim electio iudicio humanae mentis omnino certior est. Secundo vis providentialis praestatur in utilitatem comprehensorum in mundo, sicut in rebus regiis et militaribus civibusque, nec tamquam ex neglectis ac ignavis quod contingit pendi debet. Quidam vero dicunt, quod sicut in tyrannicidio cognatos quoque proprios deperdere licet, ut magnitudine supplicii cohibeantur iniuriae, simili modo et in morbis pestiferis pereunt nonnulli haud impii, ut e longinquo alii admoneantur; sicut etiam necesse est eos morbo laborare, qui sunt in aëre contagiis infecto, quemadmodum et illi, qui in navi sunt subiecta hibernali tempestati, in periculo sufferendo pares sunt.

103. Illa autem ferarum fortitudo (quoniam non convenit tacere, interponatur sermo sufficiens, iam prolixe tractatus in praemissis tuis apologiis) facta fuit loco exercitationis ad bellicum agonem: exercitatio enim gymnicorum ludorum et frequentata venatio nervosa ac [*] robusta omnino reddunt corpora, et ante corpora animos consuefaciunt ad contemnendas repentinas hostium incursiones vimque ferocem. Eos tamen, qui naturae sunt tranquillae, oportet non solum intra muros, verum etiam in cellis interioribus thalamisque inclusos degere sine detrimento, quippe qui habent ad fruitionem copiam gregis cicurum animantium. Apri enim et leones consimilesque sua natura libera usi procul ab urbibus semoti repul-

sique sunt, amantes nihil mali pati ab hominibus. Sin autem quidam ob negligentiam inermes ac imparati latibula recessusque ferarum sine timore perlustrabunt, evenientis detrimenti causam sibi ipsis, minime vero naturae adscribant, eo quod debitam cautelam contempserunt. Ecce iam et in stadio equestris cursus vidi nonnullos insaniae deditos; quum enim aequum esset eis sedere ac decenter spectare, in medium ingressi steterunt et impetui quadrigarum submissi, pedibus (equorum) atque rotis obtriti sunt, amentiae paratum damnum reperientes. De his ergo satis dictum.

104. [*] Reptilia vero venenifera facta sunt, non secundum providentiam, sed secundum consequentiam, ut prius dixi. Siquidem prolem edunt, quando innatus humor redigitur ad magis calida; aliqua autem putredo animavit, ut lumbricos in cibis occurrentes et pediculos ex sudoribus (provenientes). Qui autem ex sua materia iuxta naturam seminativam propagativamque habet generationem, iure meritoque providentiam sibi adscribit. Tamen audivi etiam de illis (praemissis) duplicem sermonem tamquam ad utilitatem hominum factis, quem non occultabo. Erat autem unus huius tenoris. Ea in multis vi illa sua venenifera medicinam iuvare nonnulli dixerunt; et illi, qui artis peritiam habuerunt, ubicumque oportebat, prudenter his usi per vim lethalium medicaminum emolumentum excogitarunt, maxime in extremis laborantibus inopinatam salutem reddentes. Et ad hodiernam usque diem videre est eos, qui non negligenter ac desidiose mederi aggrediuntur, in conficiendis medicamentis pharmacisque usurpare aliqua ex ipsis haud [*] inaniter.

Alter vero sermo medicinalis, imo ut videtur, philosophicus est: Deo convenire haec facere dixerunt pro tormento peccatorum, sicut imperatoribus exercitus, principibusque cruciatus ac ferrum: ita ut, qui sedati per reliquum temporis solent esse, exacerbati irritatique sint fortius contra reos, quos natura in tribunali donis incorruptibili morti damnavit.

105. Domi autem latebras sibi constituere potius (animantia) falsum est; quandoquidem extra urbem in campis desertisque videntur, fugientes hominem velut dominum. Nihilominus etsi non adeo sit verum, habet aliquam rationem: quia in profundis locis obscuris congeritur copia quisquiliarum, fimi stercorisque, in quae irrepere immergique amant; omitto, quod nidor gravem vim habet*).

106. Quod si hirundines nobiscum habitant, non est mirum; istas enim aucupari nolumus: salutis autem desiderium animis non solum rationalium, sed irrationalium etiam innatum est. Ex illis [*] vero, quae ad usum fruitionis feruntur, nullum cohabitat nobiscum ob suspectum insidiarum a nobis; nisi ubi istorum usus prohibitus fuerit lege.

107. Regionis Syriae**) maritima urbs est Ascalon nomine. Fui ego ibi tempore, quo in patriae templum mittebar ad orationem hostiasque offerendas. Immensam itaque columbarum multitudinem in plateis viisque iuxta unamquamque domum vidi. Interroganti mihi rationem dixerunt (incolae): Quia

*) Verba quaedam obscura in hac periocha occurrebant, quae ad sensum talem reducenda existimavi. Auch.

**) Pro *Syria* in Arm. aliquando habetur *Assyria*, quoniam utrumque nomen apud Armenios incipit eadem vocali: sc. *Asorik* (Syria), *Asoresdan* (Assyria). Auch.

non licet nobis illas capere, quoniam prohibuere maiores habitatoribus huius civitatis usum earum. Adeo autem familiare est factum animans illud ob defectum metus, ut non solum eiusdem tecti, verum etiam eiusdem mensae particeps semper comperiatur et de manu accipiat cibum.

108. Verum in Aegypto adhuc magis mirabile videre est: quia hominum devorator ferarumque pessima crocodilus, quum nascatur nutriaturque in admirabili Nilo, utilitatis (quamquam est in profundo degens) aliquid praesentit. Apud quos enim honoratur, magis frequentat; a quibus vero offenditur, neque in [*] somno videtur: ita ut qui navigant, etsi audacissimi, neque extremitatem digiti audeant inclinare (in aquam) gregatim irruentibus; ubi tamen et nimis timidi incurrunt natantque ludendo.

109. Falsum vero, in terra Cyclopum (quum et gens ipsorum fictio fabulae sit) sine seminatione hominibusque terram colentibus domesticum fructum nasci, quum ex nihilo nihil generetur. Hellada vero non convenit accusare velut tristem infoecundamque regionem; multa enim in ea est terra pinguis. Quod si barbara gens abundat feracitate frugum atque superat delectatione vitae felicis, caret tamen sapientibus viris, quorum sane gratia facta sunt alimenta. Etenim sine mendacio Hellas sola hominum propagatrix est, planta caelestis et germen admirabile, certam veramque intelligentiam procreans familiarem scientiae; in causa est autem subtilis rarusque aër, quo mens acui consuevit. Quamobrem et Heraclitus non gratis ac inconsulto dixit: *In terra sicca animus est sapiens ac virtutis amans.*

110. Porro certum constansque argumentum [*] quis accipiet ex hoc quoque, quod quicumque vigiles sunt et sobrii, sapientiores sunt. Qui vero cibo et potu confertim sese ingurgitant, nullo modo sapientes sunt, quasi submergentes per cibos ingenium. Itaque inter gentem barbaram crassiores quidem evadunt rami alimento optimi, et caudices oblongiores, atque animalium irrationalium magna est foecunditas; mens tamen nusquam nascitur ob frigefactionem gelationemque, quoniam aër, terra et aquae in causa sunt simul, et frequentes exhalationes densatae supereminent. Piscium autem marinorum (Gr. et avium) et terrestrium genera animalium non sunt reprehensiones naturae, quasi nos in cupidinis contagium alliciant; sed accusatio nostrae intemperantiae danda est potius. Necesse enim erat ad totius universi perfectionem, ut mundus varia genera generaret animalium omnium; non erat tamen necessarium, ut in istorum irrueret fruitionem ille, qui sapientiae est proximus homo, transmutando sese in agrestem morem bestiarum.

111. Quare etiamnum quibus temperantiae solidae ratio inest, omnino ab omnibus [*] abstinent, viridibus herbis fructibusque arborum contenti ad usum gratum. Eis autem, qui praedictorum ciborum fruitionem iuxta naturam esse censuerunt, supersteterunt magistri, instructores et legislatores secundum civitates diligenter instantes, ut excessum cupiditatis cohiberent, neque permitterent omnibus omnia libere ac mixtim usurpare.

112. Viola vero et rosa crocusque atque caeterae florum varietates ad valetudinem, non vero ad volu-

ptatem factae sunt: simplices enim sunt istarum virtutes et singillatim per odores prosunt, fragrantia adimplentes vicinos, multo autem magis in mixturis medicinae. Nam res quaedam inter se permixtae vim suam evidentius exhibent: sicut in generatione animalis coniunctio maris et feminae, quum seorsim non possit efficere unus vel altera, quod ambo convenientes (efficiunt). Haec necessario dicta sunt, ita ut etiam reliquis tuis dubitationibus sufficientem fidem efficere possint apud illos, qui nihil contentiose prae se ferunt de hoc, quod [*] deus humanarum rerum curae attendat. Quod si adhuc dubitas aliquatenus, ne taceas.

113. Alexander. Poenitet me de anterioribus quoque (dubiis), quia ad singula copioso studio protulisti opposita ex rectis tuis ratiocinationibus, ita ut nihil superaddere liceat sine discrimine. Pro honore itaque, ut dixit olim Pindarus, silentium laetabundus suscipiam.

114. Philo. Ego tamen non cessabo adhuc necessarium de providentia adaugere verbum, quoniam anterius contra obiectionem comparatum fuit velut contraria persuasio. Quod aufem superest, separatim apparatus erit quaestionis certaque fides.

115. Alexander. Ergo tempus est opportunum mihi auscultandi et tibi dicendi.

Philo. Mihi quidem semper tempus est philosophandi, cui dedicavi vitam meam studio addictam. Multa tamen, tam inconstantia quam iucunda, vocant me, quae non licet contemnere. Veni itaque ad aeternorum dispensationem, ut [*] etiam mecum insolubilem habeas (te) auditorem, qui interim respiret a

disceptatione contentiosa, more tamen immutabilis repertus et sine praeiudicio procedens*).

116. Alexander. Optime proferenti tibi credere aequum est; nihil enim melius, quam totis animis divinas impressiones legis amplexari. Mox itaque iterum veniam.



DE RATIONE QUAM HABERE ETIAM BRUTA ANIMALIA (DICEBAT ALEXANDER)**).

1. [*] Philo. Recordare hesterna verba, o Lysimache, quae Alexander, noster ex fratre nepos, retulit, quasi non homines solum, verum etiam bruta animantia ratione sint praedita.

*) Obscurus est locus, unde variae possunt elici sensus. Auch.

**) Citaverat titulum praesentis quoque sermonis inter opera Philonis nostri Eusebius Hist. Eccl. L. II. c. 18. hoc tenore: Ἔτι τε ὁ Ἀλέξανδρος, ἢ περὶ τοῦ λόγον ἔχειν τὰ ἄλογα ζῶα, h. e. *Adhuc etiam Alexander, sive de eo quod rationem habeant bruta animalia.* Quamvis enim totus sermo sit dialogus inter Philonem et Lysimachum, tota tamen quaestio est de sententia Alexandri, volentis animalia bruta etiam ratione aliqua gaudere; quae sententia fusius exponitur, tamquam scriptis mandata ab Alexandro, et ultimo loco funditus evertitur a Philone succinctis verbis fortissimis, ut videbis suo loco. Quare et S. Hieronymus de viris illustr. c. XI. sic notat inter Philonis opera: *De Alexandro dicente, quod propriam rationem muta animalia habeant.* Auch.

2. Lysimachus. Equidem, o venerate Philo, unum est istud trium illorum, quorum inspectiones convincentes efficiunt, ut auditor iterum veniat ad eum, qui locuturus est. [*] Avunculus enim est ac simul socer: quoniam non es nescius, quod filia eius mihi iuxta suam etiam promissionem desponsata uxor est. Dictorum vero recordatio molesta ac incerta erit ei, qui non est omnino consuetus his rebus, maxime circa arduam quaestionem, cuius evidentia certitudinis lumen oriri fecisset, si agitata fuisset, et quasi circumversata ut imprimeretur, non superficie tenus audita*).

3. Philo. Magna res certe est magistrum amare, iis qui audire cupiunt. Attamen ad optimam eruditionem nihil aliud ita auxilio esse videtur, quam constanter scire ea, quae magister suggerit**). Qui si veraciter edocere cupiat, haud ab alienis curis attrahi se permittet in occupationem. Dic mihi, quaeso, an in alienas quis distrahitur res, fratrem quemdam laetificare volens, ac sine impendio parans verborum convivium auditoribus? At tu fortasse eam ob causam, ne videare facile opus peragere similisque esse iis, qui prompte gratiam proiiciunt in conspectum: ideo gressu remoto recedis, supplicationes rogantis maiores exspectans, quasi precibus demum nonnisi aegre annuas.

4. Lysimachus. Occupationes, o Philo, an rationes non sint? Non es enim nescius, quot cognato-

*) Totus introitus huius dialogi obscuritatem nimiam habet: eruditi lectores aliunde possunt declarationem aliquam adinvenire. Auch.

**) s. levi mutatione unius litterae: *attendere magistrum ea, quae vult suggerere.* Auch.

rum et classium civitatisque me [*] circumduxerint examina negotiorum in ipsa mea habitatione.

5. Philo. Quoniam itaque scio te non recusare, utpote semper sitibundum audiendi, ego incipiam dicere, si tu taceas; at tu non assidue meis sermonibus immoratus, perstare in iis vim tibi facies.

6. Lysimachus. Grave est et a philosophia abhorrens mandatum istud tuum; quaerere enim interrogareque multum favet expeditque doctrinae; nihilominus cedendum iusso tuo. Ego itaque hic inferius tranquilliter humiliterque, ut decet discipulum, sedebo: tu autem ex conspectu residens in alto et venerabilem ac severum te effingens apparatu sophistico, incipe tradere doctrinam.

7. Philo. Incipio, sed non doctrinam; interpres enim sum, non doctor. Docent enim ii, qui propriam scientiam edocent alios. Exponunt autem illi, qui ab aliis auditu percepta exacte memoriae referunt, non paucos Alexandrinorum Romanorumque in unum locum congregantes, viros optimos et selectos atque praecipuis principiis, musica aliisque eruditionibus ornatos.

8.' Lysimachus. [*] In medium ecce veniens adolescens *) ostendendo se haud impudenti confidentia, sicut hodierni solent, sed una cum fiducia pudore rubescens, ut decet nobilem nobilibusque natum, sedit in medio, tum ob suam instructionem, tum ob patris liberalitatem, quam usurpavit propter id, quod prius dictum fuerat **).

---

*) Ut putatur, Alexander ipse constructor sequentis apologiae de brutis animalibus. Auch.

**) s. *quod iam scriptis mandaverat.* Auch.

9. Servo itaque quodam, qui ibidem stabat a tergo haud procul, librum porrigente, acceptum legebat Philo*).

(SERMO ALEXANDRI DE PROBANDA BRUTORUM ANIMALIUM RATIONE.)

10. Patribus puerorum iuvenum et tutoribus orphanorum procuratio virisque uxorum cura commendata est ad supplendam naturae indigentiam, ita ut qui adiuvare possunt, non negligant. Consequens itaque erit, ut tam homines quam omnia animantia, ut simul dicam, debeant mutuam reficere debilitatem. Non ignoro tamen *φιλαυτίαν* (amorem sui) commune esse malum, obstaculumque luminis requisiti ad notitiam veritatis, tamquam in cavea intus insidens et abscindens ab anima principatum directorium. Verum quicumque nolunt gustare disciplinam, aegre ferunt orationem praesentem, gravanturque hoc sermone. Qui tamen student [*] sapientiae, purgati a vitio clarius cernunt, quod pura mente puram sequimur veritatem, qua praestantiorem humano generi possessionem nullam deus donavit.

11. Etenim quemadmodum viri mulierum fragilitate reiecta omnia reipublicae in civitatibus negotia, sive ad bellum sive ad pacem spectantia, per se ipsos solos exsequi voluerunt, perperam genus femineum ad politicen insufficiens rati: similiter, ut mihi videor, universi homines videntes animantia loquela carentia terrae affixa et se solos sursum e terra ere-

---

*) Amanuensis Arm. nomen Philonis pro titulo exaraverat, quod tamen abs re est. Ad elucidationem rerum nos adiecimus sequentem inscriptionem. Auch.

ctos, oppositam putarunt eorum constructionem pulchriori parti, quam ipsi prae se ferunt, parem cum corpore elationem efferentes contemnentesque (animalia) velut humi repentia: ita ut quod in rebus optimum est, nempe rationem, nullatenus eis concedant, sed sibi ipsis sorte possidendam datam credant, quasi vero ex ipsa natura donum peculiare acceperint. Quod tamen et animans participationem habeat rationis, contentiosam si quis deponat oppugnationem, facile per studium disciplinae verum quaerentis assequetur exactissime.

12. Verbi enim duplex est species: una intus in consilio sita (quae dicitur ratio), quae habet sicut fons aut sedes in se animae principatum directivum; altera pronunciativa, similis fluvio, per os et linguam naturali instrumento ad aures percurrens. Utriusque videre est in eis (animalibus), sin minus perfectionem, attamen haud contemnenda principia et semina.

13. Quum enim invisibiles sint ideae mente perceptae, quae autem sensum attingunt, sentiantur ab auribus, posterius istud visitandum erit primo loco. Nam multa sunt eorum voce articulata [*] utentia, ex natura per se edocta auditu proprio, multa autem, quae etiam edocentur (ab hominibus), sicut dicitur de corvis et Indicis psittacis. Ego sane psittacos novi delatos ad magnates Alexandriae Aegypti, qui magna voce clamitabant ad instar puerorum ex schola; et indicio assuefacti didicerunt modum salutandi per dilectionem osculumque, ita ut voce tenus cum osculo salutem dicant, et nominatim recipiant salutem

sibi datam; praesertim vero ita edocti reges, imperatores, augustosque et similes laudabant*).

14. Isti quidem solebant initium facere verbi, et antiquitus audita per memoriam renovabant. Verum aiunt sub Macedoniae regibus, potius autem sub Lagis (Ptolemaeis) in Aegypto corvos adeo imitàtos esse humanam vocem, ut exeunti foras regi salutem dicere solerent hoc tenore: *Salve, Rex Ptolemaee.* Et multis aliis convenit linguam veram ac certam exaequare, illis etiam, quae non sunt omnino inter cicures. Atqui semper vox dirigitur ad fidem faciendam de inevidentibus. Porro vocis duplex est species: una in dicendo, altera in cantando. Quum ergo satis de priore retulerimus, secundam perlustremus. Probationis autem nulla est necessitas apud eos, qui non omnino surdi sunt, sed sani auribus.

15. Merulae enim et turtures (imo turdi) lusciniaeque non solum canere solent, verum etiam voce articulata [*] canunt**), ita ut et dici et scribi posse videantur vocabula cantuum. Quod si quis id velit suis ipse auribus discere, eat statim in proximum hortum, ubi vera est musica avium omnis generis concinentium atque iuxta mixturam harmoniae cer-

---

*) Plin. Hist. nat. X, 58: „Super omnia humanas voces reddunt, psittaci quidem etiam sermocinantes. India hanc avem mittit, sittacen vocat. . . . Imperatores salutat, et quae accipit verba pronunciat“ etc. Id. ibid. 60. de corvo: „Mature sermoni assuefactus, omnibus matutinis evolans in rostra, forum versus, Tiberium, dein Germanicum et Drusum Caesares nominatim, mox transeuntem populum Romanum salutabat.“ Auch.

**) Plin. X, 59: „Agrippina Claudii Caesaris (coniux) turdum habuit, quod nunquam ante, imitantem sermones hominum, cum haec proderem. Habebant et Caesares iuvenes sturnum, item luscinias, Graeco atque Latino sermone dociles“ etc. Auch.

tatim cantantium, et audiet, ipso experimento operis prius edoctus, mendacii redargui tum se tum caeteros omnes, qui irrationalia esse animantia pro lubitu fingunt, nonnisi φιλαυτίᾳ id ipsum suadente.

16. Sed quid oportet plura addere de verbo sonante, relicta ratione, quae in consilio sita est? Eo itaque pergamus. Profecto absurda dementia est, ubi venatores investigant aprorum leonumque cavernas et antra, consilia ipsa prorsus non videre diligenti examine, quae animus rationalis penetrat. Siquidem (nos philologi) consuevimus venatum ire, non silvas, nemora, arbusta, arundines exploraturi — non enim in silvis inanimatis nostra venatio consistit —, sed animalium species inquirendo perlustrandoque: solane videlicet mens humana induta est imagine (divina), honorem sortita ex natura oppido magnum diversumque ac differentem ab aliis, vel caeteris quoque aequalem universis utilitatem dedit deus?

17. Neque melius quicquam videntur mihi omnes veritatis cupidi pervidisse, nisi sine ulla dubitatione fateantur uno consensu, quod consilium insit omnibus spirantibus. Firmum autem argumentum accipiet quispiam, praetermissis [*] aliis momentis, quae pro diversa ingenii amplitudine quisque potest excogitare*), araneam ipsam (s. araneum). Viden', quantum, aut quale, et quomodo mirum ista operatur**)? Quae enim, licet aut netrix operosa aut textrix idonea, non iam certando, sed etiam aemulando

*) s. *quae in reliquis animalibus cerni possunt signa ingenii amplissima.* Auch.
**) Fuse agit de araneis Plin. XI, 28. et passim. Auch.

possit ferre artis secundum locum? Siquidem omnes quicunque haud incuriose neque sine diligentia iam a iuventute operam huic arti dederunt atque accurate id imitati sunt, superati abiere. Sumens enim (aranea) velut lanam materiam non laboratam, ingeniosa sapientia artificiosissime operatur: primum nendo instrumentis propriis, quasi manibus quibusdam, subtilissime; deinde fila quaedam directe, alia vero oblique deducens, optime stamina nectit texitque, miro modo confecta atque arte pulcherrima, ita ut aëris texturae subtilem laborem assimilare videatur; atque firmitatem perdurantem dupliciter operi indit talem, qualem cernimus in lyra, quae duritiam chordarum et figurae rotunditatem prae se fert, eo quod semper (tam) figura rotunda quam rectae lineae diuturnae comperiuntur. Magnum autem argumentum erit, quod ab omnibus ventis iisque assidue impulsa fila vixdum aut numquam prorsus lacerantur.

18. Caeterum et aliud in aranea cernitur mirificum: quoniam homines vestimenta elaborantes, divisis inter se industriis, non idem operari aggrediuntur, sed quibus cura nendi est, non texunt, qui vero texunt, non nent. Illa vero quaecumque operi requiruntur, omnia simul [*] in se inclusa habet, nullo altero cooperante indigens, sed velut perfectior (homine) singula ista per se praestat. Et quid mirum, si ad haec sufficiens comperitur, quum et potentia et facultate par sit, et non tantum artificis, sed etiam instrumenti vi polleat, quippe quae ipsa est tam ars, quam instrumentum, quo peragitur opus universum?

19. Nautae nihil agunt sine gubernaculo aut velo aut aliis adiumentis ad directionem certam navis.

Neque medicis sine cibo aut potu aut remediis cedit optata sanitas aegroti. Et quid oportet dinumerare artifices, quorum tota ars per instrumenta exercetur et quibus nulla est vis sine his? Aranea tamen tantilla atque inutilis putata inter bestiolas, perfectissima in textura nullo eget instrumento, sed sufficiens est per se ipsam ad perfectionem rerum, quas operari vult. Ecce enim scio pictorum fictorumque ingeniosa experimenta, qui figmenta et picturas imaginesque, quantum in ipsis esset, sategerunt perpetuare ac immortales reddere labores suos, ac proinde laedentes opera sua tamquam inexorabiles inimicos odio habuere. Idem facere et araneam manifestum est, quae nimirum postquam perfecit texturam, medio loco velut in centro insidiatur, quaquaversus circumspectans, ne forte volantia per aërem lacerent telam, atque cavet, ne quicquam umquam se invita pertranseat. Quod si accidat, causam damni e medio tollit, per texturam ipsam illico vindictas accipiens, scissurae autem rursum medetur.

20. [*] Est et alterum quoddam, cui non rustici soli, verum etiam magni reges curam exhibent. Apis ingenio haud profecto concedit, plus quam homines visa mentem exercere*). Verno tempore, quo universus campus et totus montis locus fertilis primum floret, examina apum supervolantia et perlustrantia hortos ac viridaria, tum super ramusculos virides fragrantesque flores sedentia, ex calicibus papillisque rore aspersis ipsum exsugunt, praesertim vero ex thymis**) caeterisque humi proximis,

---

*) Conf. cum traditis a Plinio prolixe XI, 4-22. et XXI, 41 ss. Auch.

**) Nomen Gr. *θύμος*, *thymus*, observat et Interpres Arm., sicut etiam *μελίλωτον*. Auch.

quae onomastice melilota nominantur. Mirifica itaque compositione sibi propria apis transmutat rorem in naturam mellis, et ita operatur: rorem velut seminale quoddam in se assumens gravida evadit, et properat ad partum eo in situ, ubi non laedatur, quem procreandum scit. Facta sunt autem alvearia ad habitationis hominum similitudinem pro diversorio earum, quibus deus hereditatis modo distribuens dedit fructus in terra repertos, non solum ex plantis, sed etiam ex animalibus. Quando itaque apis parit, effingit figuram solidam, magnitudine sibi conveniente, utpote bene nota, et quae magis apta sit ad continuationem propaginis. Duplicati autem animantis duplex est modus constructionis: alter maxime materiali corpori similis, cera scilicet; alter autem tamquam anima, circa quam versatur, nempe mel. Quando vero cera rorem acceperit, ne labor imperfectus devastetur, clauditur obstruiturque firmiter naturali instinctu contra fraudes animalium invadentium, ita ut, tamquam in civitate palatium iuxta palatium undique septum ac densum cernatur vallum. Interiores [*] autem partes angusto subtilique aditu coarctatae sunt, ne facilis sit invasio; largum enim spatium irruptioni patet.

21. Nec solummodo circumdatur locus solida munitione, sed etiam post moenia ducta fortior robustiorque apis custodiae praeses et custos muri constituitur. Tum illa collatae sibi, ut mihi videtur, facultatis personam sustinens prodit, ac palam venit sedetque prope ad introitum, sicut ex specula attendens, et quaquaversus circumspectans. Si ergo cessant adversarii, acquiescit et ipsa; eis autem agitatis confestim ad defensionem armatur. Sin autem

potioris opus fuerit apparatus, intus sedenti exercitui nunciat adventasse hostes repente. Ille itaque assurgens ex insidiis, impetum coniunctim facit strepens ac studio expeditionis aculeum extollens, timensque, ne quid mali patiatur et in ultionem ardens, qua necessitas instat, congreditur.

22. Quid hirundo? nonne providentia quadam praeditum hoc animal atque ingeniosum est? Ex ramulis et luto obviisque rebus nidum parat, quas duas res secundum commodum per figuram magnitudinemque metitur et soliditatem secundum locorum circumstantiam dat*). A damno fortiorum fuga accepta primum suppliciter ad homines profugum in domos velut in templa refugit; postea altius de terra elevatum superiora loca percurrit et inter trabes potius moenia circumducens, quam murum, interius nidum fabricatur connexum cum aedificio, [*] quo armatur contra mures et persequitur ipsos, ita ut in Aegypto felis pilus**) dicatur; mus enim cibus est feli. Perfectis autem operibus homines aedificii peritos elaborato artificio vincit opificium. Praeparata itaque habitatione nascituris, diligenter parit; post autem procreationem haud cessat, sed cibum adinvenit natis, et undique collectum aequa portione singulis distribuit, aviditatem superfluam atque rixam inhibendo, in ora autem apponendo (cibum) matris fidelitatem una cum officio lactantis nutricisque demonstrat. Providissime agit et illud, quod cibum digestum resolutumque in ster-

*) Consule Plinium X, 49. aliisque locis. Auch.

**) Aut hirundinem ipsam aut nidum suum hoc nomine appellari notat. Apud Plinium X, 85. haec tantum habentur: „Aegyptiis muribus durus pilus, sicut herinaceis.“ Auch.

cus proiicere docet eo modo, ut pullos assuefaciat sese convertere, ut foras alvum exonerent, prae timore, ne aggravatus nidus praeceps cadat. Quum autem simpliciter oberrans huc illuc ob procurationem necessariorum redux fuerit, in alienum nidum minime intrat, sed falli nescium ad suum venit in reditu ob desiderium curae propriae.

23. Caeterum non solum naturalis auditus ac instructionis habent ingenium aliqua animalium, verum etiam complura edocentur meliore diligentia auscultare obsequique iis, quae ipsis magistri praecipiunt, ita ut vereantur peccare, et laetentur de rebus recte peractis. Sed quid expedit de cicuribus mentionem facere? Catuli quidam (leonum vel canum) iuxta naturalem fiduciam una cum cupiditate ciborum venatores facti sunt, ita ut homines venatores obviantes invaderent. [*] Quum autem aliquis eorum cohabitet nobiscum, artem propositam discendo percipit. Ecce enim aurigae artem vilissimus omnium animalium simius in hesterno spectaculo usurpatam ostentavit. Residens enim in tabulis currus a quatuor capris vecti, per orchestram aurigam egit, ac velut in hippodromo certator quidam de victoria concertans, movens habenas flagellumque concutiens et in aures caprarum vociferans, mirifice spectatores oblectavit.

24. Haedus autem, subtili funiculo alte a terra strictim colligato, accurrens ascendit per eum, et constanter superambulabat tamquam in solo progrediens per plateam, veritus ne per declivitatem deorsum ferretur, quum ab adversario a tergo stante eam in partem detraheretur. Et hunc ipsum ego vidi postea in

alto situ ambulantem, tripudiantem et per armos (pedes anteriores) globulis ludentem; quod mirificum visum est, quum manus non habeat ad prehendenda ea, quae iactata sunt. Ecce et in circulum quemdam ascendens diu magna prodigia ac miracula potius monstravit. Quoniam clausus sphaera externa, intus in cyclo tota sphaera agitata movebatur continenter, et faces in singulis foraminibus connectebantur sparsim. Ipse vero intra machinam quasi captatus a flammis stabat in medio. Callias*) autem praesidebat, et ille viso circulo versabatur circumquaque. Adhaec animalia iam parata erant ad ostentationem, quorum unum ore faces evellens eduxit et ad dextram versus collum detorsit et elevavit, ut offerret Calliae. Ille vero (haedus) [*] cornibus tamquam manibus facile quasi recipiens, at manu prehendens, circumducebat sursum, sicut pueri lampadas gestantes, nimia ostentatione facta; circa oram forinsecus cavens, ne flamma cuiquam noceret eorum, qui circumstantes spectabant. Mirum autem mihi et illud factu visum est, quod, quum haec ageret, simul et in ludi magistrum oculos fixerat, veritus, puto, ne quid delinqueret; atque simul spectatores respiciebat, an exsultatione afficerentur vel moleste ferrent, investigaturus. Postquam autem spectaculum perfecit, timore absolutus, sicut bellator victoria potitus iactabunde gloriabatur: quod manifestum erat ex saltu et continua agitatione oculisque laetitiam ac hilaritatem tamquam risus prae se ferentibus; et praeter ista communis exsultationis indicia caudam

*) Vox ipsa Graeca videtur servata ab interprete; de qua studiosi lectores diiudicabunt. κάλλαια vel κάλλος praeter alia est etiam barba seu palearia galli gallinacei. Auch

quoque suam haedus movebat, iuxta nutus, quos Calliae manus edebat*).

25. Sunt etiam aliqua (animantia), quae et servile officium ediscunt, diligenter obsequi ministrorum more, assidue inter se contendendo, et hisce plenum erat spectaculum; atque singillatim propriam sibi ostentationem exhibebant populo bestiae istae, quasi dixeris ludentes ad nutum ludimagistri. Quod tamen non ludi res est, sed studio virtutis dignum. Siquidem risum id movet insipientibus, qui oculos animi obcaecarunt, sed studium erit sapientibus, quorum mentes lucidae sunt et acutae visu. Itaque magnitudinem naturae rationalis diligenter sine risu honeste examinantes, opinionem deponite, veritatem discite, ut [*] instauretur persuasio, nempe pretiosum esse apud deum, et honoratum et laude celebratum apud homines deum diligentes genus hoc (animantium).

26. At praelaudata animalia, inquiunt quidam, discunt quidem aliquid, sed eo magis, quanto magis cicures sint; agrestia vero non polite. Ecce enim etiam aliqua agrestia et minime mansuefacta viderunt quidam in scholas venisse, familiaritate adepta.

27. Elephantorum gens nonne ferarum maxime agrestis est? Attamen ex Libya Baobas, Germanico Caesari undique ad pompam ludi apparatum disponenti, eo tempore quo de consulatu certamina proponebat, novam rem magnifice praestans dono misit gregem elephantum domi mansuefactorum ad cibum et potum deliciose**). Et quid oportet dicere de illis,

*) s. ita: *Calliae autem ut manus putabantur.* Auch.
**) Similia occurrunt apud Plinium VII, 2. Aelianum II, 11 Martialem lib. I. epigr. 1025. Aucher.

qui ampliores erant in vasto dominio? Quum enim in conspectum venerunt theatri ordinatim dispositi, tamquam ex mandato silentium observante turba, primum omnes simul elephantes facie tenus genu flectentes adorarunt agonothetam. Deinde assurgentes proboscides elevatas movebant, indicantes salutare populum. Postea spectatoribus eos laudantibus, illi quasi mutuam salutationem recipientes, proboscides velut dexteras deorsum demiserunt. Nonnulli vero eorum discumbebant illico — iam enim praeparati fuerant lecti ferrei solidissimi, provide quidem, ne immani pondere elephantum frangerentur —, reliqui vero velut famuli pro ministerio stabant ante eos et multa quidem convivio usu venientia obsequiose exhibebant incunctanter. Neque post multum temporis surgens unus velut ex dapibus mensae, prae se ferens similitudinem ebrii [*] humano ludo ad pulchrum cantum tubae citharaeque saltavit. Caeteri vero tunc proboscides movebant et identidem sibilabant ad tripudium, quasi laude prosequentes. Postquam demum unus lucernam aliquam attulit, ea visa tempus redeundi iudicantes surrexerunt, et transeuntes discedebant, necdum omnino ebriorum personas monstrantes, sed labascendo ac nutando, ita ut aegre pedes movere possent in gressu; verumtamen vacillabant titubantes vinolentorum more, dum a theatro abierunt.

28. Dicitur etiam Alexandriae Aegypti unus istorum olim litteras didicisse, ita ut potuerit haec notare: *Ego ipse haec scripsi*. Nec non edocta dicitur bellua illa simulare animi motus sicut amatores; aiunt (vel canunt) enim elephantem tamquam amore pueri captum ferri in camelum, osculari eum, am-

plecti atque constringere, suum cibum in os eius mittere, imo neque nocte neque die pati ab eo distare, nisi iussu magistri ferarum.

29. Sic ergo natura in universis animis dominatricem mentem condidit: ita tamen, ut in uno languida sit delineatio ac subobscura et facilis ad delendum figura formae, in altero vero velut indelebilis, clara et vix delenda forma depicta sit. Inevidens itaque forma est in aliis, constans autem evidensque typus in hominis forma geritur..

30. Porro praeter iam dicta non superfluum erit illud quoque dicere, quod sapientiam, scientiam et optimam [*] deliberationem, eam etiam, quae provida est cum procuratione, tum aliam quae consilii prudentiae germana est, compluresque alias, quae rationalis animae virtutes appellantur, animalia prae se ferunt. Quod quam verum sit, manifestam fidem faciunt nisus ac molimen de rebus victu necessariis, ingenium, industria militaris et strategemata diversi generis. Nam Polypus quando venatum it cibi, corpus suum lapidibus assimilat ad decipiendos pisces; quum enim putant illi iuxta saxum natare, aggreditur et prehendit eos*). Quae vero dicitur Narca (sc. Torpedo), eiusdem nominis morbum quum comparet piscibus se tangentibus, nullo negotio sicut homo piscatur illos**), robur ipsum, quo resisterent, ad se contrahendo. Quae autem vocatur Stella, valde sapienter gratum iucundumque sibi parat, tamquam

*) Prolixe agit de Polypo s. Polypode Plinius IX, 46 ss. Auch.

**) Plin. IX, 67: „Novit torpedo vim suam, ipsa non torpens: mersaque in limo se occultat, piscium qui securi supernatantes obtorpuere, corripiens.“ Auch.

coquus alimentum consequens (pisces). Nam quum circa se sentiat aliquid, ut mihi videtur, ex natura calidum, freta ecce maiores etiam invadit: qui quum nequeant resistere calori ignis, assantur; atque ita cibo utitur minime laborato*).

31. Possident autem ut aquatilia, itidem et aves terrestriaque abundantem sapientiam; nemo enim eorum privatur sapientia, etsi loco vel corpore differant a se invicem. Perfectum argumentum sumitur ex ostrea (vel conchylio), cuius caro vescibilis est; unde et munit se ambabus testis, quae una ex una parte, [*] altera ex altera circumcludunt eam: quas quoniam dissolvere desperandum est, Paelotes dicti**) facili negotio inglutiunt eam prius, ut per calorem gulae liquescat viscus, qui solidas servat testas, et paulatim remissae dissolvantur compages, tum extrahentes in largitate, escam inclusam sibi administrant.

32. Nec tamen in solitudine (s. sollicitudine) degentes extrema laborant cibi penuria: habent enim exercitium industriae, ea nempe, quorum odores se

*) Post Aristotelem, lib. V. hist. animal. cap. 14. sic habet Plin. IX, 86: „Claros sapientia auctores video mirari Stellam in mari. Ea figura est: parva admodum caro intus, extra duriore callo. Huic tam igneum fervorem esse tradunt, ut omnia in mari contacta adurat, omnem cibum statim peragat. Quibus sit hoc cognitum experimentis, haud facile dixerim.“ Auch.

**) *Παιλοτής*, ut *ἀπαιολητής*, *fraudator* fortasse est. Quod si legas *Polypodes*, tunc spectat quodammodo locum Plinii IX, 46: „Polyporum multa genera . . . vescuntur conchyliorum carne, quorum conchas complexu crinium (sive brachiorum) frangunt; itaque praeiacentibus testis cubile eorum deprehenditur.“ Quae sunt fere verba Aristotelis, hist. animal. VIII, 4: *Οἱ δὲ πολύποδες μάλιστα κογχύλια συλλέγοντες, καὶ ἐξαιροῦντες τὰ σαρκία τρέφονται τούτοις· διὸ καὶ τοῖς ὀστράκοις οἱ θηρεύοντες γνωρίζουσι τὰς θαλάμας αὐτῶν.* Auch.

delectant, belluae in latebris et cavernis aut silvis latentes sicut insidiis exspectant. Sunt etiam, quae tamquam ex pinguedine ab ipso aëre odorem sugunt naribus: foetorem vero sentientes nares dimovent, et latentes in caveis praestolantur venationem; surgentes enim ex insidiis statim avide saturantur.

33. Adeo autem nonnullae cautionem usurpant de salute propria, ut non solum dolum inter se mutuum, verum etiam fortiora hominum consilia eludant. Dicuntur enim cervi, dum proiiciunt cornua, quaerere securitatem solitudinis, et ascendentes montes altos petere silvas inaccessibilesque anfractus et deserta impervia. Quia vero quum cornuum armis aequalem vim exuerunt nudique instrumentis defensionis evaserunt, ob metum, ne irremediabile aliquid patiantur, in solitudine spem ponunt, quasi restet eis fuga sola — unde et proverbium [*] illud: *Ubi cervi cornua deponunt, profecto locus est desertissimus.* Quoniam ergo post cornua reiecta iuxta radices exstant vestigia vulneris, supervolantes muscae pascuntur et saevissimos dolores afferunt. Quare illi per diem intrantes dumeta, nemora frondosasque silvas latent, ramis condensisque frondibus obducti; nocte autem, quando volatilia acquiescunt, exeuntes tutius pascuntur. Adhaec renatis cornibus haud confidunt statim meridie foras exire, veriti necdum stabilita fuisse cornua: quum enim adhuc tenera sunt, quasi lutescunt ac discinduntur ab radiis solaribus, ut argilla figuli ab igne. Quamobrem diffidentes, ne forte perfectam adhuc non acceperint soliditatem, in arbores percutiunt capita sua et probant cornua per contactum et compulsum, an firmiter erecta sint.

34. Quod autem prudentia provida insit non uni alterique animalium, sed cunctis, omnium eorum generis tempus statutum, maxime pro propagatione, manifesto argumento est. Unum enim istorum excelsos montes petit, alterum profundum Scythiae Libyaeque desertum lustrat, tertium in nemoribus condensis immersum latebras sibi assumit; multaque in terra inveniens ripas*) obsidere, quum ob procreationem huc conducuntur. Haec sane indicia sunt sapientiae redundantis ac una cum prudentia providam diligentiam in generando ostendentis.

35. Verum mirificum quoddam operantur palumbes, ac perfecta ratione dignum. [*] Nam in primis non ibi, ubi nascuntur, pascuntur, sed in alterum locum se transferunt, ne capiantur, plures enim sunt, qui machinantur, ut inveniant earum latebras: itaque illinc ob cautelam effugiunt, ne persecutores inveniant se. Deinde vero quum sentiunt quosdam venatum exiisse pullorum, nimis artificiosa pugna accedunt in congressum, supervolantes et fugientes et iterum lente suspenso gradu obrepentes; atque paulo longius volant, ut, dum studium venatorum vident, ipsos liberent, spatio temporis pullis dato pro opportunitate fugae capessendae: quos quum sentiunt longe evolasse, exspectantes adhuc modicum vestigia venatorum, demum delusis eis ipsi aërem petunt excellenter, ita ut isti stupore agantur, derisos se deceptosque cernentes, et exacerbentur, ut par est.

---

*) Ad verbum: *rivus* s. *in rivis germinans;* quo et *stagnum* potest designari s. *arundinetum.* Auch.

36. Dicunt, qui Semelae*) res narraverunt, quod genus est marinum cooperatione daemonis cuiusdam usum; quod si nequeat sub initio evitare multiplicem hominum industriam malignam, postremam eorum irruptionem irritam reddit. Quippe quod hamum nulla exquisita esca obductum velut cibum inglutit, malum tamen effugiendi remedium invenit; invadens enim et currens sursum funiculum comedit, geminum emolumentum ferens, et sibi salutem comparans et punitionem in eum, qui manu iniuriosus fuit.

37. Incredibilem utique censeat quis [*] historiam accipitrum Thraciae, siquidem et ego ut primum audivi, minus fidem praestabam, donec complures indigenarum (quos inter unus, qui ad nos venit peregrinorum, homo simplex) testabantur quicquid de illis noverant. Dixerunt enim, quod concorditer laborant, ut opem ferant avium venatoribus, et operam dant negotio et fruitioni captorum. Quoniam habitationem sibi parant in silvis, ut par est, inter densas frondosasque quercus, ubi versantur avium genera frequenter, et eis, qui venatum veniunt, cooperatores exsistunt, iis inquam, qui provide accedunt, quique nihil fraudant circa spem aequalis praemii, quod licet exspectare socios a sociis belli. Modus autem auxilii praestiti ita se habet:

*) Quid in Gr. lectum fuerit ab Interprete sic istud nomen exponente, nos latet: σμιλη, σμιλίον, potuit esse nomen piscis, sicut scalpello funiculum amputantis, vel ζῶον μέλαν, *animal nigrum*, aut aliquid simile. Si vero legas μύξων, Lat. *mugil*, haec de eo habet Plin. lib. XXXII, c. 5: „Scit et mugil esse in esca hamum, insidiasque non ignorat: aviditas tamen tanta est, ut cauda verberando excutiat cibum.“ Sed haec et similia non ita facile credas ad praesentem locum pertinere. Varii sunt pisces, qui funiculum hami abscindunt. Auch.

primum (s. ante) venatores sub initio arbores commovent. Hunc motum exiguae ac parvulae aves non sufferentes, disiectae expavent et avolare volunt. Accipitribus tamen super se visis, retro coactae humi descendunt et rostris terram pulsant (aut ab accipitribus rostris laeduntur), atque ita venatio paratur facilis aucupantibus. Quoniam ramorum vehemens commotio et violentus ex motu saltus atque ex superstantibus impulsus, sicut etiam timor et ingens horror facile reddit aucupium, quo magis incident in manus venatorum. Isti vero laetabundi exhibent portionem ex iis, quae ceperunt, partim cooperationis gratia retributionem facientes, partim ad futuram venationem invitando.

38. [*] Adeo autem abundanter effluit copia sapientiae (animalium), ut in apprime necessariis superet vel hominum sapientiam. Quandoquidem unusquisque nostrum quum valetudine laborat, ignorans quae conducunt ad sanitatem, medicos advocat, qui indicent salubria ad salutem proficua. Ubi animantium nullum umquam alterius opus habet, medicam artem per se ipsum callens et suo arbitrio professor compertum. Siquidem cervi a phalangio morsi, norunt pro remedio cancrum (sive ostreum fluvii), cuius esu statim curantur. In Creta vero quum caper sagitta feritur, herbam racemulum (vel dictamum) vocatum quaerit, qua vescens facile sanatur ab vulnere.

39. Aiunt, quod etiam testudines ex avida gula saturatae viperis, ob metum mortis origanum comedunt; hoc enim tantummodo ex veneniferorum discrimine se expedire possunt. Verum enim vero

nonnulli, qui nihil credere consueverunt nisi exploratum, voluere certius argumentum dictorum capere. Videntes itaque testudinem expletam vipera, origanum prope eam natum radicitus evellentes, exspectabant exitum rerum; illa vero appetens et non reperiens ut ederet, mortua est.

40. Nec solum curare morbos in aliquo repertos aut suspectos, sed dolores etiam in se fingere fallaciter ad evitandum laborem, observatum est (in animalibus). Dicunt enim, quod Aristogitoni, uni inter eos, qui virtute claruerunt in republica Athenarum, equus erat piger, qui in hippodromo ultro fingebat [*] claudicare, donec deprehensa fuit ab agasonibus processu temporis fraus et castigatus fuit, quo supplicio deinde superavit ignaviam: atque ita experimento probatum fuit, quod evidenter fraudulentus dolo usus fuerat, non aliunde, quam sapientia mentis.

41. Haud inaniter et illud dicitur, quod bubulcorum mentem et ingenium habent bovum armenta sicut et caprae caprariorum, et grex pastorum, et agrestiores belluae curatorum suorum. Verumtamen ciborum quidem et potuum, praesepiumque et generatim eorum omnium, quae ipsis utilitati aut damno sunt, non minor est peritia cognitionis, ita ut etiam copiam quandam teneant multarum variarumque notionum, tam artificiosam quam rationalem: ut proinde absurdum sit maxime, inter se conferre nostram et illorum providentiam.

42. Formicam non vides, exigui corporis animal et magnorum operum providum per industriam ac mentem? Haec aestiva tempestate comparat neces-

saria, et ne forte inundationem patiatur, sollerter sibi parat sedem; autumno vero vergente obreptum ex frigore imbrisque damnum cautius reparat, ut, quae in hibernis a se constructis inclusit et labore proprio condidit, iis fruatur et gaudeat, horrea pro tempore insumens et copiose hauriens victum. Quando vero accidit ut deficiant alimenta, rursum exit foras cum suo exercitu, ut colligat copiam annonae, necessarium cibum procurans pro tempore futuro. Ut autem malorum [*] saevissimum expellat famem, triticum hordeumque et quaecunque collegerit, in duo intercidit, ne pullulantibus illis penuria laboret.

43. Non sufficiet dies ad enarrandas consimiles caeterorum curas animalium, quorum apparatus oeconomicus abundanti gaudet cibo. Quandoquidem omnia terrestria, aquatilia et volatilia per aërem, ne forte aliquid necessarii desit ipsis, provide sane procurant. Praeterea quis nescit, quod intellectu consilii praeditorum est, eligere utilia et inutilia, convenientia et inconvenientia cum distinctione? Istorum vero peritia nimis certa est (apud animalia) et solidata disciplina, animae rationali propria.

44. Attamen illud etiam rite dicitur, quod oppositorum non idem est usus; quoniam, ut patet, a contrariis tales proveniunt motus. Quoniam calidum ac frigidum, vel dulce et amarum, vel album nigrumque, vel magnum et parvum, aut quicquid eorum, in quibus contraria sunt passim temperamenta, diversas pro sententia consilii in iis agit voluntates, ut animans quisque velit ac appetat, quod placet et affert voluptatem, ad quam properat, et effugiat dolorosum, quod aversatur. Et tanta copia

sapientiae utitur, ut etiam quam plurima ex loquendi facultate hauriens prae se ferat, consilii ideas quidem explicare non valens, quia linguam non habet [*] articulatam, manifestius tamen, quam voce, operum veritatem eis, qui acute possunt videre, exponens.

45. Canis quum persequebatur feram, perveniens ad fossam profundam, iuxta quam duae erant semitae, una ad dextram, altera in sinistram, paululum se sistens, quo ire oporteret, meditabatur. Currens autem ad dexteram, et nullum inveniens vestigium, reversus per alteram ibat. Quando vero neque in ista aperte appareret aliquod signum, transsiliens fossam curiose indagat, praeter odoratum cursum accelerans: satis declarans non obiter haec facere, sed potius vera inquisitione consilii.

46. Consilium autem talis cogitationis dialectici appellant demonstrativum evidens quinti modi. Quoniam vel ad dextram fera fugit vel ad sinistram, aut demum transsiliit: et quidem haec et similes formae verborum explicantur ab hominibus. Verum intelligitur non obscure et apud caeteros sine mendacitate Aesopus quoque in parte maxima operis fabellarum suarum. Nam etsi vocis expers sit articulatae animal, non tamen fictio est fabulae illa, quae inest eis sapientia scientiaque in multis rebus. Ecce enim in proverbiis etiam acutiores inter homines in cogitando solent vocari vulpes: adeo bestia ista ex claritate multiplicique versutia mentis admirationi nota apud multos est. Etenim simiorum etiam stultissimus praestat agilitate manuum et ludi praestigiis, ita ut, postquam vicit quos voluerit, deceptos ipsos irrideat.

47. Caeterum multa sunt et alia relatione digna de sapientia, qua utuntur animalia; sufficiunt tamen iam dicta. Addendum [*] esset, quod non tantum sapientiae, sed etiam sobrietatis participes bestiae sunt. Quod si opus erit verbis pro rebus eis necessariis, vocem emittunt. Quis vero apud illas apparatus dapium, aut quae vinolentia, aut quae ebrietas, aut quae coquorum pistorumque opera superflua, artes miseri ventris eorum, qui nobiscum voluptati dediti sunt? Insuper superbiae procellis nos iactati, quanta sane aperto ore mirari non erubescimus, praesertim quum supercilia contrahentes cervicesque extollentes, belluinis sententiis tumidi, deserti vacuique mente, remisso fastu elati reputamus nosmet ipsos, ut poetae dicunt, diis proximos factos fuisse semine et propinquos generatione, verum a cibo exiguo potuque superati, humi iacemus, ab alto caelo cadentes. Ecce illico obnoxii sumus non solum pudori, verum etiam corporis infirmitati: quia aviditatem et gulam sequuntur morbi, exiguam quidem minores, maximam vero irremediabiles.

48. At bestiae, quae parcitatem alimenti ab ipsa nativitate statuerunt sibi adsciscere, herbis pascuntur et exiguis contentae sunt. Quarum potus aqua est, non tamen frequens, sed semel in die, aliquando etiam post multos menses peractos. Nam quaedam hibernis tempestatibus vix bibunt, aquae loco satis habentes frigus aëris et viridis pastus humorem humidum. Adhaec prurigo illa ex humiditate orta cupiditasque sub ventre exsistens nimium minor et exigua [*] illis est. Nonnullae enim verno tempore, aliae autumnali feruntur ad coitum; sunt etiam quae semel in anno congrediantur. Feminae vero earum

usque ad conceptionem solam patiuntur succumbere, deinde vero aufugiunt mares, completa nimirum lege naturae, quae pro generatione et corruptione maris cum femina adinvenit coitum coniunctionemque.

49. Nonne itaque aequum est, ut homines erubescant effraenas suas lascivias ad comparationem istorum continentiae? Nam qua demum anni tempestate homines quidam venereis abstinent, more ducti incontinentium, miseri, non contenti coniugibus solis, foras oculos versantes circumquaque et in meretrices furentes, hereditatem illustrem minime servantes, sed ignominiam paupertatemque pro gloria mutuo probantes? Quo fit, ut nonnulli ex iuvenibus florescentis aetatis, contempta morte, cupiditatem vitae anteponant, caeterorum legem coniugalem dissolvant: nec providentis moderatoris hominum veriti iudicium neque legem in adulteros latam timentes, neque paventes immanem inexorabilemque furorem maritorum mortem minantium, quibus ad maiora scelera passio inexperta vim facit ut homicidium admittant. Etenim aliqui excedentes malitiam, ad magis iniuriosum coitum furunt, τῇ παιδεραστίᾳ, quo non solum civilis, verum etiam naturalis legis praecepta violantur. Quoniam destruendo legem immobilem ab ipsa veritate reprehenduntur de facto illicito, quum incassum seminent et foetum perimant immaturumque emittant.

50. Caeterorum tamen animantium [*] honestatis manifestum argumentum ex operibus patet et zelum contra libidinosos, quos impudentes statim repellere nituntur: ita ut, si pro tempore nequeant compotes esse, opportunum praestolentur tempus. Id autem

cernitur non solum in mansuefactis et apud nos degentibus, sed in belluis quoque, quae videntur continentiam ultro sibi adscivisse. Plura quidem oporteret in medium exempla ferre diffidentibus fidem factura, verum satis erit unius mentione facta similiter argumentari et de caeteris sub silentio. Crocodilus hominum vorax amphibiumque in Aegypto animal, coitum facturus, educens feminam revolvit ad ripam fluvii, quia dorso supino consuevit concumbere: post autem coitum rursus manu elevans versat eam. Quum autem suspicatur eam iam commixtam aliis concepisse, quia subdolus est, simulat se aliquo modo, quasi iterum appetat coitum; tum tamquam amasius cupidine actus sequitur eam et solito modo revolvit ipsam. Ut autem statim certus reddatur de opinione, odorando aut aliquo alio modo, verumne sit aut contrarium — habet enim ex natura scientiam incognitorum —, certior factus evidenter ab ipsis rebus de concubitu, unguibus lacerans intestina depascitur; tenera enim sunt, cum ex adverso musculi sint squamis solide connexis colligatisque, ita ut vel ferrum acutum hebetent contactum.

51. Quum hactenus de sobrietate actum sit, quid opus sit de fortitudine referre? Quandoquidem aprorum aut taurorum, vel elephantum caeterorumque his ferociorum robur vimque nemo est qui nesciat ingentem esse, et loco exigente [*] magnum fortemque animum demonstrare mira in pugna arte. Ecce enim istum (taurum) vidi in luctam venientem pedibus, gladiatoris instar, pulverem suscitare, torve adspicere oculis rubescentibus, et cornibus ad feriendum paratis furore fervere, totoque adspectu horrendum apparere. Aprum autem dicunt, qui venatum

exeunt in silvis, quum viderit venatores, non prius viribus armari, quam in arbores vicinas acuerit dentes. Ursi vero secedentes impetumque facientes cervicem immittunt sub medio adversarii, et retorquentes violenter sternunt in terram et pedibus constringunt artificiose velut laqueo captivantes. Et quicquid paedagogis (s. ludorum magistris) in usu est per astutiam peritiae, totum ipsi exsequuntur. Singula singillatim dinumerare superfluum est.

52. Ecce enim nudius tertius dracunculi cum viperis Aegyptiacis luctamen videns, non modicum stupefactus fui: ita ut ex ipsis rebus necessum habuerim credere veritati de hoc, quod rationis particeps esse, haud secus ac rationalibus, caeteris quoque animalibus concessum fuerit. Vipera enim venenosa venit ad congressum, velut geminae naturae ac biformis facta, quippe quae caudam nimio strepitu in forma globi retraheret, de pectore vero usque ad caput sursum erecta accurreret pectore forti et larga cervice, inflata, plena furoris venenique: sicut alii quoque quasi digito indicabant, huc illuc versando linguam cum sibilo immani. Draco vero elevans altius caudam suam, removit eam, ut vipera decepta in ipsam tamquam in adversarium sibi animal irrueret. Ipse dein super faciem pronus serpebat totus humiliatus, oculis solis sursum directis, et exspectans praestolabatur; veritus tamen, ne forte illa praeveniret et vulnus [*] sibi afferret periculosum, parabat se insimul ad impetum faciendum. Quando itaque sensit insidias luctae suae ad libitum cessisse, quum nimirum vipera cum cauda sua serio dimicare videbatur, subito invadens eam acri morsu prehendit cervicem eius et suffocavit.

53. Porro haec animantia utuntur etiam ordine meliore, quam cohortis praefecti ac centuriones, minime indigentes adhortatione mutua; quoniam prompta sunt ad operandum sine excitamento, quo necesse est homines identidem ad opus impelli, quod acuit audientes, nec eos cunctari sinit, sed excitat ad virtutem.

54. Etenim ego etiam quando per legationem adii Romam*), crebro vidi in bestiarum congressibus, quod more optimorum cursorum prius huc illuc discurrebant, et ex altera parte tamquam flagello caudis propriis dorsum et latera percutiebant, ut sese hortarentur, quemadmodum in hippodromo aurigae faciunt. Quoniam non solum supplicii loco flagella adhibent, verum etiam monendis pedibus (ut sese moveant). Propterea et poeta certior factus dicit:

Cauda latera dorsumque ex utraque parte
Percutit, ut irritet ad certamen se ipsum.

55. Tanta itaque fortitudinis vis in robustioribus exsistit, ut quae vires debiliores desideria habent, erubescant, quod ignotum non est. Dicitur enim, quod leones, quum in congressu ob multam oppugnationem debellantur, obtuentes secedunt [*] lente vociferando et huc illuc ambulantes pudere se de errato manifestant, atque aversis vultibus et voce remissa sese abdentes persuadent, quod ultro reprehensionem indicantium se digito volunt evitare et retrorsum reversi velut ex stadio currunt.

*) Alexander vel Lysimachus satis hic se monstrat legatione Romam petiisse, haud secus ac Philo. Si quis autem nollit id concedere, necesse est dicere, quod aliqua interlocutus sit Philo ipse. Verum integrum responsum Philonis ad omnia adversarii dicta paulo inferius clare videbis. Auch.

56. Equorum autem genus adeo cupidum est honoris, ut in ipsa iam Graecia atque apud barbaros, sicut hominibus, ita etiam equis certatim currentibus praemium apponatur. Et non solum in minoribus congressibus, quorum exigua est ratio, sed et in sacris certaminibus, ad quae ex orbe terrarum veniunt congregatim ob varias necessitatis species, aliqui propter colluctationem spe victoriae, quidam vero desiderio spectaculi visendi ac nonnulli ob negotiationem; quoniam paratiores sunt voluntates advenientium in coetum solemnem, pudori ducunt sibi, si eo egressi nihil in domum adduxerint.

57. Apertis itaque heroicis theatris cursibusque equorum, ludis Olympicis, Nemeaeis, Pythiis, Isthmiis, agasonum quoque studium videre est et diras curas ineffabiles, impensas sine parsimonia, stabula construentium pro equis, cibos parantium locantiumque exercitatores (s. instructores), qui animalium velocitatem naturalem excitent acuantque per curam et alimentum. Quando certaminis tempus venit, iamiam rem sentit, videns circi carceres. Unde primum irritatur ad resiliendum velociter disrupto claustro, deinde foras emissus evolat atque longius per longitudinem festinato cursu satagit properare.

58. Ecce nudius tertius mirum spectaculum [*] multas hominum myriadas obstupefecit. Erat enim certamen quadrigarum septem concurrentium. Caeteris ergo post remanentibus, duae velocitate praevalentes contendebant aequo marte, aurigis etiam etsi non corporibus, saltem animi nisu, quantum in eis erat, concurrentibus; at unus raptus ambitione cecidit haud sibi conscius. Tunc equi destituti ab

auriga, suapte vi, omni cum furore sese regentes satagebant tendebantque in cursus sollicitationem, quasi vero ab auriga sibi adhibitam celeritatem praeferentes, una cum peritia, ita ut non pedes frustra moverent huc illuc inutiliter converso cursu, sed potius quasi per lineam directe currentes, expedite medium tenerent stadii, ne forte qui post se sequebantur, praevenientes praecederent excederentque circulum. Eo vero loco, ubi multi gyri aguntur, apte commodeque se vertentes obviabant aliis, perpendendo illud quoque, ut circulum propius obtingeret temo cum equo a sinistra exsistente, ne videlicet gyrus maioris periodi largitudinem relinquerent ei, qui post veniebat, et caeteris.

59. Quid autem dicendum ad ea, quae referuntur de ferociore animali, nempe elephanto? Ut autem omnia antiquitus dicta praeteream, memoriae mandabo res sub Antiocho actas. Asianorum princeps armentum alebat elephantorum, ut in congressu equis obiectum iuvamini esset; a voce enim elephantis abhorrens pavet equus, ita ut ob metum violenter fugae se det. Itaque iis, qui praecellebant corporis vigore et robore, eo quod ad operandum iuvat, appellationem [*] indidit ex heroum nominibus, praeferentiam concedens Aiaci: illi nempe, qui praeter omnes fortis videbatur et operi deditus. Quum ergo flumen rex transiret cum exercitu, Aiax (nuncupatus elephas) ad ripam morabatur, transitum timens, ut puto, ob gurgitem. Qui vero sequebantur, ut decebat, impavidi reperti ordinem (tamen) diligenter servabant. Donec rex misit vocavitque altores, quia tempus erat accelerandi, bravium (*βραβεῖον*) duplex pollicitus transeuntibus ante alios, in-

sidenti nimirum argentum, et elephanti dignitatem primi honoris. Quoniam vero Patroclus transfretavit desiliens in amnem, ita ut audacter transitum fecerit, quem secuti et alii transierunt, ideo ipse honorem assecutus est. Aegre id tulit Aiax, ac ne privaretur dignitate, tam molestus et agitatus, deturbare totum ordinem castrorum voluit, ita ut videretur conqueri se deteriorem evasisse Telamonis filio ob arma Achillis similiter fureatis: siquidem livore plenus et rebellis in itinere ac in castris intolerabilis erat, ignominiam effugiens et gloriam petens. Utinam et homo talis fuisset, ut non solum fortitudini acquirendae studeret, verum etiam sequelam virtutis feliciter optaret!

60. Ecce enim quaedam animantia praeter iam dictas virtutes, iustitiam etiam prae se tulerunt, natantia, terrestria et aërea. Quandoquidem iam in marinis Pinnae et satellitis eius aequitas in societate manifesta est; contubernium enim commune cibi habent et aequaliter eum distribuunt. Idem facere Trochilum ac Pompilum in confesso est apud omnes, qui minores iis comperiuntur in vita communi.

61. [*] Inter volucres autem vel ipsam supremam iustitiam ciconia demonstrat, parentes nutriens, et statim ut alata fuerit, nullum aliud opus sibi proponens, antequam gratias retribuat et benefacientibus sibi vices reddat. Verum hoc pariter et terrestrium aliqua agere persuasum est. Nam etsi nequimus omnium ipsi naturas proferre nec lustrare neque certius indagare, oportet tamen fidem praestare testibus manifestis in iis, quae ipsi non videmus. Aequum est quidem non nonnullis, sed universis partibus

mundum compositum esse, verum partem eam, in quam cadit iustitia et iniustitia, illam omnino praeditam esse etiam ratione: utraque enim ad rationem pertinet. Itaque sicut hominibus, sic quoque animalibus memoratis distribuatur (ratio) necesse est. Iure sane (homines) ciconiis adultis parentes alentibus honorem certum exhibent aut contumeliam; laudant et satellites Pinnis aequaliter distribuentes cibum; ex adverso vero opprobrio et accusatione dignum censent, si soli consument dictum (cibum). Qui vero laborant in examine apum, fucos nocivos favo elaborato existimantes deperdunt; quoniam, ut ait Hesiodus, *aliorum laborem in ventres suos induxere.*

62. Videntes antiqui virtutes usque ad bruta animantia devenisse, a carnis esu sese abstinuerunt, ac ad multum temporis consuetudinem talem inter Graecos et barbaros obtinuisse aiunt, donec prisca temperantia labente in delicatam vivendi rationem cum voluptate declinarunt: novis enim cupiditatibus [*] adinventis, illicitis deliciis civitates adimpleverunt, quorum principia morbi sunt, quibus non expurgatis mortes subsecutae sunt. Unde homines disciplina instructi, qui aemulatores sunt Pythagoricae sapientiae, neque si necesse etiam fuerit, carnem attingunt, propter sobrietatem religiosam et evitationem morborum.

63. Etenim habent ex natura relationem aliquam corpus et anima (animalia et homines), non solum per familiaritatem cum iis, quibuscum solis assuefacta sunt, sed etiam ut reddant quod debetur fideli dilectioni; qui enim diligitur, diligit utique vicissim,

et cuicumque curam adhibemus diligenter, hic optat parem utilitati acceptae referre recognitionem.

64. Aequalitatis ergo et iustitiae argumenta sunt magna, quod eadem et ipsa animalia praestant, imo maiora quam homines. Etenim principes constituunt et ordines, quibus statutis nulla est negligentia; et electis a se principibus omni obedientia obsequuntur. Fidem probant dictorum certam oculi ipsi. Taurus enim armenti, et hircus caprarum, et aries gregis dux est, atque in agrestium coetu unus ex regia fere familia praepositus exsistit, quem magna multaque animalia sequuntur, quod divinitus impressum esse convenit.

65. In examine apum extra dubium constituitur rex, quem dispensatione praesidentiae praeditum verentur omnes et pertimescunt, et puniuntur qui sub eo sunt ministri omnes. Quod si adauctus fuerit numerus examinis excessive, populosissimae civitatis instar in coloniam alias tranferuntur velut familia propria. Sin autem illi, qui principatum susceperunt, nequeant agere officium praesidentis, ex anarchia vel ex polyarchia concussae destructaeque disperguntur. [*] Ecce enim et multitudinem avium vidi gregatim volantem, quibusdam praecedentibus, aliis post sequentibus; nec non in fluviis, stagnis et maribus coetus piscium tamquam rivus rectus in una linea protrahitur, exercitus instar per longitudinem extensi a praefectis legionum magistrisque militiae. Hoc modo politicae virtutis animantium genera habent participationem; iamque ostensum est, quod dispensatione gaudent. Quae sunt argumento moralis disciplinae et providentiae.

66. Porro non minus vitia quam virtutes sunt indicia naturae rationalis. Pronum enim mihi est demonstrare, quod perversitas peccati tam hominibus, quam animalibus inest. Nam avida luxuries, timiditas, iniuria et istiusmodi, in una fere specie communiter multiplicatae sunt usque ad insaniam; probitate autem vacua sunt saepe animantia. Quaedam, exempli gratia, sunt callida, ut lupi et vulpes. Item alia luxuriosa, ut hirci et columbi, adeo ut ob vitium veneris mas soleat ova frangere, ne femina super ova sedens impediat sibi coitum. Cupiditas enim libidinosa praevalet etiam in animalibus modo violento, ita ut non sit eis satis ferri ad cognatos, verum etiam ad inimicos propter aviditatem. Nam quemadmodum, ut putatur, homines per frequentes multiplicesque cibos et avidas dapes, quibus de more dediti sunt, novas cupidines sibi fecerunt, et meretrices alienas adinvenientes incitati sunt insolita perpetrare, sicut sermo habetur de Pasiphaë Minois Cretensis filia, quae fertur adamasse taurum peperisseque monstrum Minotaurum: simili modo in homines nonnulla (animalium) exarsere, sicut cantatus ille aries Glauci. Alioquin [*] unde alieni variique generis monstra portentosa evenit nasci, nisi ex dissimilium prava commixtione?

67. In Achaia ipsa, ut dicitur apud antiquos, delphin pueri excellentis in pulchritudine vultus desiderio captus, multoties ex ora maris intus in pelagus deferebat super dorsum elevatum supra undas, et multoties ex pelago usque ad ripam seducebat sine discrimine. Et tunc demum cessavit a stadio hoc longo, quando et a vita: mortuo enim puero in puerili aetate, moleste id ferens delphin, cum illo et ani-

mam visus est exspirare, ligamen spiraminis cum corpore constantius connexum violenter dissolvens.

68. Sunt etiam alia tanto timore plena, ut infirmioribus cedant et ad umbras fortiorum trepident. Nunc in speluncis, quae sub montibus sunt, et in vallibus condensisque silvis, cum tremore latitant, nunc in altis frondosisque saltibus, ubi oculos huc illuc versant haesitabunda, ipsum volatum avium metuentia. Testes sunt his dictis cervi, quibus fortitudinem quum negarit natura, ut videtur, instrumenta quibus se tuerentur concessit, et haec ipsa ramosa: haud sicut in caeteris bestiis in capite sitis geminis cornibus, sed abundantiora germina hinc illinc pullulare faciens velut ramos in truncis, utpote animo forti carentes, saltem per excessum armaturae aequalitatem sortirentur. Sed quid refert ignavis ex armatura fortitudinem acquirere? nec enim mulieres deformes [*] ornatus iuvat ad formositatem, imo claritas ornatus ruborem inducit.

69. In certamine timiditatis nunquam ferat lepus secundas cervo concedere. Namque tremit semper haec bestia et timet cuiquam fidere, non dico belluarum, sed etiam partium naturae. Quoniam timet et scaturigines fontium salientium et strepitum maris, venti aërisque, omniaque, quae sunt super terram: ita ut circa fontes, dumeta et siccorum foliorum congeriem contrahatur. Quare, ut mihi videtur, poetarum genus non sine ratione *latitantem* vocat leporem, eo quod lateat trepidetque*). Ideo omnium auxiliatrix natura adiumenti loco contra timorem concessit huic bestiae velocitatem pedum, pa-

*) *Λαγώς* enim *lepus* est, et *λαθεῖν latere.* Auch.

rem celeritati alarum, pedes eius non ut caeterorum firmans in imputrida ac glomerata pelle, sed ad instar spongii dilatans, ut nempe multum aëris recipiendo ope eius levius elevarentur ad cursum.

70. Quantum vero isti pavore sunt pleni, tantum nonnulli in impudentem audaciam feruntur. Quid enim oportet aprorum vel pardorum aut leonum referre praepotentiam, qui ad iniurias violentiasque faciendas parati sunt, quum vel connutritus inter homines canis quando obtingat vultum sibi infamiliarem, furit praeter modum? qui si ex longinquo appareat, crebro murmurat et cum impetu impavide latrat, appropinquantem vero invadit, cunctis imminentibus malis contemptis. Nam supersiliens [*] vehementer oculis sanguineis oreque spuma pleno, non tantum lapidum proiectionem suffert, sese opponendo, sed etiam hastarum sagittarumque immissarum ictus obviat et interserit se.

71. Itaque reliquam etiam partem, non solum homines, verum etiam bestias sortitas esse intellectus, quasi hereditate accepta, haud obscurum est: cuius rei participatio virtutis ac malitiae satis fidem facit. Sunt quidem aliqui, qui nequeunt haec audire, per se minime edocti, sed ignorantiam pro disciplina habentes contrarium omnino tuentur. Quibus tamen una cum naturali ratiocinio principia intelligentiae deus concesserit atque doctrinam ex verbo acquisiverunt, istis licet adversarios increpare veluti insanos aut veluti inimicos veritatis.

72. Lysimachus. Haec sunt, o honoratissime Philo, quae Alexander noster ex fratre nepos conscripsit et in medium veniens publicavit.

73. PHILO. Mirifica sane res est, o Lysimache, maiorque aetatis tempore, ita ut stuporem facere possit non solum rusticis, verum etiam instructis philosophia. Ego itaque non careo studio huiusmodi verborum, sed ex iuventute in hac nutritus sum disciplina ad inveniendam veritatem, atque nominum venustatem interpretationisque celeritatem non mediocriter percepi, sed certe et vere novi. Quoniam haud ignoranter te rem percipere monstrabas, dum declamares [*] verba citata, nutu continuo capitis tui, quid quaeso putares, si ipsum audires legentem? Mihi videbaris rem altius concipere ad instar divinantium sacra quadam insania: quoniam illi non eandem revelationem se accepisse dictis declarant, quam faciunt auctores et commentatores. Quapropter aliud est, quando huc illuc versatilis comperitur praedictio linguae et per terminum oris finita, et aliud, quando ex anima moderatrice producta, instrumentum vocis pulchre coaptans, decenter pronunciat.

74. Verum enim vero patris aut matris ad natos affectio non habet parem: veri tamen parentes, qui secundum scientiam sapientes sunt, quum referant suas inventiones, admiscent cum verbis inenarrabilem quamdam affectionem ad auditores. At non pauca una cum nominibus verbisque conduntur velut in thesauro, inquis. Decenter ac convenienter. Ego tamen erga commentatorem inclinationem tuam miror; ita enim verbum mihi narrare videris, ut etiam ab ipso scriptore, quando legens publicabat, nihil differre videreris.

75. Miras autem adolescentis quaestiones recentes, novas multiplicesque adinventiones et nominum

ad singulas res rite exponendas accommodationem, non eo modo probabiles mihi fateor, quo homines modici intellectus solent adire eum, qui in promptu habet quasi per incantationem allicere auditores; sed veraciter dicta, ut re ipsa se habent, indagando perpendam, imo magis ventilatum universos verbum edocebo: cura enim mihi est non persuasoriis verborum semper adinventionibus vinci; neque etiam nepoti nostro ex fratre fidem praebere licet in iis, quae scripsit, antequam opposita certius sciret. Haec itaque, si vacat tibi tempus, iamiam rememorans [*] enarrabo; sin autem procrastinas, sermone nunc interrupto iterum opportuno tempore dicemus.

76. Lysimachus. Non me credis, o Philo, omnia contemnere ob desiderium disciplinae cupidinemque veritatis, et haec prompte te docente ultro me velle audire?

77. Philo. Equidem, o Lysimache, quantum in me est, promptissimus sum. Tu tamen considera, sic interrogando et explorando, si nolumus aberrare a sacro consilio, utrum apes et araneae (puta quod textrices istae sunt, illae favum mellis creant) iuxta artisne industriam ingeniosam (id faciant), an absque ratione per actionem naturalem? Siquidem horum omnino, si oportet verum fateri, admirabilis habenda diligentia, quae tamen non a disciplina deducta est. Ad quid enim disciplina, quam non praecedet comprehensio scientiae, quod oportet esse artium principium? quoniam ars est collectio concordantium concepta.

78. Itaque exempli causa volucres solent per aërem volare, aquatilia natare, et gradi terrestria.

An id per studium doctrinae? Minime; sed suapte natura singula memorata haec agunt. Similiter et apes sine doctrina naturaliter favum peragunt, et araneae quasi per se edoctae subtilem illam elaborationem textorum moliuntur. Si quis autem aliter putat, adeat arbores, et perspiciens videbit cuiusque dotes clarissimas; quia et in [*] istis multa sunt absque arte artificiosa.

79. Vitem non vides, dum in diebus vernalibus germen producit? Primum enim foliis illud operit, deinde more matris paulatim nutrit et id augmentum ducit; postmodum remutans ex acido uvam efficit, donec omnino maturet fructum. At instructane in his fuit, cura adhibita? Certe omnino per mirabilem operique praesidentem naturam par fuit non solum utilissimo fructui ferendo, verum etiam adornando trunco decore, extensis per longum palmitibus, volutatis capreolis, dilatatis frondibus viridibusque foliis eleganter; conspectus erat eius clarissimus et species mirabilis; pulchritudo vero ipsius non oculos solos, sed etiam nares vi attractiva ad se trahebat; exhalatione vero spiritus circumvicinum aërem fragrantem reddebat: lente enim flante aura adimplebat spatia odore suavi, odoratumque grata placidaque voluptate explebat.

80. Plura et de caeteris plantis quum dicere possim, non morae taedio taceo, sed tantum solum nimiam verbositatem evitans. Etenim puto, quod sub silentio multis relictis unius analogiae modo totum innotescit. Dicimus enim et de invisibilibus naturis, quod quum ordinatae et artificiosae sint, integrum servant esse rationales, etiam illae, quae

omnino carent anima. Revera tamen non ista dantur et in praedictis animalibus. Cuncta enim peragunt non provida procuratione ac consilio, sed secundum irrevocabilem operationem eliciunt ex propria constructione proprietates naturales. Namque consimiliter palumbes fugiunt vultures, ac pulli timent reptilia; et marini murices dum tanguntur [*] ab aliquo, tenaciter constringunt lapidem, cui haerent, velut ambabus manibus tenentes et aegre divulsi vim faciunt pro unione. Deliberatione forsan? Minime, sed naturae peculiari quadam dispositione, quae singula ad opus coaptatum invitat. Quamobrem aves, statim ut alae eis natae sint, illico volant; et tauri cornibus natis illico cornua movent et impugnantes oppugnant. Praeterea, haud consulto (neque enim id putes) scorpio attollens aculeum dimovet, ac si per electionem statuerit debere ulcisci eum, qui iam iniuriam sibi fecerit. Sicut etiam genus serpentium invadentes se nititur mordere vi venenosa; anne scire etiam poterit quem ex morsis mori contingat? Item comparatio victus et morborum curatio, et his similia, iterum naturae sunt inventiones innatae animalibus invisibili virtute. Et haec omnia possident, ut salva se servent et ut vindicent se ab invasoribus.

81. Non enim edoctus mus in rimas suas antraque immergitur, et quicquid sit frugi et natos suos, antequam incrementum sortiti sint, intus inferre studet. Pulli tamen hirundinum cibum digestum retro versi deponunt. Num certae cuiusdam utilitatis sensus alius fuit umquam animali aut continuum studium virtutis? An ad aliquid diu durabile operandum provide se verterunt, ut aliquid amplius augmenti sortiantur facta?

82. Gravius quippe est putare callidissima fraudulentia et superabundante quadam sapientia uti bestias. Qui enim his sapientiae concedendae testimonium perhibent, ipsi certe non norunt se plane [*] nihil scire. Nam etsi detur in istis perceptio aliqua, obscura tamen et insulsa est, leves animo faciliter irritans; quoniam eis, qui adhuc iuvenilem aetatem agunt, comprehensio scientiae velut pueris incerta est ac inconstans, non ita perfectis in verbo et intellectu.

83. Quod si Aristogoni equus illaesis pedibus claudicabat, non decipiebat, quasi fingens fraudulenter — deceptio enim rationalis est —, sed quia fortassis antea dolores in pedibus senserat, quietem acquirere recordabatur. At quantum temporis esset, ex quo quieti se dederat ac otio, obscurum est et incertum; nam et in illis per aliquod tempus tantum memoria rerum servatur.

84. Proscribenda et opinio eorum, qui canem venaticum bestias persequentem autumarunt quinto argumenti modo uti. Idem dicendum de collectoribus conchyliorum deque quaerentibus quicquam; indicia enim rerum sequentur apparenter sub specie dialectica, verumtamen nec per somnium quidem philosophentur: alioquin dicendum esset de omnibus aliquid quaerentibus, quod quintum illum modum usurpent. Caeterum ex aliis observa, quod isti et tales feruntur in negationem pravitatis suae, soliti praetexere sermonem fuco et sophistice de rebus agere potius, quam verum, ut res se habet, examinare.

85. Nos enim dicimus, quod ex decentibus bonisque sibi convenientibus multisque rebus iuvantibus

ad sanitatem perseverationemque valetudinis habent (animalia) appetitionem (aut imaginationem), et universali comprehensione universorum carentes eam possident certitudinem, quae in propria specie cernitur. Verumtamen rationalis habitus [*] necesse est illa nullam habere participationem. Rationalis autem habitus est syllogismus ex apprehensione entium, quae minime adsunt: ut intellectus de deo, de mundo, de lege, de patrio more, de civitate, de politica, deque aliis innumeris, quorum nihil percipiunt bestiae.

86. At caput efferens equus hinnit, et pavidi sunt cervus lepusque, et perfida vulpes, alii puerorum amasii, invidi, et id genus multa. Non utique secundum acumen oculorum animae certitudinem quamdam comprehendunt intellectus, sed secundum illud, quod ex natura apparatus necessarius singulis conveniens datus est, sicut partes corporis et animae, singulis proprio modo ad sui totiusque perfectionem operantibus.

87. Ecce et leones, videntes se evidenter debellatos, abscedunt, et nolentes quemquam videre fugam capessunt, quin retrorsum se vertant: ambitionis nihil quicquam vel modicum sentientes, sed quia petulantes esse consueverunt, tamquam acuti ad robur exercendum sine doctrina: robur autem non acquiescit contemni ab aliis. Idem mihi videntur pati et equi, cervi caeteraque animalium, quae ambitione affici putantur. Etenim haud de primatu cogitant, sed assuefacta alimento, ea, in quibus exercitantur ab educatore, imitantur.

88. Nec tamen desperandum supponere iam in

istis semina curae habendae, ut unumquodque ad virtutem sibi propriam progrediens, non destituatur a debita perfectione. Convenienter et pavo, qui cernens in se claram variegatamque alarum formam texturae similem, pulcherrimam praebet speciem videntibus, non ostentatione utitur, sed naturae suae [*] virtutis desiderio cedit.

89. Putare autem, quod unus Antiochenorum elephantum Aiax nominatus, quum privatus fuisset dignitate principali, furore captus fuerit, irridendum omnino est una cum procacitate insolentiaque ferae agresti. Fortassis ob saturationem fruitionemque cibi multum delicati diligenter alteri comparati invidia ambitiosa accessit.

90. Catulos vero et onagros, haedos, simias et quaecumque mirificas in spectaculo ostentationes exhibent, noli putare ullo modo rationis esse documenta; nam cibi indigentia, et crebre flagellum ad haec excitant, siquidem omne, quodquod animae partem habet, subiectum est tormento, et famis tormentum sub lege necessaria redigit.

91. Quod si censeas alia praedita esse oeconomica quadam prudentia, ut formica et apis, quum nemo istarum tamen politica gaudeat, concedas oportet posse falsum esse in specie, quod verum sit in genere, sub quo cadit. Ut puto, non ignoras, quod eorum est oeconomia, quorum et politice: unius enim utraque virtutis proles, etsi sub specie pares, impares tamen magnitudine, ut domus et civitas. Atqui deest eis politice, neque ergo dispensatio dicenda est de illis.

92. At quid quis dicere potest (inquies), quum

antea collectione facta condit in thesauros formica et horrea sibi prius parat? His utilius in opus exit apis et collectis floribus alveariqué pulchre constructo mirifice mel facit. Ita quidem ego etiam dico. Dico tamen haec providentiae, non animalium ratione [*] carentium, sed eius, qui universam moderatur naturam, esse tribuenda. Illud enim (animal) nihil agit intellectu. Isti vero (deo) cura est variis de rebus, ut nimirum sicut creator impetum singularum creaturarum constringit ac corroborat ad id, propter quod factae sunt; sive ad eam, quae singulis convenit, perfectionem.

93. Quae vero dicuntur de Pinna et satellite eius, communem societatem demonstrant, quaeque non gratis dicta sunt eis, qui persuasi de inventione veritatis manifestare rem nituntur artificiose; nihil tamen iuvant illos, qui sapientiae ducunt esse, reprehendere sapientiam.

94. Quisquis autem haesitat, discat ex arboribus plantisque, ut non decipiatur. Hae enim etsi nullam habeant animae partem, tamen familiaritatis abalienationisque non minorem praeferunt manifestationem. Moventur et crescunt, atque tamquam osculo dilectionis salutando amplectuntur se invicem, ut olivam hedera, et ulmum vitis. Aliquas tamen non solum aversatur (vitis), verum etiam evitat, manifeste ostendens in adspectu suo, quod in fugam se verteret, si pedes haberet; atque languet non modicum, si propius accedat, quoniam steriles redduntur primae eius germinationes et germina producta adhuc restant ut novella: ita ut invisibiliter exsiccetur, alia quoque paulatim mulgendo.

95. Vitem evitant populus (s. crambe) et lauri. Sed neminem arbitror adeo insanire, ut audeat dicere, haec ex fidelis amicitiae aut hostilitatis animo oriri, sed supremae naturae ratione quaedam in unum adducuntur, alia [*] disiunguntur, haud sibi invicem convenientia. Hoc itaque tenore existimo falsum esse animalia mortalia quaeque, praeter hominem, contrarietatem societatemque et quae ad istas referuntur rationali cum harmonia, prae se ferre. Haec enim omnia ratione et mente solent conciliari; similitudines vero et tamquam imagines in animalibus delineari contigit, et speciem contemptus vel honoris, studii, gratiarum actionis et consimilium rerum exhibent aliqua subobscura delineamenta impressa, quae non pertinent ad veritatem, quandoquidem propriae, certae et solidae formae in animis sunt hominum.

96. Quapropter et ciconia non enutriens genitorem iniquitatis rea nullatenus erit, etsi aliquid simile iniuriae facere videatur, quia non procedit ex voluntate. Neque fuci laborem apum devastando rei evadunt; non enim voluntarie id agunt, sed potius desiderio victus. Non vides, quod parvulum infantem nemo de ullo opere facto accusat umquam, eo quod prudentis aetatis nondum particeps fuerit? At puer quamvis imperfectus comperitur, quia homo tamen est rationalis natura, paulo ante acceptis sapientiae seminibus, quamvis nondum formare res potest, paulo tamen post oriri faciet: etenim aura recepta seminales vires ad modum scintillae in silva iuxta tempora cum illo crescentes vigere ac adhaerere debent. Aliorum vero (animalium) animae

non habentes fontem mentis progressu deliberationis carent.

97. Multa et alia de illis dicunt ad virtutes et malitiam pertinentia exploratores [*] historiae animalium, ii nempe, quibus mos est ob otium improba et minus laudabili consuetudine verba protrahere. Nos autem iam pridem asseruimus ex diametro argumentum adversus praesumentes contradicere, nihil urgere, cur dicamus animalia per scientiam deliberativam provido consilio agere quicquid faciunt; sed etsi aliqua ab illis fiant ad similitudinem humanae operationis, sine intellectu peragi primae naturae impulsu, quae apparatum singulorum in ipsa nativitate distribuens, illum donavit eis velut innatum.

98. Hactenus satis locuti de ratione exsistente in intellectu, locutionem nunc examinemus. Siquidem merulae et corvi et psittaci et consimiles, etsi varie vocem proferant, articulatum tamen numquam et nullo modo vocabulum pronunciare queunt. Sed puto, quod, quemadmodum in instrumentis musicis foramina quamvis habeant portionem veritatis constantis, non tamen rationales sonitus sunt constantes, sed forma carentes, et consequenter nihil manifeste exponere possunt: ita et praedictorum animantium voces sunt significatione carentes et deformes, veritatem formae sermonis non vocabuli modo exprimentes, sed per cantilenam.

99. Exempli loco sint tibi tibia et cithara, cum aliis instrumentis musicis; quoniam pulsatus ab his aër sonos perficit imitando voces humanas, qui tamen incerti sunt et nequeunt constanter formare si-

gnificatum. Facile est enim ei, qui velit, innumeras fingere differentias et vocabula contentiosa, quae eidem sententiae aequivaleant: argumentum autem rei firmum et manifestum recipiet quis ex eo, quod auditores vario [*] modo concipiunt et non eadem omnes; nec enim ad instar blaesorum balbutientium est sonus istorum (animantium ac instrumentorum), sed tenebrosa comperiuntur omnia, quae polita voce ac diserte pronunciante certo privantur.

100. Desinamus itaque obmurmurare contra naturam, et impietatem subire. Quandoquidem usque ad gradum humani generis extollere immerentia, et indignis distribuere aequalia, summa est iniuria: tum vituperare illos (sc. homines), qui dignitatem primi gradus ex natura sortiti sunt *), et egregiam sobrietatem adscribere ignavis ac exiguis minimeque apparentibus bestiolis.

*) Plin. VII, 1: „Animantium in eodem (mundo) naturae nullius prope partis contemplatione minor est, siquidem omnia exsequi humanus animus queat. Principium iure tribuetur homini, cuius causa videtur cuncta alia genuisse natura." Auch.

I N D I C E S.

I. INDICES AUCHERIANI*):

A. PRINCIPIORUM PHILONIANORUM:

1. TOMI SECUNDI**).

---

*) Indices Aucherianos primo loco posuimus ob eius, qui primo numero sequitur, quippe principia Philoniana continentis, materiam.

**) Primo loco indicem Tomi secundi posuimus, quia in ipsa hac editione hic Tomus iam primo loco (ex causis supra Tom. VI, pag. 279, not. * allatis) positus fuit.

†) Hae paginae sunt Aucherianae, non huius editionis.



2. TOMI PRIMI.

---

*) Hae quoque paginae sunt editionis Aucherianae.



B. INDEX NOMINUM RERUMQUE MEMORABILIUM IN UTROQUE TOMO COMPREHENSARUM*).

*) Numeri hic quoque significant Tomum et Paginam editionis Aucherianae.

II. INDICES MANGEYANI.

A. INDEX NOMINUM ET RERUM*).

*) Numeri in hoc indice appositi indicant Tomum et Paginam editionis Mangeyanae.

E.

G.

U.

B. INDEX LOCORUM

SCRIPTURAE SACRAE (VETERIS TESTAMENTI) A PHILONE AUT ALLEGATORUM AUT EXPLICATORUM*).

Genesis.

*) Quamvis loci Scripturae in Philonis scriptis ab *Auchero* editis allegati et explicati propter horum ipsorum scriptorum naturam facile semper inveniri possint, plenitudinis tamen causa etiam hi, sub littera A. in parenthesi collocati, in hoc indice designati sunt. Caeterum non est quod moneamus, numeros locis Scripturae succedentes nude positos Tomum et Paginam editionis Mangeyanae indicare, Tomos autem Aucherianos eodem ordine quo in editione nostra omnino (cf. Tom. VI. pag. 279. not.) numeratos esse. Tomus quintus (V), ubi allegatur, nostrae est editionis.

Genesis.

Genesis.

Genesis.

Genesis.

Exodus.

Exodus.

Nota: Nonnullos textus errores ad hunc indicem spectantes emendare, benevole lector, velis: Tom. II, p. 201 (huius edit.) pro Exod. 32, 2. lege Exod. 23, 2. — Pag. 281. eiusd. Tomi ad Psalm. 79, 7. verba pertinent „Ἔϑετο γὰρ ἡμ. κτλ.“ et contra verba „Οὐδὲ ἡ ἰσχὺς κτλ.“ e Ierem. 15, 10. sumta sunt. — Tom. III, p. 126. pro Ex. 12. lege Ex. 21. — Tom. V, p. 92. pro Ex. 18, 21. lege Ex. 21, 18.



III. INDEX CRITICUS

1. lectionum textus*) Mangeyani in hac**) Philonis***) editione non receptarum†), aliarumque graviorum, imprimis editionis Parisiensis††), discrepantiarum.

Tom. I.

Pag.†††)
98. lin. 9. inf. *θεοῦ.*
110. l. 11. sup. *καταλίπῃ.*
„ l. 6. inf. *ἑωρακέ.*
112. l. 11. sup. *καινῆς.*
„ l. 12. sup. *αὐτοῖς.*
120. l. 2. inf. *οὗ.*
151. med. *ὀνομάζουσί.*
155. l. 6. inf. *ἐμφοιτήσῃ.*
159. l. 6. inf. *ἐπανίσταται ῥητῶς τοῖς ἀκούουσιν.*

Pag.
166. lin. 2. sup. *σαφήνειαν.*
171. l. 8. inf. *προςπίπτοντος.*
175. med. *Θωρήξῃ.*
177. l. 5. sup. *ὅταν.*
181. l. 11. sup. *Αἰγύπτου.*
182. l. 6. sup. *τῷ.*
192. l. 1. sup. *καθ᾽ ἑαυτοῦ.*
197. l. 9. inf. *κατέπαυσε.*
„ l. 8. inf. *ἀπόλωλε.*
204. l. 8. inf. *πρός.*
214. l. 1. sup. *ἐξ ἀρχῆς.*

---

*) „Textus Mangeyani“: in notis enim textui suo subiectis Mangeyus ipse, ut in praefatione ad primum Tomum a nobis iam expositum est, plurimas emendationes editionis nostrae, quas censemus, commendat rationibusque confirmat.

**) In aliis etiam Philonis editionibus, ut in *Richteri* Philonis operibus omnibus (Lips. 1828 ss. Voll. VIII.) hic illic textus Mangeyanus iam mutatus est, quae mutationes, si a nobis receptae sunt, quum nostra in editione non novae essent et plurimae per se evidentes, non peculiariter notatae sunt.

***) Spectatae in hoc primo indice critico non sunt editiones singulorum Philonis scriptorum, quae Mangeyum deserentes proprium suum textum promunt, ut liber de mundi opificio a *Müllero* editus, cuius lectiones a nostra editione discrepantes speciminis instar et momenti sui causa in sequente indice notantur.

†) Suis quibusque locis lectiones huius editionis propriae plerumque duabus stellulis (* . . . *) inclusae sunt, quam ob evidentiam brevitatis causa sufficit, in hoc indice nonnisi meras Mangeyi lectiones loco eius quod intra illas stellulas continetur, notare. Leviores mutationes si illis signis non indicatae sunt, alio modo, quorum in textu verborum locum teneant, insignitum est.

††) Eiusmodi lectiones siglo „Al.“ propterea notatae sunt, quod eae tantum Parisiensis editionis diversitates excerptae sunt, quas recentiores etiam editores, ut *Richterus*, Mangeyano textu deserto sequuntur.

†††) Hae paginae sunt nostrae editionis.

Pag.

239. lin. 6. inf. *καινὴν*.
249. l. 2. inf. *τῶν παρ' αὐτῇ*.
259. l. 10. sup. *λόγῳ*.
260. l. 12. sup. *ἐπ' αὐτούς*.
,, med. *τῶν ἐν ἡμῖν τῇ ὀξυκινητοτάτῳ διαν.*
265. l. 11. inf. *πεπηγέναι*.
268. l. 11. inf. *προβάτου*.
270. l. 13. inf. *κέκτηται*.
275. l. 3. sup. *ἀμελοῦς*.
277. l. 5. inf. *μή*.
278. l. 4. sup. *χρήσασθαι*.
,, l. 14. sup. post *συνηθῶσιν* add. *τὰ καλά*.
,, l. 12. inf. *ἐνδειξαμένοις*.
281. med. *τοῦ θεοῦ ὀξυδερκῶς ὁρ.*
298. l. 9. inf. *κοινῶν*.
302. med. *δόξει*.
,, l. 8. inf. *ἑαυτοῦ*.
304. med. *κεκριμένου*.
312. l. 2. sup. *νόμος, εὐμενῶς*.
314. l. 8. sup. *σπουδάζομεν*.
317. l. 11 s. sup. *ἀγρῶν“· δηλονότι ὁ*.
321. l. 11. inf. post *οὖν* add. *ὡς*.
323. init. §. 37. *Τοῦτο δίδαγμα Μωϋσῆς κτλ.*

Tom. II.

Pag.

1. lin. 2. inf. *Ναΐδυ*, sed cf. de Cherubim §. 4. et infra §. 10.
3. l. 9. inf. *ἑκουσαίως γνώμῃ*.
4. l. 10. et l. 14. inf. bis *εὔχεσθαι* (*Richt.* primo loco *ἔχεσθαι*, altero *εὔχεσθαι*!).
8. l. 9. sup. *δέ*.
11. l. 6 ss. sup. *διεξιόντος. Τί οὖν ἐστι, σέμνομυθ. ... ἐγνώκασιν*.
,, l. 10. sup. *κερασαμένοις*.
12. l. 4. sup. *καθάπερ εἶπε*.
,, l. 12. sup. *μὴ δι' αὐτοῦ κρατεῖν*.
,, l. 14. inf. *Δυςάρεστον*.
,, l. 1. inf. *οἶκος*.
13. l. 3. sup. *Καὶ μὲν ὅ γε*.
13. lin. 8. sup. *οὖν πρότερον*.
,, l. 5. inf. *μέγεθος*.
15. l. 10. inf. *ἔξωθεν*.
16. l. 14. inf. *διαστέλλεσθαι*.
17. l. 3. sup. *Πρεσβύτερος*.
,, l. 4. sup. *Αἰγυπτίου*.
19. med. *αφεστηρίων*.
,, l. 14. inf. *-φισαν. Ἐνῶς οἷς μὲν* (Alii: *-φισαν. Ὥςτε οἷς μὲν*).
,, l. 8. inf. *Ἔτ' ἂν*.
20. l. 8. sup. *ἄλογος*.
,, med. *μηδένα κῦψαι*.
21. l. 8. inf. (lege *μαρτυρία*) *μάρτυρα*.
22. l. 9. sup. *εὐδιαφορῷ*.
23. l. 12 s. sup. *ὡς εἰ δὲ ἡ ἑνὸς* (Al.: *ὡς ἦδε ἡ ἑνός*).
,, l. 9. inf. *μέν*.
25. l. 13. inf. *τοσούτων δεῖν ... ἐπιτρέπει*.
,, l. 11. inf. *παραλαμβάνειν*.
27. med. *σφοδρῶς*.
28. l. 7. inf. *χεομένου*.
29. l. 7. sup. *μελῳδοῦσαι*.
31. l. 4. sup. *Ὅτι*.
32. l. 16. et 14. inf. *ἐπισπασμένους* et *ἀντεπισπασμένην*.
,, l. 10. inf. *σκόπου*.
,, l. 5. inf. *ἐμφύλως*.
33. l. 2. sup. *σπλάγχνα*.
,, med. *δαρεσύλαις*.
34. l. 12. sup. *αὐτῶν*.
,, med. *παρῃνέκασιν*.
36. l. 7 s. sup. *νέᾳ παιδείᾳ*.
,, med. *ἄξιον*.
38. l. 4. sup. *Μωϋσῆς*.
,, l. 10. sup. *ἐγκυκλίους χορευούσῃ*. Cf. de sacrif. Abelis et Caini §. 5. extr.
,, l. 11. sup. *ἀσωμάτων*.
,, l. 14. inf. *οἴκου παρὰ οὐδ.*
39. l. 9. inf. *οἶκον*.
40. l. 8. sup. *χαριστά*.
,, l. 12. sup. *ὅσα δύναται*.
,, l. 13. sup. *ἱκανὸς ὁ*.
,, l. 7. inf. *τήν*.
,, l. 3 s. inf. *τῇ ὠφελήσει*.
,, l. 2 s. inf. *κορεσθὲν ἐξύβρισε*.

Pag.
41. lin. 3. sup. διαφορούσας.
„ l. 6. inf. ποταμός, ἐπισχνεῖται.
42. l. 9. sup. ἀκολούοντες.
„ l. 12. inf. ἐπαχμύρων.
43. l. 12. sup. ἔτι γὰρ ὁ (αἱ) δι'.
„ l. 11. inf. βίον.
44. l. 9. sup. διαιρέτῳ.
45. l. 5. inf. ἀπαξιοῖ.
„ l. 3 s. inf. καταλείσαντος.
46. l. 4 s. sup. ἀφιδρύμενα.
48. l. 1. sup. τὸν.
„ l. 4. inf. εἰλούμενος.
50. l. 9. inf. τιμὰς γονέων.
„ l. 8. inf. ἐχγεῖς cum *Richt.*; vulgo ἔχεις. *Mang.*: „Quidni ὀλέκεις?"
52. l. 4. sup. τιμῶν cum *Richt.*, vulgo τιμᾶς (sic). *Mang.* conj. θεοῦ τιμῆς s. θεὸν τιμῶν καὶ.
66. l. 3. inf. ἑκάστων.
75. l. 13. inf. τινα αὐτοῖς.
76. l. 13. inf. οὐδένα.
„ l. 7. inf. αὐτῶν.
83. l. 6. inf. ἐστιν ὃ] Al. ἐσθ' ἣν.
88. l. 7. sup. ἑκάτερον.
„ l. 10. sup. γεγονὼς.
92. l. 10. sup. κόλασις.
104. l. 4. sup. ὑγύγιος.
„ l. 9 s. ἐπίομεν . . . ἀνεζητοῦμεν.
120. l. 14. inf. δυνατὰ.
„ l. 9. inf. καλῶν.
132. l. 12. inf. αὐτῶν.
133. l. 13. inf. σύμβουλον.
„ l. 1. inf. γεν. τῷ Δὰν, ἢ.
141. l. 6. inf. πέπηγε.
144. l. 8. inf. εἰ.
147. l. 10. sup. προτροπὰς.
148. l. 3 s. εἶναι.
150. l. 7. sup. νεωτερισθέντες.
„ l. 9. inf. κινουμένη.
151. l. 9. sup. πλησίον.
152. l. 9. sup. εἴ τῳ.
175. l. 4. inf. γένοιτο.
176. l. 7. sup. θήρας.
179. l. 4. sup. ἀκάθαρτος.
180. l. 11. inf. ἀριθμοῦ.
181. lin. 2. inf. ἅγιον.
182. l. 2 s. inf. δυναμένων.
193. l. 4. sup. ὠφέλειαν.
194. l. 2. inf. οὐ γὰρ.
203. med. ἴσην.
211. l. 7. sup. καὶ θίασον.
212. l. 10. sup. νόμου.
„ l. 4. inf. αἰτίαν.
224. l. 8. inf. αὐτῷ.
228. l. 11. sup. πλησιάζων.
243. l. 3. sup. ἄφωνα.
247. l. 3. inf. ἀλλὰ ποικίλῳ.
249. l. 9. sup. μαρμάζει.
256. l. 9. sup. ἔνδεκα.
258. l. 11. inf. ὄνομα τῷ.
269. l. 3. inf. οὐ.
282. l. 13. inf. τροφὴν.
286. l. 4. sup. ἐνέργειαν.
303. l. 11. inf. ἀρχὰς.
315. l. 12. inf. ἀφῄρηται.
322. l. 12. sup. σπουδαζόντων.
323. l. 1. sup. κεχωρηκότα.
„ med. διάβ. καὶ τὴν.
334. l. 13. inf. ἐπ' ἀρετῆς.
335. l. 2. inf. ὅσαι.
344. l. 5. inf. εὔλογον.
354. l. 1. inf. ἐνεργείᾳ.
355. l. 7. sup. ἐκφέρεται.
361. l. 4. inf. τῶν ἐν τῶν ἀνθρώποις (etiam *Pfeiff.* et *Richt.*).
364. l. 9. sup. ἀποκρυψάμενος.

Tom. III.

Pag.
3. lin. 8. inf. ἀκοῆς.
20. l. 7. inf. ἀρετῆς.
28. l. 12. inf. ἀπαρχὰς.
„ l. 7. inf. δέοντος.
30. l. 11. inf. ἀδίδακτον.
32. l. 5. sup. ἄφατος.
45. l. 7. inf. λογισμοῦ.
62. l. 1. inf. τραχηλίζων ἢ τρ.
98. l. 5 s. sup. ἀποπειρωμένου.
108. l. 5. inf. τοὺς ἀνεπιπλήκτους.
130. med. ἑαυτοῦ.
132. l. 1. inf. τοιοῦτοι τρόποι (Al.: τοιοῦτον τρόπον).
167. l. 9. sup. ὠνητὴν.

Pag.

176. lin. 3. inf. *παντοίων*.
180. med. *ἀπολαβόντες*.
182. l. 11. inf. *ἀσκητικῆς*.
188. l. 8. inf. *κρεῖττον*.
189. l. 1. inf. *Πευστίον*.
196. l. 1. sup. *συμπεφορημένων*.
„ l. 7. inf. *ἀστεῖον*.
205. l. 5. inf. *ἄχαρις*.
213. l. 9. inf. *χειρῶν*.
„ l. 5. inf. *φυσιολογίας*.
215. l. 9. sup. *πεντάδα*.
„ med. *κεχορευκότες*.
220. l. 11. inf. *θεοῦ*.
221. l. 2. inf. *αὐτομαθῶν*.
228. l. 4. inf. *σύνεσιν*.
230. l. 5. inf. *δρυμοὺς*.
233. l. 6. sup. *νοῦς αὐτῷ*.
240. l. 1. inf. *εἰπέ* (vitium typ. etiam apud *Pfeiff.* et *Richt.*).
252. l. 10. sup. post *ἐπεξεργ.* add. *ἤ*.
254. l. 7. sup. *ὁ ἔφεδρος ἀσκητὴς ὁ ὀρθὸς κτλ.*
257. med. *οἷς*.
258. l. 4. sup. *ἔφθασεν* (*ἔφθακεν* cum *Richt.*).
259. med. *μέσων*.
„ l. 9 s. inf. *καὶ δονούμενος*.
260. l. 7. inf. *ὄμμασιν*.
262. l. 2. inf. *πατρῴων*.
264. l. 3. inf. *πολίτας*.
272. med. *ὅν*.
273. l. 5 s. inf. *Βούλεται δὲ καὶ ποικίλια* (sic), *οὐ πολυμύρφῳ καὶ ποικίλῳ καὶ πολυτρόπῳ, λέπρας κτλ.* (*Richt.*: … *ποικίλα*, †*ποικιλίᾳ*† *οὐ πολυμόρφῳ καὶ* [*ποικίλῳ καὶ*] *πολυτρόπῳ, λεπρ. κτλ.*).
274. l. 2. sup. *ποικίλην*.
278. med. *ψυχὴν … αὐτῇ*.
286. l. 10. inf. *Ἡ παντί*.
287. l. 11. sup. *διὰ*.
„ l. 9. inf. *ἔθνεσιν*.
„ l. 2 s. inf. *γαλακτιζόμενον*.
288. l. 3. inf. *κεκρυμμένης*.
294. l. 7. sup. *αὐτῆς*.
296. l. 11. sup. *κλιντῆρας*.
299. l. 14. inf. *ἱερουργίαν*.
„ l. 12. inf. *εὐχάριστον*.
299. lin. 3. inf. *χαίρουσι*.
301. med. *πνεῖν*.
„ l. 5. inf. *ἑτέρων*.
„ l. 3. inf. *ἐπ᾽ ὤμῳ*.
302. l. 4. sup. *ἐπὶ*.
307. l. 7. sup. *πραγμάτων*.
309. l. 3. sup. *οὐκ*.
„ l. 9. inf. *ἀγεωδέστατα καὶ φρικωδέστατα*.
„ l. 7. inf. *ἠνάγκ. αὐτῷ*.
310. med. *ἐγείροντες*.
„ l. 3. inf. *Ὕπερθεν ἔτ᾽*.
312. med. *κρατεῖν*.
313. l. 10 s. inf. *αὐτῷ*.
314. l. 4. sup. *κατασκάπτειν*.
316. l. 10. sup. *φροντισταῖς*.
318. l. 11. inf. *χαριζομένων*.
319. l. 13. sup. post *ἀπημφιασμέναι* add. *οἷα* (*Richt.* [*οἷα*]).
„ l. 1. inf. *ἕτοιμον*.
320. med. *αὐτή· καὶ ἀνάλωμα*.
„ l. 8. inf. *λεγομένων*.
322. l. 9. sup. *ἁλώμενος*.
„ l. 10. sup. omitt. *τὸ*.
„ l. 11. inf. *γένος*.
„ l. 4. inf. *ὁ λόγος*.
323. med. *αὐτῆς*.
324. med. *ἐσχάτας*.
326. l. 10. inf. *κακὸν*.
330. l. 1. inf. *οἴεται*.
334. l. 11. sup. *συνῴκισται*.
335. l. 4. sup. *ὀξυδορκοῦσι*.
„ l. 6. inf. *εἰρήνης*.
338. l. 7. sup. *φασί*.
„ l. 14. inf. *μετουσίᾳ* (etiam *Pfeiff.* et *Richt.*).
„ l. 6. inf. *φορὰ*.
340. l. 4. sup. *πληρῶσαι*.
„ l. 5. sup. *βάθρων*.
„ l. 9. inf. *ἐπιθέμενος*.
342. l. 3. inf. *κακῶς*.
343. med. *κόσμους*.
„ l. 12. inf. *ὡς*.

Tom. IV.

Pag.

8. med. *ταῖς … ὁμιλίαις*.
14. med. *πανοικεί, ὅν*.

Pag.

14. lin. 5. inf. *περὶ αὐτὰ.*
15. l. 11. inf. *πραγμάτων.*
,, l. 10. inf. *αὐτῷ.*
25. l. 10. sup. pro *πικρῶς* *Richt.* *τιτρώσκει.*
26. l. 13. inf. *Richt.*: *γένεσιν εἰς νέωτα, τὸ βεβαιωθησόμενον ὑποσχ.*
29. l. 14. inf. post *μᾶλλον* add. *Richt.* *δὲ καὶ.*
37. med. *δέος.*
42. l. 2 s. sup. *ἐξευμαριζόντων.*
,, l. 1. inf. *ἐπαινετῇ* (etiam *Pfeiff.* et *Richt.*).
52. med. *ἐντελὲς.*
69. l. 6. sup. *προξένων.*
71. l. 9. sup. Al. *τῷ νεανίσκῳ.*
,, l. 8. inf. *δὲ.*
80. l. 9. sup. Alii: *Καὶ ὥςπερ οἱ.*
85. l. 11 s. *ἀποσκεδάσει.*
89. med. *καὶ.*
106. l. 2. sup. *ἐπιστρέφεται.*
109. l. 5. sup. *οἱ τὸ μὲν* (Al. *Ἢ τὸ μ.*).
112. l. 1. sup. *ἀβούλως.*
114. l. 6. inf. *τρυφὴν.*
115. med. *ἀναφέροντες ... δυςχεράναντες.*
119. l. 1. sup. *τε ... ἃς.*
121. l. 4. inf. *ἀξίοις.*
127. l. 14 s. inf. *ἐχούσης.*
,, l. 6. inf. *ἐπίπληξις.*
132. l. 11. sup. *ᾔδεισαν.*
133. l. 7. inf. *αὐθαίρετον* (Alii: *ἀνθαίρετον*).
136. l. 13. inf. *χαρᾶς.*
140. l. 11. inf. *ἀληθείας.*
142. l. 10. sup. *ἀσέβειαν.*
151. l. 4. inf. *ὡς ἂν οἷόν τε ᾖ.*
157. l. 3. inf. *ἰσότης.*
,, l. 2. inf. *στοιχεῖα ὅσα* (vulg. *στοιχείων ὅσα*).
166. l. 4. sup. vulgo: *ἀνώφυτον.*
171. l. 7. inf. *ψυχρὸν, αἱ δὲ θερμὸν ὑδάτων* (vulgo *ψυχρῶν ... θερμῶν ὑδάτων*).
173. l. 9. sup. *τηνικαῦτα*] vulgo *ἡνίκα.*
180. lin. 8. sup. vulgo: *τῆς ὁμοχώρου X.*
199. l. 8. inf. *πάντως.*
207. l. 11 s. inf. vulgo: *προτεθέντα.*
209. l. 9. inf. *τότε.*
213. l. 5. sup. *μόνον.*
233. med. *ἐναγῶς ἀχθῆναι (ἵνα προςαχθ.* ex coniectura).
239. l. 8. inf. vulgo: *οἰκειοτέρων.*
244. l. 14. inf. vulgo: *ἱερατικοῦ.*
251. l. 14. sup. vulgo: *ἀτύχημα ἐν ἀτυχήματος.*
252. l. 8. sup. *ἐκπρόθεσμόν.*
254. l. 7. sup. vulgo omitt. *εἰς* (*Richt.*: *ἀστέρες γενόμενοι χοροί?*).
255. l. 7. sup. vulgo: *παρατιθέμενον.*
259. l. 1. inf. *Ἀεὶ.*
262. l. 8. sup. *ἐκλείπων.*
,, l. 9. sup. *περιλαμβάνεται.*
264. l. 5. sup. *μανθάνοντες.*
,, l. 10. sup. *ἀπολλυμένους.*
269. l. 2. sup. Al. *Ἰσολυμπίους ἀπένειμαν.*
,, l. 9. sup. Al. *ἄλλα πάντα φορὰς.*
270. l. 2. inf. post *ζῆν* add. *καὶ.*
273. l. 1. sup. Al. *ὁρατοῖς.*
,, l. 5. inf. *οὐκ ἄνευ.*
274. l. 7. inf. *ἡρμοσμένων.*
,, l. 6. inf. (lege *συνεστηκυῖαν*) *συνεστηκότος.*
279. l. 15. sup. Al. *μοιχειῶν.*
280. l. 8. sup. *μυθογράφοις.*
285. l. 11. inf. Al. *τῶν ἀνημέρων τὰ.*
290. l. 5. inf. *ἑξάμετρον.*
299. l. 9. sup. *κατηγ.*] Al. *καταστρατηγοῦσι.*
300. l. 5. sup. *τυχεῖν*] Al. *λαβεῖν.*
,, l. 11. inf. *ἐπουρίσαντα.*
301. l. 8. sup. *γίνεται.*
304. l. 11. sup. Al. post *πειθαρχίαν* add. *ἡγεμόνων.*
,, l. 15. sup. Al. *ἠπιότητας κ. πραότητας.*
,, l. 14 s. inf. *περαιοῦται.*
,, l. 5. inf. *ἐπαντλοῦντας.*

Pag.

307. lin. 7 s. inf. om. καὶ φιλοσοφ. (Al. πολυανθρ. καὶ πολυσοφώτατον εἶναι δοκεῖ).
308. l. 7. sup. τυχόντος, ἥτις.
310. l. 7. inf. δὲ.
311. l. 11. ὡρισμένων.
,, med. παρόντος.
313. l. 5 s. Al. ἀφικνούμενοι καθ. . . . προσευξόμενοι ἔρχονται καὶ κτλ.
,, med. χρῆσθαι.
314. l. 3. sup. ἐξετύφωσαν.
,, l. 5. sup. Al. post τοῦ add. μή.
,, med. ταύτην.
319. l. 4. sup. ἰδιοποιοῦσι.
323. l. 1. inf. ἐξῆς] Al. ἐξ ἱερῶν.
326. med. omitt. εἰ.
327. l. 2. sup. τοῦ.
342. l. 2. λόγοις.
,, med. Al. Τὴν . . . καθιέρωσιν.
345. l. 5. sup. τρόπον.
,, med. Τῷ γάρ.
350. l. 6. sup. αὐγάζειν.
352. l. 15. inf. καλεῖ] Al. ποιεῖ.
,, l. 14 s. ἐπικοσμεῖ] ἐπιδιώκει.
353. med. ψυχῆς.
356. l. 14. inf. εὐχαριστεῖ (Al. εὐχαριστήσεις).
357. med. δύναται.
359. l. 3. inf. προκρίνοντας.
361. l. 9. inf. προνοίας.
364. l. 6. inf. τούτους.
367. med. ἤρξατο.
376. l. 12. inf. διαφέρειν.
377. l. 7. inf. τὰς ἱεράς.
379. l. 5. sup. εἴ τι.
380. l. 6. sup. ἀνενεχθεὶς (-χθὲν vulgo).
383. l. 7 s. inf. ἰδίοις τοῖς . . . ἐπιβουλευόμενος.
384. l. 1. sup. ἐργάζεσθαι.
385. l. 12. inf ἀληθῆ.
386. l. 10. sup. οὐσίας.
,, l. 6. inf. δέ.
387. l. 10 s. ἀνοσιοῦσθαι.
388. l. 8. sup. στενοποιοῦσι.
389. l. 9. sup. ἐπαληθεύειν.
389. lin. 11. sup. ὀνομάσαντες θαυμασιώτατα· ἡ ἀκοή.
,, l. 7. inf. ταύτην.

Tom. V.

Pag.

5. lin. 4. sup. τεχνιτευμένη.
10. l. 4. sup. τὸ στοιχεῖον.
12. l. 7. sup. τῷ.
14. l. 1. inf. εὔμοιρον λέγειν] Al. εὐμοιρῆσαι.
15. l. 4. inf. εἰς.
16. l. 13. inf. διάφθορον.
,, l. 5. inf. τῶν τόπων.
17. l. 6. sup. Al. διανοίας . . . φυλαττούσης.
19. l. 7. sup. διττῶν κακῶν.
21. l. 2. sup. αὐτοῖς.
,, med. νεομηνίαν.
22. l. 12. sup. ἀντιδικεῖν.
,, l. 13. sup. καὶ vulgo ponitur post ἀντρεπόμενοι.
,, l. 6 s. inf. χρηστοὺς . . . πολίτας (lege in nostra ed. πολλεαι) γενομένους.
23. l. 7. sup. ἐπί.
,, med. ἐβουλεύθη.
24. l. 4 s. sup. παιδοσκορῶν.
28. l. 4 s. sup. πραττομένοις.
29. l. 5. sup. ἄροτρον.
30. l. 11. inf. πονηρόν.
35. l. 11. sup. ὑπέρ.
37. l. 7 s. sup. ἀπόρων.
38. l. 8. sup. ἀπηνής.
39. l. 7. inf. ἐπηλύται.
42. l. 2. sup. ἀλληγορίαν.
44. l. 8. sup. προσαγορεύεται.
,, l. 10. inf. ὑποβεβιωκότων.
45. l. 3. sup. προϊεστέος.
,, med. παραφανής.
47. l. 3. inf. τοι.
48. l. 10. inf. δεκάτου.
49. l. 5. inf. βαθείαις.
50. l. 4. sup. ἀδιαστίκτοις.
,, l. 6. sup. ἐκείνην.
61. l. 5. inf. σκηνῶν ἐκκαυθ. καίτοι καρατ.
63. l. 3. inf. αὕτη φρόν. αὐτῇ.

Pag.
68. lin. 5. inf. χηρευουσῶν.
69. l. 15. inf. πατέρων] Al. πατρώων.
72. l. 5. inf. καὶ ἑνοῦντ.] Al. φύσει καὶ.
74. l. 6. sup. πνευματικούς.
75. med. ἠσκημένοις.
78. med. ἀηδεστάτας.
80. med. ἐφαρμόζεσθαι.
81. l. 4. sup. ἀρετῶσαν.
82. l. 9. inf. πηγάς.
85. med. ὁ.
87. l. 13. inf. post ἄντικρυς add. καὶ.
88. l. 6s. sup. περιῤῥανόμενοι.
90. l. 14. inf. καὶ.
92. l. 5. inf. Al. εἰς πάτον περιῆλθεν.
94. l. 7. inf. καὶ.
95. l. 5. sup. παρεχόμενα.
99. l. 12. inf. ἀκουσίων.
105. l. 3. inf. στοιχεῖον.
107. l. 5. sup. post διεμίσ. add. καὶ.
112. l. 7. sup. καταψηφίσασθαί.
114. l. 8. sup. post ἐπιβεβ. add. αὐτῷ.
115. l. 4. sup. μὲν εἰσι.
„ l. 6. sup. μείζονα.
119. l. 6. sup. ante παρανομ. add. γεγράφθω.
„ l. 3. inf. ἐπιτηδεύοντας.
120. med. διακωλύει τις,.
„ l. 6s. inf. μὲν ... δὲ.
122. l. 2. inf. ἀνδράποδα καπήλοις.
123. med. ἀλλοφύλους.
„ 14s. inf. καὶ τὰ μείζονα περὶ γραφήν.
125. l. 8. sup. πιστεύουσα.
„ l. 5. inf. συμβολέων.
126. l. 3. sup. λάβῃ.
„ l. 8. sup. ἐπιτρέψοντα.
„ l. 10. inf. προσίτω.
127. l. 3. sup. παρακαταθήκην.
128. l. 2. inf. ἢ συναίν. (etiam Richt.).
129. l. 6. sup. Ἔνια.
„ l. 10. sup. φοράν.
„ l. 12. sup. τούτους.

129. lin. 15. inf. ἀγένητα.
„ l. 14s. inf. ἐπὶ μὲν τε τῇ μ. ... τέμνουσι.
130. l. 8. inf. ἐνθουσιώσεις.
138. l. 10s. sup. ἀποτείνειν ... ἀπελαύνειν.
„ l. 13. sup. νῶτα ἄλλα (etiam Richt.).
„ l. 14. sup. ἠρεμοῦσαν.
„ l. 15s. sup. τῆς ψυχῆς.
„ l. 17. sup. κατακερτομῶν.
139. med. συνείρουσα.
140. l. 1. sup. ὑπεσύρει.
„ l. 12. inf. ἀσθενεστέρους.
141. l. 2. sup. ante κακοὺς add. καὶ.
„ l. 11. sup. ἀεὶ τοῦ νόμου.
„ l. 13. sup. τήν.
„ l. 15. inf. νόμου.
„ l. 14. inf. ὠφελεῖται ... αὐτῷ.
„ l. 12. inf. τῇ.
„ l. 8. inf. τροποῖς.
143. l. 5. sup. ἐργάσηται.
„ l. 11. inf. ἐπίληπτον.
144. l. 4s. sup. ἡμέραις ἀναδιδῶσι γῇ.
145. l. 9. inf. ἀκαταλαβεῖν.
146. l. 2. inf. μηδενός.
148. l. 13s. inf. Μέμψαιτο δ' ἄν τις.
„ l. 8. inf. πρῶνας.
149. l. 3. sup. κενάς.
150. l. 10. inf. εἰ (ἐν ex coniect.).
151. l. 9. inf. ἀσύγκριτον.
152. l. 5. sup. συνέχῃ.
„ l. 4. inf. ἤ.
„ l. 1. inf. παραληφθῆναι.
153. l. 10. sup. χαράττοντα.
„ med. μηδενός.
154. l. 2. sup. ἐποχευέτω.
„ med. προςθέντας φίλων.
158. l. 12. inf. κλήρου] Al. καιροῦ.
161. l. 9. inf. ἡγεμονίδα.
162. l. 7. inf. ποιούμενος (πονούμ. Richt.).
169. l. 9. inf. Al. ἡγεμόνα.
177. med. τέτακται.
181. l. 2. sup. πολυτελής.
189. l. 9. sup. ἠρέμουν.

Pag.
197. lin. 9. sup. ὀστίου.
201. l. 5. inf. τιθηνίας.
203. l. 8. inf. Al. omitt. πλεονεξ. καί.
205. l. 6. sup. Al. omitt. ὅτι — Αἰγύπτω.
208. l. 1. inf. πρὸς τὸν.
209. l. 12 s. sup. γοῦν σπανιώτατον πρ.
213. med. ἀσκήσαντες.
215. l. 3. sup. ἐπειδή.
„ l. 3. sup. post τοῖς add. γῆν.
217. l. 12. sup. ἄληπτον (ἄληκτον ex coniect.).
„ med. ἔγγονα.
220. med. δύναμις.
223. l. 14. sup. post πολυαρχ. add. σέβειν.
227. l. 8. inf. ὑπονείδιστον.
228. l. 7. sup. ἐφ'.
249 s. l. 1. inf. πλαζομένου.
250. med. τούς.
251. l. 2. inf. εὐδοκίας.
252. med. ὁμοίους.
264. l. 8. sup. δυςμενείας.
265. l. 4. sup. παρέχει.
268. l. 14. sup. Al. θεὸς τὰς ἀρετάς.
275. l. 13. inf. γν. ἁγίους.
289. l. 11. sup. τῆς.
298. l. 2. sup. προονομασθ.
330. l. 2. sup. ἐνεργόμενοι.

Tom. VI.

Pag.
2. lin. 6. sup. αὐτοειδῶς.
9. l. 9. sup. ὁράσεως.
14. l. 8 s. sup. εἶναι πεπηγέναι. Τὸ γάρ.
26. l. 13 s. inf. Al. ἅμμα γὰρ τροφῆς.
28. med. Φέρει.
31. l. 1 s. sup. δυνάμεων.
32. l. 8. inf. τίθησι.
34. med. βαρέα ἐν γῇ, καὶ ὕδωρ.
40. l. 12 s. inf. πολυπραγμονεῖται.
44. l. 10. inf. Al. Οἷς γὰρ ἰσχὺς ἐστιν οὐδαμῶς τῶν.
48. lin. 4 s. ἀπειγνώκει] Al. ἀναπεπτώκει.
55. med. ἀφιέντων.
„ l. 2 s. inf. Al. Τιμὴν τῶν φιλαπεχθ. (omitt. ὁρμὴν ἐφ. καὶ) μετὰ κτλ.
59. l. 9. sup. ἐξουσιῶν (etiam *Richt.*).
62. l. 7. sup. τολμᾶν.
„ l. 11. sup. Οὐδένα.
67. l. 7. sup. ὑπέμειναν.
68. l. 8. inf. Al. τοῦτο γάρ.
75. l. 1. sup. Al. φωνομαζεῖν.
78. l. 5. sup. Al. om. καὶ ὀνειδιζόμενος.
86. l. 4 s. inf. ἀφανοῦς.
88. l. 9. inf. προβόσκημα.
„ l. 1. inf. Παρθένην.
92. l. 9 s. inf. συγκληρονόμων καὶ κοινωνῶν δικαίω.
110. l. 1. inf. συγγενές.
112. l. 1. inf. σοφούς.
133. l. 11. sup. ἤδη.
142. l. 9. sup. αὐτῷ.
144. l. 12. inf. lege ἧττον.
153. l. 6. inf. ἐπέστειλε.
165. l. 9 s. sup. Al. κλωσμός.
„ med. τοσοῦτον.
168. med. λούσης (alia coniect. λούσῃ).
„ l. 3. inf. ἀμηχανοῦνται.
169. l. 9. inf. εἰ.
„ l. 8. inf. μηδὲν.
„ l. 6 s. inf. τὸν πλήρη.
170. med. Οὔπω . . . ἐκρατεῖτο.
171. l. 1 s. sup. οὔσαις.
„ med. φθοράν.
173. l. 9. inf. τύπωσιν.
176. l. 3. sup. διοικούσας.
„ l. 5. sup. εὐγενῆ.
177. l. 5. inf. πρὸς ἀκαμάτων.
„ l. 4. inf. ἀναλέγουσαν.
178. med. ἐκείνω.
179. med. ῥοπῇ.
180. l. 8. sup. οἴεται.
181. med. μὲν . . . ἀκολουθίαν . . . Ἑτέρω.
„ l. 5. inf. ἀνωφύτου.
„ l. 3. inf. ὤν.

Pag.

181. lin. 1. inf. *βίαιός.*

182. l. 9. inf. *παρὰ.*

183. l. 6. inf. *μέρη.*

185. l. 2. inf. *τῆς φθορᾶς.*

186. l. 10. sup. *ἐξαιρέτους.*

„ l. 6. inf. *ὡς.*

187. l. 6 s. sup. *ἀναλυθέντος.*

189. l. 8. *Προςτιθέναι.*

190. l. 2. sup. *βαρέα ἐν γῇ, καὶ.*

„ l. 9. sup. *δυναμένων ἀναλογίαις.*

191. l. 7. sup. *κλάπτουσα.*

192. med. *εὐπρεπείαις.*

193. l. 8. sup. Al. omitt. *τινος.*

194. l. 13. inf. *μηδ' εἴ τινες.*

196. med. *ἐμπρησμοῖς.*

201. l. 1. inf. *δοκεῖ.*

202. l. 4. inf. *ῥῆμα, ἐπαναθήσει. Εἰπόντα δὲ πάντ.*

204. med. *οὐ.*

205. l. 10. inf. *ἐξεργάσασθαι.*

206. l. 13. sup. *ἀκηκοότι.*

211. l. 8 s. sup. *δεῖν.*

„ med. *ἐπιφανέντα.*

„ l. 1. inf. *φθορᾶς.*

213. l. 13. sup. *ἰάσ.] ἄξαντες.*

221. l. 13. sup. *Τὰς μετὰ π.*

224. l. 11 s. sup. *ὕστρ.] βοστρύχους.*

Pag.

224. lin. 7. inf. *ἐνύδρυται.*

226. l. 5. inf. *πάντας.*

236. l. 12. sup. *καταλύσει* e le Quien additum.

237. l. 9. inf. *προίεσθαι.*

„ l. 1. inf. *ἀπειςρέοντα.*

240. l. 11. inf. *ὁδόν.*

247. l. 11. inf. *κρείττονές.*

„ l. 6. inf. *οἰκοῦντος.*

„ l. 5 s. inf. *καλοκἀγάθων.*

248. med. *ποιήσομεν.*

250. l. 2. inf. *οὐ κεκόλληται.*

251. l. 2. sup. *ὄψει.*

„ med. *πονούντων.*

„ l. 3. inf. *ὃν.*

252. l. 6. inf. *τῆς.*

„ l. 2. inf. *ἀκοιμήτους.*

253. l. 3. inf. *ἅπαντα.*

257. med. *νευροσπαστῶς.*

258. med. *ἐπαρχόμενον.*

259. l. 1. sup. *τοῦτο.*

266. l. 1. inf. *μή.*

267. l. 1. sup. *καθέλκον.*

„ l. 6. sup. *φαύλοις.*

272. med. *προςιτέον ... πιστευόμενον.*

273. l. 10 s. inf. *ἀναστήσαντες.*

„ l. 1. inf. *ἀντιπεσεῖται.*



2. INDEX

lectionum libri de mundi opificio a *Muellero* editi*) a textu Mangeyano discrepantium.

Pag.**)

1. Inscr. *Μωσέως* (ut nos quoque in libris inferioribus pro Philonis etymologia verbi scripsimus).
2. lin. 11. sup. *γενητοῦ*] *θνητοῦ*.
,, l. 14. sup. om. *οὐδὲ πολλά*.
,, l. 13 s. inf. *τυποθεῖσα*.
,, l. 9. inf. *παραδηλωθήσεται*.
,, l. 8. inf. *ἀπραξ. ἐναργῶς*.
3. l. 5. sup. *παθητόν*.
,, l. 11 s. sup. *ἔργον. Τὸν δὲ κόσμον οἱ φάσκ.*
,, l. 15. sup. *αἱρεῖ*] *ἱστορεῖ*.
4. l. 7. sup. om. *τοῦ*.
,, l. 11. inf. *δύναμις ἐξ. Δεῖ γάρ*.
,, l. 5. inf. *Ἑκάστη ... ἐνὶ*] *ἔνια*.
5. l. 11. sup. om. *τοῦτον*.
,, l. 14. inf. om. *τις*.
,, l. 10 s. inf. om. *εὐκρασίαν καί*.
,, l. 5. inf. om. *καὶ* post *δημοσ*.
,, l. 4. inf. om. *τινι*.
,, l. 3. inf. *ἑκάστων*.
6. l. 2. sup. add. *εὐκρασίαν* post *κατασκ*.
,, l. 6 s. sup. *ἀποτελεῖ*.
,, l. 10. sup. om. *τήν*.
,, l. 13. inf. om. *τυγχάνει*.
7. l. 7. sup. *ἐπιλαβεῖν*.
,, l. 13. inf. *ἤδη τὴν νοητὴν πόλιν κτίζειν δ*.

Pag.

7. lin. 12. inf. *Μωσ. γάρ ἐστι τὸ δόγμα*.
8. l. 1. sup. om. *τὴν* secundum.
,, l. 7. sup. om. *καὶ* et *τοῦ*.
,, l. 15. sup. *θεῶν ἀφανῶν*.
,, l. 7. inf. *ἐφήμισε*.
9. l. 9. sup. add. *καὶ θεοῦ λόγον* post *λόγον*.
,, l. 12. sup. pro *ἀστήρ* coniicit *αἰθήρ*.
,, l. 8. inf. om. *τὸ* secundum.
10. l. 8 s. sup. om. *διέζευξαν καί*.
,, l. 12. sup. om. *τῷ*.
,, l. 8. inf. *ἢ λέγεται οὔτ*.
,, l. 2. inf. *ἐτελειογονεῖτο*.
11. l. 8. sup. om. *ἦν ἤδη*.
,, l. 14. inf. om. *τε ἅμα*.
,, l. 13. inf. *ἀναδ. κ. συμπεχυμένων*.
,, l. 1. inf. *ἐπλημμύρει*.
12. l. 1. sup. om. *καί*.
,, l. 13. sup. om. *τῶν* prim.
,, l. 6 s. inf. om. *ἐν ἑαυτῷ*.
,, l. 1. inf. om. *ἄν*.
13. l. 3. sup. om. *πνεῖ κατὰ μικρόν*.
,, l. 12. inf. *ἀμυθήτων*.
,, l. 9 s. inf. om. *μὲν* et *δέ*.
,, l. 2. inf. *καρπῶν ... περιέχοντος*.

---

*) „Des Iuden Philo Buch von der Weltschöpfung. Herausgegeben und erklärt von I. G. Müller, der Theol. Doctor und ord. Prof. in Basel.“ Berlin 1841. Caeterum confer notam *** supra pag. 283. Minoris momenti varietas, ut verborum transpositiones sensum non mutantes, in hoc indice praetermissa est.

**) Paginae sunt Tomi I. nostrae editionis.

Pag.

14. lin. 13. sup. om. καί.
,, l. 3. inf. ἐνειλημμένος.
15. l. 4. sup. παντελοῦς.
,, l. 7. sup. Εἰ οὖν.
,, l. 13 s. inf. om. τετραπλ. – διὰ πασῶν.
,, l. 12 s. inf. παραλαβοῦσα.
,, l. 11. inf. om. γοῦν.
,, l. 1. inf. διότι – συνίστ. om.
16. l. 10. sup. προςτιθέντες.
,, l. 13. sup. σχήματι . . . στερεόν.
,, l. 10. inf. συντιθέμενος.
,, l. 8. inf. om. ἤ.
17. l. 11. sup. om. ὄντα.
,, l. 14. sup. om. γέγονεν.
,, l. 14. inf. ἄνω πεμφθεῖσα.
,, l. 1. inf. συζητήσεως.
18. l. 11. sup. om. νυκτῶν.
,, l. 2. inf. om. ἐπιφ. καὶ τὰς.
19. l. 6. sup. δύο. καὶ ἐκλ.
,, l. 12. sup. χειμαίνοντος.
20. l. 10. inf. χυλοὺς.
,, l. 9. inf. θερμὰ καί.
,, l. 6. inf. διαφερόντων.
21. l. 5. sup. φθορὰν . . . om. τε.
,, l. 14 s. inf. τὸ προςταχθὲν αὐτίκα (om. ποιεῖ καὶ εὐθὺς) ἀνίησι.
,, l. 8. inf. Ψυχῆς.
,, l. 2. inf. πρώτους.
22. l. 1. sup. πρ. αὐτήν.
,, l. 4. sup. φ. φθείροιντο.
,, l. 6. sup. om. τρανοτέρας.
,, l. 8. sup. ψυχῇ.
23. l. 4. sup. om. ζῶα.
,, l. 12. sup. om. θεοῦ.
,, l. 15. sup. χαρακτῆρι.
,, l. 5 s. inf. om. τε et sq. καί.
24. l. 1. sup. χορείας.
,, l. 2. inf. ὑφ' ἑαυτοῦ.
25. l. 5. sup. om. καί secundum.
,, l. 7. sup. om. αὗται.
,, l. 10 s. sup. νοῦς αὐτὸς ἐκ., ὅλος δι' ὅλου.
,, l. 15. sup. φάναι] φράσαι.
,, l. 7. inf. ἐμφαίνει.
,, l. 4. inf. om. ὁ prim.
,, l. 2 s. inf. αἱ . . . ἐνέργειαι.

Pag.

26. lin. 11. sup. ἐμβαθύναντες.
27. l. 12 s. sup. γραψάμενοι.
,, l. 13. sup. om. τὰς εἰκόνας.
,, l. 16. sup. γεγενῆσθαι] εἶναι.
,, l. 9. inf. Τοῦτο.
,, l. 8. inf. ψυχήν.
,, l. 2 s. inf. Νυνὶ μὲν γὰρ πάντα ὅσα.
28. l. 4. sup. om. εἰς κόλ. τὰ τῶν.
,, l. 4 s. sup. ἀναγκαῖον δυςπόριστον.
,, l. 13. sup. ἀνέστρεψε.
,, l. 14. inf. φάναι] φράσαι.
,, l. 5. inf. παραγ.] παρελθεῖν.
29. l. 7. sup. ἔναντι.
,, l. 11. sup. αἰτίας· ἀναγκαίως ἔδει.
30. l. 2. sup. κάμοι στηρίζεσθαι.
,, l. 8. sup. δεσπότην.
,, l. 9. sup. Τεῦροι μέν.
,, l. 6. inf. ὀξύνει] ἐξανύει.
31. l. 2. sup. ὑστερίζονται.
,, l. 4. sup. εἰλημμένοι.
,, l. 7. inf. γνήσιον.
32. l. 14. sup. ἑτέραν] στερεὰν.
,, l. 9. inf. om. ἐπ' αὐτόν.
,, l. 2. inf. πλευρόν.
33. l. 12. inf. τὸν ἐναρμονίας λ.
,, l. 9. inf. θεωρίαν.
,, l. 8. inf. ἐναρμονίαν.
,, l. 2. inf. om. τρίγωνον.
34. l. 4. sup. ἢ] καὶ . . . γίνεται ἐτ.
,, l. 6. sup. ἀλλ' ὀρθογ. ἐν] ἀλλὰ καὶ ἐν.
,, l. 2. inf. τοῖν ἀμφοῖν] τὴν αὐτὴν ex coniect.
35. l. 6. inf. om. γάρ.
36. l. 2. sup. τῶν κυρ. τοῖς εἰωθόσιν ὀνόμασι χρωμένων καὶ τελ.
,, l. 5. sup. τέτρασι.
,, l. 8. sup. om. ἄν.
,, l. 11. inf. om. ἀνθρώπων.
37. l. 10. sup. τις ἐν] ἑνί.
,, l. 13. sup. ἐξοπίσω.
,, l. 14. inf. ἀμφότερα.
,, l. 13. inf. ἔτι μὲν δύναται.
,, l. 12. inf. σώμ. κτλ.] γλῶσσά τε καὶ σοφίη.

Pag.
37. lin. 11. inf. τῇ δεκατῇ δ' εἴ τις τελέως κατὰ μέτρον ἵκοιτο.
„ l. 1 s. inf. ἑκφ., ἑπτά, δὶς ἑπτά·
38. l. 6. sup. Λέγ. δὲ πρὸς ἰδίαν σύστασιν.
„ l. 10. inf. δ] ἤ.
39. l. 7. sup. om. τοῦ μέσου.
„ l. 13 s. sup. ὑπερέχεται.
„ l. 11. et 9. inf. τρίτον.
„ l. 5 s. inf. προσμορήσθω.
40. l. 7 s. sup. τὸ μὲν . . . τὸ δέ.
„ l. 13. inf. χρωμένων. Εὑρεῖν γάρ.
„ l. 12. inf. κόλποι θ. ὑποσυρείσης.
„ l. 11. inf. εἴρεισι] ἴησι.
41. l. 8. inf. om. τά.
„ l. 7. inf. ὁ] τό.
42. l. 13. sup. αὐλαῖς.
„ l. 13. inf. λόγου δὲ ἐξίασιν ἀθ.
43. l. 1 s. inf. ἀποτελεῖν.
44. l. 5. sup. τοῖς πράγμασιν ex coniect.
„ l. 14. inf. φύσει τῆς.
„ l. 8. inf. ἐχάραξε.
„ l. 2. inf. add. καὶ ante μετρ.
45. l. 11. inf. μὴ] τά.
„ l. 9. inf. συμπάντων.
46. l. 6. sup. λόγον] μεγέθη.
„ l. 9. sup. διά τε.
„ l. 10 s. sup. ἐνούσης.
„ l. 11 s. sup. ὑγρότ.] νοτίδος.
„ l. 12 s. sup. πολυσχιδῶν ἐπιφ. ἂν διελέλυτο.
„ l. 15. sup. om. prim. καί.
„ l. 12. inf. om. τοῦτο.
„ l. 7. inf. καταμηνιαίων.
„ l. 3 s. inf. τῶν γεννησομένων.
47. l. 3. sup. τὸ ποιητικὸν γ.
„ l. 9. inf. θῆλυ.
48. l. 2. sup. εἰ καὶ θνητόν ἐστι κ.
„ l. 14. sup. ὁ γὰρ ἐν ἀληθ.
49. l. 4. sup. προσανέπλαττε.
„ l. 13. inf. om. τῶν.
„ l. 8. inf. om. αἰσθητῷ.
„ l. 4. inf. om. οὖν.
50. l. 7 s. sup. om. τῶν κατὰ — λαμβανόντων.
„ l. 10. sup. τὰ μιμητά.

Pag.
50. lin. 14. sup. βιαιότατα.
„ l. 12. inf. ἐπηρτημένοι.
51. l. 3. sup. ἀπολέμῳ.
„ l. 6. sup. εὔνομος.
„ l. 11. sup. Ταύτης τῆς π.
„ l. 7. inf. om. ὡς.
52. l. 4. sup. μετέχοντας.
„ l. 8. inf. ἐξῆρται.
53. l. 12. inf. προσέτι] πρὸς ἐπίδειξιν.
„ l. 11. inf. ἀπαυτοματίσῃ.
„ l. 2 s. inf. om. ὡς . . . : φθάνων.
54. l. 10 s. sup. ἡρμένισε.
55. l. 3. sup. ἀνήμ.] οὐχ ὅμοιον.
„ l. 8. sup. τούτων ὁμ.
„ l. 15. sup. om. τῶν.
„ l. 11. inf. οὖν] δέ.
„ l. 7. inf. κατὰ τὸ εἰκός.
56. l. 4. sup. om. αὖ.
„ l. 13. inf. μύθου.
„ l. 12. inf. τρόπ.] δείγματα.
„ l. 11. inf. καλούντων.
57. l. 3 s. sup. προσαναρρηγνῦσαι κ. ἀναρριπτοῦσαι.
„ l. 5. sup. add. καὶ post ἀναρρ.
„ l. 9. sup. θέας] εἰδεχθείας.
„ l. 11. sup. οὐκ] οὐχ ὅρον.
„ l. 9. inf. προίεσθαι.
„ l. 1. inf. γενόμενα.
58. l. 5. sup. om. τήν.
„ l. 8. sup. παρέσχεν.
„ l. 9. sup. φησί.
„ l. 12. sup. add. ὁ δὲ ante ἄνθρ.
„ l. 14 s. sup. pon. ἄλλα ante πρὸς ἔπ.
„ l. 9. inf. om. ἅ.
60. l. 12. inf. add. ἂν post γάρ.
„ l. 5. inf. om. αἱ.
61. l. 4. sup. om. ἐξ ἑτοίμου.
„ l. 13. sup. om. Μωϋσῆς.
„ l. 9. inf. κακοπολιτῶν ὀχλοκρασίαν.
„ l. 5. inf. ὁ γεννητὸς κόσμος οὗτος, ἐπ.
„ l. 4 s. inf. om. ὅς . . . : ἔργον, ὁ πάσῃ.
„ l. 1. inf. ὑπολαμβ.
62. l. 4 s. πεπ. τοῦ πεποιημένου.
„ l. 1. inf. χαραχθείς.

IV. INDEX

paginarum editionis Parisiensis*) (simulque Francofurtanae)) et Mangeyanae***) inter se collatarum.**

Paris.	Mang. Tom. I.	Paris.	Mang. Tom. I.	Paris.	Mang. Tom. I.	Paris.	Mang. Tom. I.
1	1	23	24 a	45	48 b	67	93 c
2	2 a †)	24	25 a	46	49 b	68	95 a
3	3 a	25	26 b	47	50 c	69	96 a
4	4 a	26	27 b	48	51 c	70	97 a
5	5 b	27	28 b	49	53 a	71	98 a
6	6 b	28	29 b	50	54 a	72	99 a
7	7 b	29	30 b	51	55 a	73	100 a
8	8 b	30	31 b	52	56 a	74	101 a
9	9 c	31	32 b	53	57 a	75	102 a
10	10 c	32	33 b	54	58 b	76	103 b
11	11 c	33	34 b	55	59 b	77	104 b
12	12 c	34	35 b	56	60 b	78	105 b
13	13 c	35	36 c	57	61 c	79	106 b
14	14 c	36	37 c	58	62 c	80	107 c
15	15 c	37	38 c	59	63 c	81	108 c
16	16 c	38	39 c	60	65 a	82	109 c
17	18 a	39	40 c	61	87 c	83	110 c
18	19 a	40	41 c	62	88 c	84	112 a
19	20 a	41	43 c	63	89 c	85	113 a
20	21 a	42	45 a	64	90 c	86	114 a
21	22 a	43	46 a	65	91 c	87	115 a
22	23 a	44	47 a	66	92 c	88	116 a

*) *Philonis opera quae exstant omnia.* Ex accuratissima S. Gelenii et aliorum interpretatione etc. Lutetiae Parisiorum 1640. Fol.

**) *Philonis opera etc.* Francof. 1691. Fol. Prorsus eadem est cum editione antecedente, cuius vestigia sequitur etiam in finibus paginarum constituendis.

***) *Philonis Iudaei opera quae reperiri potuerunt omnia.* Textum cum Mss. contulit, quam plurima etiam e codd. Vaticano, Mediceo et Bodleiano, scriptoribus item vetustis, nec non catenis graecis ineditis adiecit, interpretationemque emendavit, universa notis et observationibus illustravit Thomas Mangey, S. T. P. Canonicus Dunelmensis. Londini 1742. Tomi II. Fol.

†) Litteris *a*, *b*, *c* intelligi volumus initium, medium et finem paginae.

Paris.	Mang.	Paris.	Mang.	Paris.	Mang.	Paris.	Mang.
	Tom. I.		Tom. I.		Tom. I.		Tom. I.
89	117 a	136	169 c	183	220 b	229	345 a
90	118 b	7	171 a	4	221 b	230	346 a
91	119 b	8	172 a	5	222 b	1	347 b
92	120 b	9	173 a	6	223 b	2	348 b
93	121 b	140	174 b	7	224 c	3	349 b
94	122 b	1	175 c	7	300 b	4	350 b
95	123 c	2	176 c	8	300 c	5	351 b
96	124 c	3	178 a	9	301 c	6	352 b
97	125 c	4	179 a	190	302 c	7	353 b
98	126 c	5	180 a	1	303 c	8	354 b
99	128 a	6	181 b	2	305 a	9	355 b
100	129 a	7	182 b	3	306 a	240	357 b
1	130 a	8	183 b	4	307 a	1	358 b
2	131 a	9	184 b	5	308 a	2	359 b
3	132 b	150	185 c	6	309 b	3	360 b
4	133 b	1	186 c	7	310 b	4	361 b
5	134 b	2	187 c	8	311 b	5	362 b
6	135 b	3	188 c	9	312 b	6	363 b
7	136 b	4	190 a	200	313 b	7	364 b
8	138 c	5	191 a	1	314 b	8	365 b
9	139 b	6	192 a	2	315 c	9	366 b
110	140 c	7	193 a	3	316 c	250	367 b
11	141 c	8	194 a	4	317 c	1	368 c
12	143 a	9	195 a	5	318 c	2	369 c
13	144 a	160	196 a	6	319 c	3	370 c
14	145 a	1	197 b	7	321 a	4	371 c
15	146 b	2	198 b	8	322 a	5	372 c
16	147 b	3	199 b	9	323 a	6	373 c
17	148 c	4	200 b	210	324 a	7	374 c
18	149 c	5	201 b	11	325 a	8	375 c
19	150 c	6	202 b	12	326 a	9	376 c
120	151 c	7	203 c	13	327 a	260	377 c
1	152 c	8	204 c	14	329 b	1	378 c
2	153 c	9	205 c	15	330 b	2	380 a
3	155 a	170	206 c	16	331 b	3	381 a
4	156 a	1	207 c	17	332 b	4	382 a
5	157 a	2	209 a	18	333 c	5	383 a
6	158 a	3	210 a	19	334 c	6	384 a
7	159 b	4	211 a	220	335 c	7	385 a
8	160 b	5	212 a	1	336 c	8	386 a
9	161 c	6	213 a	2	337 c	9	387 a
130	162 c	7	214 a	3	339 a	270	388 a
1	164 b	8	215 a	4	340 a	1	389 a
2	165 b	9	216 a	5	341 a	2	390 a
3	166 c	180	217 a	6	342 a	3	391 b
4	167 c	1	218 b	7	343 a	4	392 c
5	168 c	2	219 b	8	344 a	5	393 c

Paris.	Mang.	Paris.	Mang.	Paris.	Mang.	Paris.	Mang.
	Tom. I.		Tom. I.		Tom. II.		Tom. I.
276	394 c	322	406 c	365	16 b	408	456 b
7	395 c	3	407 c	6	17 b	9	457 b
8	396 c	4	408 c	7	18 c	410	458 b
9	398 a	5	409 c	8	19 c	11	459 b
280	399 a	6	410 c	9	20 c	12	460 b
1	400 a	7	411 c	370	21 c	13	461 b
2	401 a	8	412 c	1	22 c	14	462 b
3	402 a	9	414 a	2	23 c	15	463 b
4	262 a	330	415 a	3	24 c	16	464 b
5	263 a	1	416 a	4	25 c	17	465 b
6	264 b	2	417 a	5	26 c	18	466 b
7	265 b	3	418 a	6	27 c	19	467 b
8	266 c	4	419 a	7	28 c	420	468 b
9	267 c	5	420 b	8	29 c	1	469 b
290	268 c	6	421 b	9	30 c	2	470 b
1	269 c	7	422 b	380	31 c	3	471 b
2	270 c	8	423 b	1	32 c	4	519 a
3	271 c	9	424 b	2	33 c	5	520 a
4	273 a	340	425 b	3	35 a	6	521 a
5	274 a	1	426 c	4	36 a	7	522 a
6	275 a	2	427 c	5	37 a	8	523 a
7	276 a	3	428 c	6	37 c	9	524 a
8	277 a	4	429 c	7	38 c	430	525 a
9	278 a	5	431 a	8 a	39 c	1	526 a
300	279 a	6	432 a			2	527 a
1	280 b	7	433 a		Tom. I.	3	528 a
2	281 b	8	434 a			4	529 a
3	282 b	9 a	434 c	388 b	436 b	5	530 a
4	283 c			9	436 c	6	531 a
5	284 c		Tom. II.	390	437 c	7	532 a
6	285 c			1	438 c	8	533 a
7	286 c	349 c	1 b	2	439 c	9	534 a
8	287 c	350	1 c	3	440 c	440	535 a
9	288 c	1	2 c	4	441 c	1	536 a
310	290 a	2	3 c	5	443 a	2	537 a
11	291 a	3	4 c	6	444 a	3	538 a
12	292 a	4	5 c	7	445 a	4	539 a
13	293 a	5	6 c	8	446 a	5	540 a
14	294 a	6	7 c	9	447 a	6	541 a
15	295 a	7	8 c	400	448 a	7	542 a
16	296 a	8	9 c	1	449 a	8	543 a
17	297 a	9	10 c	2	450 a	9	544 a
18	298 b	360	11 c	3	451 a	450	545 a
19 a	299 b	1	12 c	4	452 b	1	546 c
19 c	404 b	2	13 c	5	453 b	2	547 c
320	404 c	3	14 c	6	454 b	3	548 c
1	405 c	4	15 c	7	455 b	4	549 c

Paris.	Mang.	Paris.	Mang.	Paris.	Mang.	Paris.	Mang.
	Tom. II.		Tom. II.		Tom. II.		Tom. II.
632	111 a	679	161 a	724	362 c	770	271 a
3	112 a	680	162 a	5	363 c	1	272 a
4	113 a	1	163 a	6	364 c	2	273 b
5	114 a	2	164 a	7	365 c	3	274 b
6	115 a	3	165 a	8	366 c	4	275 b
7	116 a	4	166 a	9	367 c	5	276 b
8	117 a	5	167 b	730	368 c	6	299 b
9	118 a	6	168 b	1	370 a	7	300 a
640	119 a	7	169 b	2	371 a	8	301 a
1	120 a	8	170 b	3	372 a	9	302 a
2	121 b	9	171 c	4	373 a	780	303 a
3	122 b	690	172 c	5	374 a	1	304 b
4	123 b	1	173 c	6	375 a	2	305 b
5	124 b	2	174 c	7	376 b	3	306 b
6	125 b	3	175 c	8	377 b	4	307 b
7	126 b	4	176 c	9	378 b	5	308 b
8	127 c	5	177 c	740	379 b	6	309 b
9	128 c	6	178 c	1	380 c	7	310 b
650	129 c	7	383 c	2	381 c	8	311 c
1	130 c	8	384 b	3	382 c	9	312 c
2	131 c	9	385 b	4	180 c	790	313 c
3	132 c	700	386 c	5	181 b	1	314 c
4	134 b	1	387 c	6	182 b	2	315 c
5	135 b	2	388 c	7	183 c	3	316 c
6	136 b	3	390 a	8	184 c	4	317 c
7	137 b	4	391 a	9	186 a	5	318 c
8	138 b	5	392 a	750	187 a	6	319 c
9	139 c	6	393 b	1	188 b	7	320 c
660	140 c	7	394 b	2	189 b	8	321 c
1	141 c	8	395 c	3	190 c	9	322 c
2	142 c	9	396 c	4	191 c	800	324 a
3	143 c	710	397 c	5	193 a	1	325 a
4	145 b	11	399 a	6	194 a	2	326 a
5	146 a	12	400 a	7	195 b	3	327 a
6	147 a	13	401 a	8	196 b	4	328 a
7	148 a	14	402 b	9	197 c	5	329 a
8	149 a	15	403 b	760	199 a	6	330 a
9	150 b	16	404 b	1	200 a	7	331 a
670	151 b	17	405 c	2	201 b	8	332 a
1	152 c	18 a	406 c	3	202 b	9	333 a
2	153 c	18 c	344 c	4	203 b	810	210 b
3	154 c	19	345 a	5	204 b	11	211 b
4	156 a	720	346 a	6	205 c	12	213 b
5	157 a	1	347 a	7	206 c	13	214 a
6	158 a	2 a	348 a	8	208 a	14	215 a
7	159 a	2 c	361 b	9 a	209 a	15	216 a
8	160 a	3	361 c	9 c	270 c	16	217 a

Paris.	Mang. Tom. II.	Paris.	Mang. Tom. II.	Paris.	Mang. Tom. II.	Paris.	Mang. Tom. II.
817	218 b	864	268 a	908	442 b	953	503 b
18	219 b	5 a	269 a	9 a	443 b	4	504 b
19	220 b	5 c	445 b	9 c	444 b	5	505 b
820	221 b	6	446 c	910	408 b	6	506 b
1	222 c	7	447 a	11	409 a	7	507 b
2	223 c	8	448 a	12	410 a	8	508 b
3	225 a	9	449 b	13	411 a	9	509 c
4	226 a	870	450 b	14	412 a	960	510 c
5	227 a	1	451 b	15	413 a	1	512 a
6	228 a	2	452 b	16	414 a	2	513 a
7	229 a	3	453 b	17	415 b	3	514 a
8	230 b	4	454 b	18	416 b	4	515 b
9	231 b	5	455 b	19	417 b	5	517 a
830	232 b	6	456 b	920	418 b	6	518 a
1	233 a	7	457 b	1	419 b	7	519 a
2	234 a	8	458 c	2	420 b	8	520 a
3	235 a	9	459 c	3	421 b	9	521 a
4	236 a	880	460 c	4	422 b	970	522 a
5	237 b	1	461 c	5	423 b	1	523 a
6	238 b	2	462 c	6	424 b	2	524 a
7	239 b	3	463 c	7	425 b	3	525 a
8	240 c	4	465 a	8	426 b	4	526 a
9	241 c	5	466 a	9	427 c	5	527 a
840	242 c	6	467 a	930	429 a	6	528 a
1	244 a	7	468 a	1	429 c	7	529 a
2	245 a	8	469 b	2	430 c	8	530 a
3	246 a	9 a	470 b	3	431 c	9	531 a
4	247 a	9 c	471 b	4	432 c	980	532 a
5	248 a	890	471 c	5	433 c	1	533 a
6	249 a	1	472 c	6	434 c	2	534 a
7	250 a	2	474 a	7	435 c	3	535 a
8	251 b	3	475 a	8 a	436 c	4	536 a
9	252 b	4	476 a	8 c	487 b	5	537 a
850	253 b	5	477 a	9	487 c	6	538 a
1	254 c	6	478 a	940	489 a	7	539 b
2	255 c	7	479 a	1	490 a	8	540 b
3	256 c	8	480 a	2	491 a	9	541 b
4	257 c	9	481 a	3	492 a	990	542 b
5	258 c	900	482 a	4	493 a	1	543 c
6	259 c	1	483 b	5	494 b	2	545 b
7	260 c	2	484 b	6	495 b	3	546 b
8	261 c	3 a	485 c	7	496 b	4	547 b
9	262 c	3 c	437 b	8	497 b	5	548 b
860	263 c	4	437 c	9	498 c	6	549 c
1	265 a	5	439 a	950	500 a	7	550 c
2	266 a	6	440 a	1	501 a	8	551 c
3	267 a	7	441 a	2	502 a	9	552 c

Paris.	Mang.
	Tom. II.
1000	553 c
1	554 c
2	555 c
3	557 a
4	558 a
5	559 a
6	560 a
7	561 a
8	561 c
9	562 c
1010	563 c
11	564 c
12	565 c
13	566 c
14	567 c
15	569 a
16	570 a
17	571 a
18	572 a
19	573 a
1020	574 b
1	575 b
2	576 b
3	577 b
4	578 b
5	579 b
6	580 c
7	581 c
8	583 a
9	584 a
1030	585 a
1	586 a
2	587 b
3	588 b
4	589 c
5	591 a
6	592 a
7	593 a
8	594 b
9	595 b
1040	596 b
1	597 b
2	598 b
3	599 c
	Tom. I.
1044	578 b

Paris.	Mang.
	Tom. I.
1045	579 a
6	580 a
7	581 a
8	582 a
9	583 a
1050	583 c
1	584 c
2	585 c
3	586 c
4	587 c
5	588 b
6	589 b
7	590 b
8	591 b
9	592 b
1060	593 b
1	594 b
2	595 b
3	596 b
4	597 b
5	598 b
6	599 a
7	600 a
8	601 a
9	601 c
1070	602 c
1	603 c
2	604 c
3	605 c
4	606 c
5	607 c
6	608 c
7	609 c
8	610 c
9	611 c
1080	612 c
1	613 c
2	614 c
3	615 c
4	616 c
5	617 c
6	619 a
7	66 b
8	67 a
9	68 a
1090	69 a

Paris.	Mang.
	Tom. I.
1091	70 a
2	71 b
3	72 b
4	73 b
5	74 b
6	75 a
7	76 a
8	77 a
9	78 a
1100	79 a
1	80 a
2	81 a
3	81 c
4	82 c
5	83 c
6	84 c
7	85 b
8	659 b
9	660 a
1110	660 c
11	661 c
12	662 c
13	663 c
14	664 c
15	665 c
16	666 c
17	667 c
18	668 c
19	669 b
1120	670 b
1	671 b
2	672 b
3	673 a
4	674 a
5	674 c
6	675 c
7	676 c
8	677 c
9	678 c
1130	679 c
1	680 b
2	681 b
3	682 b
4	683 b
5	684 b
6	685 b
7	686 b

Paris.	Mang.
	Tom. I.
1138	687 b
9	688 b
1140	689 b
1	690 b
2	691 b
3	692 b
4	693 b
5	694 b
6	695 b
7	696 b
8	697 b
9	698 b
	Tom. II.
1150	601 b
1	602 a
2	603 a
3	604 b
4	605 b
5	606 b
6	607 b
7	608 a
8	609 a
9	610 a
1160	611 a
1	612 a
2	613 a
3	614 a
4	615 a
5	616 a
6	617 a
7	618 a
8	619 a
9	620 a
1170	621 a
1	622 a
2	623 a
3	277 b
4	278 b
5	279 a
6	280 a
7	280 c
8	281 c
9	282 c
1160	283 c

Paris.	Mang. Tom. II.	Paris.	Mang. Tom. II.	Paris.	Mang. Tom. II.	Paris.	Mang. Tom. II.
1181	284 b	118[illegible]	2[illegible]8 a	1189	2[illegible]1 b	1193	295 a
2	285 b	6	2[illegible] c	1190	292 b	4	295 c
3	2[illegible] a	[illegible]	289 c	1	293 a	5	296 c
4	2[illegible] a	[illegible]	290 b	2	294 a	6	297 b

